SEd cōtra diffinitionē ꝯñe arguit̃. Hec ꝓpoō, in hac ꝓpōne denotat̃ alterū ex altero ſequi (ꝓnoīe demōſtrāte eandē ipſam ꝓpōnē) eſt ꝓpoō in qua denotat̃ alteꝝ ex altero ſequi, ⁊ tñ nō eſt ꝯña, ergo diffinitio nō eſt bona. Minoꝛ ē nota, maioꝛ etiā ꝓbatur. In ea ſignificatur ꝙ in ipſa denotat̃ alterū ſequi. ⁊c̃. ergo in ea denotatur alterū ſequi. ⁊c̃. liquet ꝯña, qꝛ idē eſt denotat̃ ⁊ ſignificat̃. 1. No. Idē argumentū pōt fieri de hac / ex hac ꝓpōne denotatur alterū ſeq̄ q̄ videt̃ eē ꝓpoō, ex qua alterū. ⁊c̃. ⁊ tñ nō eſt añs. ¶ Ad hoc argumētū negat̃ maioꝛ. ſ. ꝙ in dicta ꝓpōne denotatur alteꝝ ex altero ſequi. Et negat̃ illa ꝯña. in hac ꝓpōe ſignificat̃ ꝙ in ea denotatur alteꝝ ſequi. ⁊c̃. ergo in ea denotatur alteꝝ ſequi, ſꝫ ſequitur / ergo in ea denotat̃ ꝙ denotet̃ alteꝝ ſequi ⁊c̃. Et ꝓpterea ipſa ē falſa, qꝛ ſignificat ꝙ in ea denotet̃ alterū ſequi. ⁊c̃. tñ in illa nō denotat̃ niſi ꝙ denotetur alteꝝ ſequi. ⁊c̃. Et per hoc p̄ꝫ reſpōſio ad ſcd̃m, de illa / ex hac ꝓpōne denotatur aliud ſequi, que veꝫ bene ſignificat ꝙ ex illa denotat̃. ⁊c̃. tñ nō denotat̃. ¶ Sꝫ contra. hec ꝓpoō / alteꝝ ſeq̄tur ex altero / eſt ꝓpoō in qua denotatur alterū ſequi ex altero, ⁊ tñ non eſt ꝯña, ergo diffinitio mala. Minoꝛ eſt nota, ⁊ ꝓbat̃ maioꝛ. In ipſa ſignificat̃ ꝙ alterū ſequitur ex altero, ergo in ipſa denotatur ꝙ alterū ſeq̄tur ex altero. Patet conſequentia, qꝛ idem eſt ſignificare ⁊ denotare.

¶ **Pꝛo ſolutiōe argumēti eſt notandū** ꝙ lꝫ denotat̃ in diffinitiōibus ꝯñe, añtis. ⁊c̃. nō dicit actū ſignatū, ſꝫ actū exercitū. i. nō dicit ꝙ in ea ſignificet̃ alterum ſequi ex altero, ſꝫ ꝙ in ipſa hoc exerceatur, vel appareat exerceri. Claꝝ eñ eſt ꝙ hec ꝓpoō / ſi petrꝰ diſputat, petrꝰ eſt doctus / nō denotat in actu ſignato. i. non ſignificat ꝙ ꝯñs ſeq̄t̃ ex añte. Nā hec ſignificatio ē ſignificatio ꝓpōis categoꝛice. nec illa nota illationis illud denotat, ꝓpter eandem rationem (ſignificaret eñ tunc) ſicut hec categoꝛica / petrus eſt doctus, ſeq̄tur ex hoc ꝙ petrꝰ diſputat. Nec illa ꝓpoſitio / petrus diſputat / denotat. i. ſignificat ꝙ ex illa aliud ſeq̄tur, ſꝫ ſignificat ꝙ petrus diſputat. Tamen in tota ꝓpoſitione denotatur ī actu exercito, ꝙ ꝯñs ſequitur ex añcedēte. i. in tali

propõne ponit aliq̃ coniunctio illatiua iuxta formã ppõnis in qua vnũ sequitur ex alio, id est denotari sequi in actu exercito, vel ꝙ sequat, vel ꝙ sit ibi forma seq̃lle. ¶ Ex q̃ seq tur ꝙ notã illationis significare illatiue nõ est significare ꝙ vnũ sequatur ex alio, sꝫ sic syncategorematice significare, ꝙ mediãte illa denotet talis illatio i actu exercito, sicut ly ois significare distributiue in hac/ois hõ est aial/nõ est significare distributionẽ sꝫ significare talr syncategorematice, ꝙ mediãte illo distribuat subiectũ in actu exercito, qđ (vt infra patebit.c.8.) nõ tã ppꝛie dr significare q̃ exercere officiũ. Hãc distinctionẽ maxime notato, vt pote ex cuius inaduertẽtia mille argutie, et in hac et in pluribus alijs materijs pullulant, q̃ cũ multa ingenia male vexauarint, adhuc pmanẽt insolute. ¶ Igit ad argumẽtũ distinguit maior.s. ꝙ in dicta ppõne denotet ꝛc. vl ꝙ denotet in actu signato, i. ꝙ significet in ea ꝙ alterũ sequat ex altero, et sic cõcedit, concedit etiã, ꝙ non sit ꝯña, nec ppterea sequit diffinitionẽ cõsequẽtie nõ esse bonã, nã ly denotat in tali diffinitione dicit actũ exercitum, vel ꝙ in tali ppõne denotet alterũ sequi ꝛc. in actu excercito, et sic negat q2 in illa nec sequit vnũ ex ex altero, nec est forma illationis. Silr est de hac ppõne/in hac ppõne negat predicatũ de subiecto, in qua denotat pdicatũ negari de subiecto in actu signato, nõ tñ in actu exercito, q2 nõ hꝫ formã negatiue, sed in hac/petrus nõ disputat, denotat in actu exercito, et nõ in actu signato. ¶ Ex hac ppõne sic intellecta seq̃t certam distantiam requiri inter añs et ꝯñs vt constituãt ꝯñam. Videtur eñ ridiculũ ꝙ añs scriptũ salmantice, et ꝯñs parisius, et nota illationis segobie efficiant ꝯñam, cum in ea nõ videatur denotari aliqua illatio.

2.No. ¶ Addũt nonnulli quartã speciẽ modi sciendi. i. manifestãdi aliqđ ignotũ, que dr exẽpli positio, vt si dicas, ꝯña est ppõ ꝛc. vt si petrus disputat petrus loquit, totũ illud/vt si petrus disputat ꝛc. est exẽpli positio, ac pinde modus sciendi, cũ p ipsam orõnẽ manifestet aliq̃ modo diffinitio ꝯsequẽtie. Sed certe talis modus sciẽdi reducit ad genus argumẽtationis, ad minus secũdum ꝙ argumẽtatio est spẽs modi sciẽdi, accipit eñ ibi (vt ipsi fatent) pro quocunqꝫ medio productiuo assensus. Nã si acciperet in suo rigore p ꝯña, oporteret adhuc multo plures spẽs modi sciendi multiplicare, cũ propõ apꝛehẽsiua ppõnis per se note/auctoritas/ et multa alia q̃ producũt assensuꝫ, sint modi sciẽdi, que tñ nõ includerent sub illis quatuor speciebus nisi argumẽtatio acciperet sic large. Hec tñ (quas vocãt largas acceptiones) parũ cõducũt ad disputationẽ. Sufficiat ꝗ dixisse qđ sit diffinitio quid diuisio/quid argumẽtatio/sm ppꝛias noim significantias, si autem sint alij sciendi modi parum refert.

¶ Capitis quarti. Lectio prima.

POst hec: q2 significatio est forma p quã voces aut scripture dicunt termini, sub cuius pro inde ꝯsideratione, dialecticus diffinit, diuidit/ac deniqꝫ disputat de terminis, operepꝛeciũ est ante tractatũ terminorũ, perfunctorie prelibare quid noie significare intelligatur et quot modis contingat.

1.No. ¶ Significare: generalr dictũ: est potẽtie cognitiue, aliud a se repñsentare. ¶ Et signũ est res aliud a se potẽtie cognitiue repꝛesentãs. Significare eñ et signum esse idẽ sunt, vt hec scriptura/hõ/dr signũ hominũ et hoies representare et vestigiũ pedis puluere impressum dr signũ aialis q2 ipm repñsentat. ¶ Ly repñsentare ponit tanq̃ genus diffiniti, et q2 clarius significatq̃ diffinitũ et fortasse ꝙ etiã sit terminus magis cõis. Est eñ representare quasi rẽ presentẽ facere, vt hec scriptura/hõ/eo dr hoies representare q2 vidẽtibus eã facit hoies quasi presentes. Nõ ꝙ hec sit eius diffinitio quid nois, nã multa sunt q̃ faciunt rẽ aliquã presentem q̃ nõ dicũtur representare (vt infra videbit) sed est quedã nois ethimologia per quã eius naturã rimari possumus. ¶ Potẽtie cognitiuẽ, quo vno noie intelleximus potẽtiã intellectiuam et sensitiuã etiã brutoꝝ, nã cuicũqꝫ tali res aliqua repñsentat, dr signũ et significare. ¶ Aliud a se, quia et si quecũqꝫ res obiecta visui sese tali potẽtie representet, nõ tñ exinde dr signũ sui aut significare se, vt iãiã manifestabit) ¶ Gñalr dictũ, non (vt dicũt) ꝙ illud sit impꝛopꝛie aut large significare, sed vt includamus oẽs modos quibus doctores ppꝛie vtũtur noie significare. Accipitur eñ aliter vt particulariter attribuitur vocibus et scripturis, vt infra videbitur.

¶ Significare (sic in vniuersum accepto noie) dupłr cõtingit.s. formalr et instrumẽtaliter. Ubi notato ad hoc ꝙ quis possit cognoscere rẽ aliquã quatuor causas cõcurrere.s. efficiẽtem/obiectiuã/formalẽ/et instrumentalem. v.g. cũ ego video imaginẽ imperatoris, imago ipsa est causa obiectiua que mouet visum/visus dr causa efficiens et visio ab vtroqꝫ producta, dicitur causa formalis qua imaginem video, sed respectu recordatiõis quã ego formo imperatoris talis imago dr instrumentũ. Unde nõnulli existimãtes idẽ esse representare qđ esse noticiã aut eã efficere, quatuor modis (dicũt) ꝯtingit repꝛesentare seu significare.s. effectiue obiectiue/formalr/et instrumentalr. At reuera pducere noticiam in genere cause efficiẽtis nec dr significare nec repñsentare, vt ex ipsis nominibus cõstat. Potentia eñ producẽs noticiã imperatoris aut deus etiã cũ ipsa generalr cõcurrens, nõ dicunt exinde imperatorẽ significare cũ nõ cõcurrãt tãq̃ eius signa ad pductionẽ dicte noticie. Sed nec dicunt ipsum representare cũ potẽtia nõ faciat ipsum imperatorẽ sibi presentẽ (qđ sonat nomen representare) sed noticia facit eũ psentem formalr et imago instrumentalr. Itẽ etiã nec cõcurrere obiectiue ad producẽdam noticiã dicitur ppꝛie significare. Ubi aduertito ꝙ illa res dr obiectiue pducere noticiã, que oblata potẽtie, mouet eã ad formãdam noticiã suipsius, vt color respectu visiõis suipsius. Noticiã inq̃ suipsius, siue adequatã vt cũ viso petro prope te formares noticiã adequatã illius, aut inadequatã, vt cũ ipso a lõge viso formares noticiã omniũ entiũ. ¶ Et est triplex obiectũ.s. motiuũ tñ, qđ vꝫ mouet potentiã ad formãdũ noticiã nõ sui sꝫ alius repñsentatiuã. Et terminatiuũ tñ, qđ est res cognita p noticiã cuius nõ fuit causa. Et motiuũ et terminatiuũ simul, qđ vꝫ mouet naturalr potentiã ad formãdũ noticiã suipsius repñsentatiuã v.g. visa imagine imperatoris formamus duas noticias, scꝫ ipsiusmet imaginis et imperatoris, et respectu pme talis imago dr obiectũ motiuũ et terminatiuũ simul, respectu tñ secunde dicitur obiectum motiuũ tantum, sed imperator respectu eiusdem secunde noticie dicitur obiectum terminatiuũ tantum. Et solus modus concurrendi tãq̃ obiectum motiuum et terminum est representare obiectiue. Nam obiectum motiuum tantum potius est instrumentum, et terminatiuum tantum non dicitur representare sed representari. Dicunt ergo isti, ꝙ efficere cognitionem in ratione obiecti, dicitur significare, et hoc postea vocant significare naturalr communiter, quod certe videtur nomini/significare/contrauenire. Nam res que obiecta potentie efficit suipsius noticiam non id facit tãq̃ signũ, et ideo neqꝫ dr significare. Satis eñ impꝛopꝛie et abusiue dr res signũ sui ipsius. Fortasse non tã impꝛopꝛie diceret representare se obiectiue, et ppterea diximus ꝙ significare sit aliud a se repñsentare, ꝙ res aliquo modo possit dici representare se, non tñ significare se. Per ly aliud a se intelligito vel alia a se vel alr a se vt includant etiã significãtes aliqđ et significãtes aliq̃ et significãtes aliqualiter. Neqꝫ digne sunt hmõi minutie quibus diffinitiões onerent, vel maxime cũ sub vno noie possint oẽs doctrinalr cõpꝛehẽdi. Que quidẽ diffinitio elicit cũ ex Augustino.2. de de doctrina christiana id solũ apellãte signũ, qđ preter speciẽ quã ingerit sensibus, aliud a se facit in cognitionẽ venire, tũ etiã ex vsu oim loquẽtiũ de signis et significare. Neqꝫ est fingẽdũ preter talẽ vsuꝫ, ꝙ significare se sit significare ad minus impꝛopꝛie, ne sciẽtia extra ppꝛios limites distẽdat, eo eñ qđ est impꝛopꝛiũ perdit nomẽ huius qđ est significare. Igit significare du

pliciter cõtingit.s.formalr ⁊ instrumẽtalr. ¶ Significare formalr est esse potẽtie formalẽ noticiã, vt visio qua videm⁹ colores, ⁊ conceptus quo intelligim⁹ deũ. Noie conceptus cõprehẽdimus etiã actũ. ¶ Significare instrumẽtalr dr res, q̃ preexistẽte sui cognitione, aliud a se representat. Ut hec scriptura hõ significãs hoies. Unñ vt res queptiã aliã instrumentalr representet, due requirunt noticie.s.noticia ipsi⁹ instrumẽti ⁊ noticia habitudinis quã habet ad significatũ. v.g. vt hec scriptura hõ representet mihi hoies, pre requirit noticia ipsius scripture, quare ceco nihil representare põt. Requiritur etiã vt sciã eius impositionẽ, quare greco nõ representabit. Et tũc demũ his duab⁹ cognitionib⁹ preuijs illa scriptura faciet me cognoscere hoies. Scda tñ noticia.s. impositionis non semp requirit actualis, sed sufficit q̃ sciuerim eam, cui⁹ nõ sim habitualr oblit⁹. Dixerim in diffinitione/preexistẽte sui cognitiõe/⁊ nõ/mediãte sui cognitione. Nã ly hõ (vt videbit.c.6.l.2.) lz significet hoies p̃existẽte sui cognitione, nõ tñ nisi mediãte noticia oim hominũ. ¶ Itẽ etiã multiplex est genus instrumẽtoꝝ. Quedã eñ sunt q̃ suapte nã rep̃sentant, vt gemitus infirmoꝝ, alia sunt instrumẽta q̃ ex consuetudine significãt, vt canis sepe visus p̃cedere dñm suũ representet ipsum, alia sunt, q̃ significãt ex institutione, vt voces et scripture. Igit facere cognoscere contingit quadruplr.s. effectiue/obiectiue/formalr/⁊ instrumẽtalr, representare tñ triplr.s.obiectiue/formalr ⁊ instrumẽtalr. Sed significare solũmodo duplr, vtputa formalr ⁊ instrumẽtalr. ¶ Ex quo sequit q̃ magister ⁊ si pponat exponatq; obiecta cognoscibilia quasi res p̃sentes quodã modo faciẽs, nõ tñ representat, qr neq; obiectiue, neq; formaliter, neq; instrumentaliter.

3. No. ¶ **Aliter solet etiã distingui significare**.s.in significare naturaliter/ex cõsuetudine ⁊ ad placitum. ¶ Significare naturalr, est significare ex ip̃a natura rei.i. quauis impositione aut cõsuetudine semota. Uel (vt inquit Auth.sum.) est idẽ est apud oẽs representare. Quod adhuc accidit duplr, naturalr pprie, ⁊ tanq̃ instrumentũ naturale. Significare naturalr pprie, est esse potentie formalem noticiam, vel est significare se ipso ⁊ non mediante alio, qd idem est, vt cuncte noticie representãt, qd supra appellauimus significare formalr. Et sic noticia significare naturalr pprie et formalr, qr ppria ⁊ naturalis eius forma est significare. ¶ Significare tanq̃ instrumẽtũ naturale est pre existẽte sui noticia alius noticiam naturaliter efficere, vt fumus significat ignẽ, vestigiũ, alal ⁊ gemit⁹, infirmitatẽ. Et hoc solet dici significare ex instinctu nature. At reuera differt inter fumũ ⁊ gemitũ. Nã fumus nõ est a natura institutus vt representet ignẽ, sz qr est effectus ignis rep̃sentat ip̃m. Sed gemitus ⁊ si representet infirmitatẽ tanq̃ effectus suã causam, peculiari tñ modo, qr ad hoc solũ institut⁹ est vt sit signũ infirmitatis quasi inuito infirmo, expostulet medicinã. ¶ Quare significare ex istinctu nature est pre existẽte cognitiõe sui, aliud a se ex naturali quadã destinatiõe rep̃sentare. Et hoc sonat ex instinctu nature.i.instigãte natura. Dicit ex naturali destinatione.i.ordinatione, ad d̃riam fumi/vestigij ⁊c̃. Dicit pre existẽte sui cognitione, ad d̃riam noticie, que etiã ex naturali destinatiõe significat sz nõ pre existẽte sui cognitione. Et modus significandi hoꝝ naturaliũ instrumentorũ est efficere noticiã memoratiuã rerũ precognitarũ. Nam videns fumũ, nisi alias vidisset ignẽ, nõ intelligeret ip̃m. Solet addi alia species hui⁹ qd est significare naturalr.s.significare naturalr cõiter. Et dr significare naturaliter cõiter immutare potẽtiã in rõne obiecti ad efficiẽdũ noticiã sui ipsi⁹ qd supra appellatũ est representare obiectiue. Et hoc modo (dicunt) quãlibet rem mũdi significare se ipsam. Uerũtñ (vt supra probatũ est) improprie dr hoc significare, licet fortasse possit appellari representare naturaliter communiter.

4. No. ¶ **Significare ex cõsuetudine: est significare** ex vsu quodã seclusa quauis impositiõe, vt canis sepe visus precedere dñm suũ significat ip̃m dñm. Aliqui vocant hoc significare ad placitũ ex impõne consuetudinaria, sz certe nõ video quõ sit significare ad placitũ, si pprie accipiat, cũ nullo mõ depẽdeat ex aliq̃ impõne volũtaria, sz quacũq; tali seclusa canis ipse representat dñm. Et cum neq; significet eũ a natura, placuit addere hoc tertiũ mẽbrũ qd nec icludat sub significare naturalr, nec sub significare ad placitũ.

¶ **Significare ad placitũ: est significare** ex impõne, vt ly hõ significat hoies. Unde nõ dr termin⁹ 5. No. significare ad placitũ, qr ex mera volũtate, nulla rõne alliciẽte, fuerit impositus, cũ impositores nominũ rõne sumpta ex naturis rerum imponãt noia ipsis naturis cõgruẽtia (quod adã ostendit fecisse p illud, omne qd vocauit adã, ipsum est nomen ei⁹.i.omne nomẽ qd adã imposuit rebus, ip̃m est qd earũ nature maxime cõgruit) dicit ergo aliquis trs significare ad placitũ, qr nec a natura, nec ex cõsuetudine, sz ex institutione significat. ¶ Et talis institutio ad significandũ põt esse duplex.s.autẽtica, ⁊ nõ autẽtica. ¶ Autentica est q̃ fit a re publica vel ab hñte auctoritatẽ ei⁹, ⁊ v̾tute talis ipõnis simplr dr significare in tota re publica, vt hec scriptura hõ inter latinos significat hoies. ¶ Impõ nõ autẽtica est q̃ fit a nõ habẽte auctoritatẽ, vt inter disputãtes imponunt litere ad sic vel sic significandũ, ⁊ v̾tute taliũ impositionũ tales l̃re nõ dicunt simplr significare, sed solum durãte disputatione. ¶ Rursus impositio est triplex, quedã formalis, q̃.s.fit p terminos exprimentes ipsam impositionẽ, vt susceptores interrogati sup fontẽ baptismi nomẽ infantis, r̃ndent, frãciscus, aut cũ tpe professiõis inquit p̃fitenti p̃latus, vocaberis dñicus. ¶ Alia dr impositio cõsecutiua, que vez impositionẽ formalẽ cõsequit, vt qr hoc nomẽ maria fuit impositum ad significãdũ matrẽ dei, cõsequit vt significet imagines, ipsi⁹ representatiuas. ¶ Alia est impõ consuetudinaria, ⁊ contingit qñ aliqs terminus aut ppõ ex quadã consuetudine fundata super primaria impõne significat aliquid primario significato simile, vt cum ly nero significat holem crudelẽ, aut hec ppõ latet anguis in herba, significat fraudẽ sub habitu hũili latere. Unñ nõ est idẽ significare ex cõsuetudinaria impõne ⁊ significare ex mera cõsuetudine, sicut canis representat dñm, nã illud fundat super aliqua impõne, hoc vero non. Ergo ly nero significat holem illũ ex formali impõne, ⁊ eius imaginẽ ex cõsecutiua, ⁊ holes crudeles ex consuetudinaria. Et sicut dat aliqs terminus significãs ex cõsuetudine q̃ quidẽ cõsuetudo fundat super impõne quadã volũtaria a qua dependet (vt iã visum est) ita dat aliqua res significãs naturalr q̃ quidem naturalis significatio fundat sup aliqua libera institutione, et dat etiã aliq̃ res significãs naturalr, q̃ quidẽ significatio fundat sup aliquã cõsuetudinẽ a qua dependet. v.g. Imago imperatoris ex institutione mere volũtaria pictorũ habet vt sit imago imperatoris, sz tali lineatione volũtaria supposita naturalr dr significare imperatorẽ tanq̃ simile suũ simile. Itẽ etiã mappe mẽse supposite ex cõsuetudine habẽt vt sint effectus prãdij qd est eaꝝ causa finalis, ꝯsuetudine tñ illa supposita, naturalr representãt prãdiũ tanq̃ effectus suã causam. ¶ Ex quo sequit signa aliqua naturalr .i. nõ libere representare, quibus tñ existẽtib⁹ possunt desinere significare vt si imago perderet lineationem quã habet ⁊ mappe per oppositam cõsuetudinem non superponerent mensis ad prãdium. Et causa huius est qr tales naturales significationes dependent ex placito. Quare ab alijs solet dici q̃ mappe significãt prandium ex impositione cõsutudinaria. Sed certe nõ videt tã proprie dictũ cũ mappe nõ sint inuẽte ad significandũ prandiũ sed vt decẽter fiat. ¶ Ex dictis diuisionibus colligit significare formalr, qd est mẽbrum prime diuisionis coincidere cũ significare naturalr pprie qd est mẽbrũ secũde, sed significare instrumẽtalr, subdiuidit in significare tanq̃ instrumentũ naturale, ex cõsuetudine/⁊ ad placitum.

¶ **Significare sic vniuersalr acceptuz** 6. No. (vt ex dictis cõstat) in hoc cõsistit q̃ est facere cognoscere rẽ significatã immutando potentiã aut formalr aut instrumen

taliter ad ipsam cognoscendã. Aliter tñ accipit̃ vt vocibus et scripturis specialiter attribuit̃ q᷑ vcꝫ significare sit conceptus mentis exprimere iuxta id Arist. ꝓlo. periar. Voces sunt signa earũ pa..ionũ que sunt in aĩa ⁊ scripture signa eorum que sunt in voce. . Ubi nõ innuit̃ q᷑ vox homo prolata a me significet. i. faciat audiẽtes cognoscere cõceptum hoĩs quẽ ego habeo (lꝫ sepe id faciat) sed ẽ signũ cõceptus q᷑ per ipsam vocẽ ego exprimo cõceptum meũ vt audiẽs formet cõceptũ similẽ. s. hoĩs. Et ꝓportionabiliter scripture dicunt̃ signa vocũ q᷑ vcꝫ per ipsas exprimunt̃ voces absentibus vt vcꝫ ipsi legẽtes similes voces formẽt. Itaq̃ ly hõ qđ ad placitum significat. i. facit cognoscere hominẽ siue in mẽte siue in voce siue in scripto, in voce tñ significat. i. exprimit conceptũ hoĩs ⁊ in scripto, significat. i. exprimit dictã vocẽ. Quare illa vox buf ⁊ similes quibus ꝯceptus rerũ nõ exprimũt̃, non dicunt̃ apud dialecticũ significatiue. Ex quibus tandẽ omnibus elicito ly signũ aut significare apud dialecticũ nõ accipi nisi ꝓ re significãte formalr̃ vel ad placitũ. Hec eñ significatio sola sufficit vt termini significãtes supponãt ꝓ rebus significatis. Nã lꝫ ly buf aut ly petrus prolatũ a paulo significet paulũ tanq̃ instrumentũ naturale nõ tñ hoc sufficit vt dicti termini supponant ꝓ paulo, ob idq̃ in diffinitionibus infra construẽdis hoc modo accipictur signum.

¶ Lectio secunda.

Primũ. Contra dictam diffinitionẽ arguit̃ ly hoĩes significat ⁊ tñ nõ representat aliud a se. ergo diffinitio nõ est bona. Minor ꝓbat̃, ly hoĩes nõ significat aliq̃d poti⁹ sꝫ aliqua. ergo. ¶ Eodẽ modo põt argui de ly oĩs Significat eñ ⁊ tñ nõ representat aliud a se q᷑ nõ significat
Secundũ aliquid sed potius aliqualr̃. ¶ Scđo contra secundã diffinitionẽ arguit̃. ly paulus significat petrũ et tñ nec naturaliter nec ex ꝯsuetudine nec ad placitũ ergo diffinitio nõ est bona. Minor nota, ⁊ ꝓbatur maior. ly paulus verificat̃ de petro/ vt in hac ꝓpõne/ petrus imaginarie est paulus/ ergo signifi
Tertium cat ipm̃, quia significare communius est q̃ verificari. ¶ Tertio hec scriptura/ hõ/ significet sibi similes scripturas/ voces et cõceptus, ⁊ tñ nec ex cõsuetudine, nec ad placitũ, nec naturaliter, ergo diuisio nõ est bona. Maior est nota, ⁊ minor ẽt quo ad duas priores partes. Quo ad tertiã ꝓbat̃. Primo illa scriptura nõ eodẽ modo ꝓfert̃ a latino ⁊ a greco, ergo nõ significat naturalr̃ vocẽ. Itẽ si nõ esset similis conceptui in significãdo, nõ significaret ipsum, sed talis similitudo est ad placitũ ergo nõ significat naturalr̃ cõceptũ ad minus vl
Quartũ. timatũ. ¶ Quarto tandẽ arguit̃. Hic terminus/ non significans/ representat aliud a se, ⁊ tñ nõ significat, g̃ diffinitio nõ est bona. Maior est nota, q᷑ repñsentat lapides ⁊ res alias q̃ nõ sunt signa, et ꝓbatur minor, non significãs est nõ significãs, g̃ nõ significans nõ est significans, ac subinde nõ significat. ꝯña tenet ab affirmatiua ad negatiuã ꝑdicato variato.

1 No. ¶ Primũ argumentũ ex diffinitionis declaratione soluit̃, vbi dictũ est, ly aliud includere et/ alia/ et aliter, sed formatũ est vt explanemus quid sit significare, aliquid ⁊ quid significare aliqua, ⁊ quid significare aliqualr̃ Ad quod respondent nõnulli. Significare aliqua, esse significare aliquas res mediãte vno disiũcto cõposito ex infinitis copulatis quoꝝ primũ habeat duas partes, scđm tres et sic quouis copulato vna parte supra precedẽs crescẽte. V. g. ly hoĩes (inquiũt) subordinat̃ huic disiũcto/ homo ⁊ hõ/ vel hõ et homo ⁊ hõ ⁊c. ita q᷑ nõ stet illũ terminũ hoĩes supponere ꝓ aliquo numero hominũ, quin det̃ aliquod copulatũ illi⁹ disiuncti supponẽs ꝓ illis. Et mirũ est hanc opinionẽ subtilem ⁊ verã a quibusdã predicari, ex qua tñ infert̃ primo (vt eius auctores fatent̃) q᷑ ly hoĩes/ sit terminus cõplexus. Secũdo q᷑ nõ potest intellectus creatus formare totũ copulatũ cui rõne sue impõnis subordinaret̃ cũ habeat infinitas partes, ac subinde, q᷑ intellectus maioris capacitatis maiorem cõceptũ formet audita illa voce hoĩes q̃ intellect⁹ minoris.

Que reuera nõ sunt relatu digna. Rursus ꝯtra experientiã videt̃ q᷑ audita illa voce/ hoĩes/ tã multis cõceptibus intellectus oneret̃. ¶ Scđs mod⁹ ẽ fere modernoꝝ, vcꝫ q᷑ significare aliqua, est significare aliquas res ꝓ quibus simul ⁊ si nõ faciãt vnum, supponere põt, vt ly hoĩes significat hoĩes, ⁊ significare aliquid, est significare aliquã rẽ ꝓ qua põt supponere, vt ly hõ significat hoĩes. Hec verũtñ opinio, sicut precedẽs, in hoc vr̃ deficere q᷑ diffinit significare, per hoc qđ est supponere, cũ supponere sit posterius q̃ significare. Quin etiã, si nulla vnq̃ esset ꝓpõ, ac ꝓinde hic terminus homo nullũ haberet respectũ ad hoc qđ est supponere, nihilomin⁹ significaret aliquid. ¶ Igit̃ significare aliquid, est potentie cognitiue aliud a se representare. ¶ Significare aliqua est potentie cognitiue alia a se representare. ¶ Significare aliqualr̃ est potẽtie cognitiue alr̃ a se representare. Nec video quid magistros hui⁹ tẽporis submouit, vt post diffinitionem de significare, inquirerẽt q̃d sit significare aliq̃d, aut aliqua, aut aliqualr̃, cum oẽs diffiniant significare, q᷑ sit representare aliquid, vel aliqua, vel aliqualr̃. Et prima particula (inquiũt) ponit̃ propter terminos significãtes aliquid. Et scđa propter significãtes aliqua. Et tertia ꝓpter significãtes aliqualr̃, vbi ꝓinde singula mẽbra diffiniũt. Verũ est tamẽ ab effectu ⁊ tanq̃ a signo posse cognosci terminũ aliquẽ significare aliquid per hoc qđ ex modo sue significationis nõ repugnet supponere ꝓ aliquo. Et significare aliqua, ꝑ hoc qđ ex modo sue significatiõis nõ repugnet ei supponere ꝓ aliquibus simul sumptis. Et significare aliqualr̃, ꝑ hoc q᷑ ex modo sue significatiõis repugnet ei supponere ꝓ aliquo vel aliquibus, adminus in terminis finitis, ⁊ quauis reflexiõe seclusa. ¶ Alicui t̃mo nõ repugnare ⁊c. est, q᷑ si significatũ eius esset talis terminus supponeret ꝓ illo (ꝓ terminis absolutis) vl̃ (ꝓ ꝯnotatiuis) q᷑ si ei⁹ formale materiali adiaceret, talis terminus supponeret ꝓ illo. ¶ Ex quo sequit̃. ly chimera, sicut ly hõ/ significare aliq̃d ⁊ ly chimere, sicut ly hoĩes, significare aliqua. ¶ Sequit̃ scđo q᷑ nec ly petr⁹ significat aliq̃, nec ly partes, aut hoc copulatũ/ materia ⁊ forma/ de significatione totali (vt opinor) significat aliq̃d. Nã lꝫ petrus supponat ꝓ materia ⁊ forma (si teneat̃ totũ nõ distingui a suis partib⁹) ac subinde ꝓ aliquib⁹ hoc nõ est de per se rõne significatiõis q᷑ stat illas res esse q̃n talis t̃ms nõ supponit ꝓ illis. s. cũ sunt seiũcte, sꝫ q᷑ accidit q᷑ ille res cõstituũt significatũ illius t̃mi. Equa rõne lꝫ ly partes, aut ly materia ⁊ forma supponat ꝓ petro, hoc nõ est de ꝑ se rõne sue significationis, q᷑ stat oĩno sua ꝓpria ⁊ primaria significata. i. quoꝝ illi duo ꝯcept⁹ sunt similitudines, esse, q̃n nõ supponat ꝓ aliquo, vtputa in dicto casu, sꝫ q᷑ accidit res significatas ꝑ dictũ copulatũ esse rẽ que est petrus. ¶ Sequit̃ tertio q᷑ ly parisij lꝫ induat formã pluralis, tñ in significando vrbẽ significat aliq̃d, et in significando ciuitatẽ, significat aliqua. Et idẽ est de ly Segobia. lꝫ induat formam singularis. Dixerim significationem cognosci posse ꝑ suppõnem in terminis finitis ⁊ seclusa reflexiõe. Primũ, q᷑ significatio terminoꝝ infinitoꝝ dꝫ cognosci penes terminos finitos, vt hic t̃ms nõ entia cognoscit̃ significare aliq̃ ꝑ hoc qđ ly entia significat aliqua. Dato q᷑ ille significat negationẽ huius, et ꝓpterea ex modo sue significationis repugnat supponere ꝓ plurib⁹, sicut ly non ens cognoscit̃ significare aliq̃d, per hoc qđ ly ens significat aliq̃d. Scđm positũ est ad obuiandũ argumẽtis reflexiuis q̃ solẽt fieri ad ꝓbandũ t̃mos significatiuos nõ supponere. Ut ly nõ supponens ⁊ similia. ¶ Remanet tñ sub dubio an ly hõ significãs aliquid, significet etiã aliq̃. Itẽ etiã an ly hoĩes, significans aliq̃, significet etiã aliq̃d, ⁊ vr̃ q᷑ sic. Nã ly hoĩs in genitiuo ł hoc cognoscit̃ significare aliq̃d, q᷑ mediãte suo essentialr̃ sinonimo põt supponere ꝓ aliquo, ergo ly hõ significat aliqua, q᷑ mediãte suo essentialr̃ sinonimo vt puta, mediante ly hoĩes, põt supponere ꝓ pluribus, ⁊ ly hoĩes, aliquid, quia mediante ly homo potest supponere ꝓ aliquo, cum ly homo ⁊ ly homines perinde sunt essentialiter sinonima, ac ly homo ⁊ ly hoĩs. Etenĩ termini essentialr̃ sinonimi sunt qui significãt idẽ ⁊ eodẽ mo=

do logicalr.i.qui, secluso modo significādi grāmaticalr qui
ɔstituit sinonimitatē accidētalē, eodē modo significat, modo
significare singlr ⁊ pluraliter proprietas grāmaticalis est, si
cut significare in recto ⁊ in obliquo. Itē ly hō dr significare
oēs hoīes, ḡ dicendus est significare aliqua. Ex alia parte
videt q nec ly homo significet aliqua, nec ly hoīes aliquid,
qr si proprie loquamur dicendū est ly homo significare homi
nem ⁊ ly hoīes, hoīes. ergo ille solū aliquid ⁊ hic solū aliqua
¶ Difficultas hec non est de re. Nā ly homo ⁊ ly hoīes, sicut
vniuersalr oēs casus eiusdē nominis vnū nomē dicunt ⁊ idē
logicaliter significāt, solūqȝ differūt in modo significādi grā
maticaliter. Sed est difficultas de noīe, an significare singu
lariter hoīem sit significare aliquid ⁊ nullo modo aliqua nisi
forte sit terminus collectiuꝰ ⁊ significare pluraliter sit signifi
care aliqua ⁊ nullo modo aliquid. Et forsan scḋs modus ve
rior est, vtputa q nec ly homo aliqua nec ly hoīes dicatur si
gnificare aliquid, sȝ det intelligere hoīem pluraliter sicut ly
homo dat intelligere hoīes singulariter. Et ad primū argu
mentū dato q significatio obliquoꝝ debet cognosci per sup
positionē recti eiusdē numeri, nō tn̄ significatio singularis p
pluralē qr hoc variat significare aliquid vel aliqua. Ad secū
dum respōsum est q vȝ ly homo significat homines, singula
riter tn̄ ⁊ propterea nō est dicēdum significare aliqua. Si tn̄
vis eligere aliū modū, nō omnino reprobo, exactius verūtn̄
examinabit hoc sup. 1. tra. P.h.c.3. vbi videbit quibus cō
ceptibus subordinent ly hō ⁊ ly hoīes. ¶ Circa hoc qḋ est si
gnificare aliqualiter notato tripliciter id posse ɔtingere, vno
modo quādo terminus ex parte obiecti nullū realē modū si
gnificat sȝ facit intellectū aliter terminos categorematicos
accipere ꝙ acciperet sine illo ⁊ hoc dr exercere officiū in pro
positione vt infra exactius explanabitur. c. 8. vt ly omnis in
hac propositiōe/omnis homo est aīal. Scḋo modo quādo ex
parte obiecti aliquē modū significat in re, taliter tn̄ q ex mo
do sue sinificatiōis repugnat supponere pro aliquo, ⁊ hoc po
test dici significare aliqualr obiectiue, vt ly velociter/in hac
propositione/petrus velociter currit. Significat eñ veloci
tatē sed talr q ex modo sue significationis repugnat suppo
nere pro illa aut pro veloci. Tertio modo significare aliqua
liter est significare rē aliqualiter se habere qḋ est ꝓpositioni
peculiare. Et nō dicit significare mere aliqualiter sed aliqd
aliqualiter. Quā quidē diuisionē credo plurimum dicendis
inseruire. ¶ Per hec primū argumentū principale cum sua
confirmatione facile soluitur.

3. N. ¶ Ad secundū solet nonnullis maiorē
distingui, vȝ q ly paulus significet petrū, aut significatiōe
(inquiunt) absoluta, ⁊ sic negat, aut respectiua, ⁊ sic cōcedit
Et vocāt significationē absolutā, que prouenit ex natura si
ue impositione, q videlicet sine respectu ad aliquā copulam
vbicunqȝ terminus ponatur habeat talem significationem
vt significatio de ly/homo/⁊ similium. Sed ea (aiunt) est si
gnificatio respectiua que nō ꝓuenit ex natura vel impositio
ne sed ex solo respectu ad copulā de imaginario. Et hoc mo
do ly paulus in hac ꝓpositione petrꝰ imaginario est paulus
significat petrū, quinetiā quodlibet ens mūdi. Unde inserūt
nullū esse terminū singularē in ordine ad dictam copulā ac
subinde nō posse fieri ascēsum sub huiusmodi terminis cū tā
cōmune sit subiectū huius ꝓpōnis/hec substantia imagina
rio est accidēs/quā subiectū huius/substātia imaginario est
accidēs. At ꝓo nimirū si hec opinio nō cōsonat cōi hoīm sen
sui. Habet eñ cōcedere (vt argumentū principale probat) di
ctū terminū significare ⁊ tn̄ nec naturalr nec ex cōsuetudine
nec ad placitū. Itē querit ab hmōi opinātibꝰ, an ly paulus
significet petrū mediante naturali similitudine petri an po
tius mediāte naturali similitudine pauli, si primū. ḡ in hac
propōne/petrꝰ imaginario est paulus, cū ly petrus mediāte
eadē copula significet paulū, eadē rōne ly petrꝰ subordinare
tur naturali silr̄itudini pauli qḋ vr̄ sensui oīm obuiare. Rur
sus cū ambo termini significēt oīa entia mūdi, non vr̄ quare
his potius ꝙ illis cōceptibus subordinent. Si det scḋm, vt
puta q ly paulus mediāte naturali similitudine pauli signi
ficet petrū, certe eadē rōne significabit ipm̄, mediāte natura
li silr̄itudine lapidis, non eñ potiꝰ illa significat petrū ꝙ hec
Ad hec. Nec p imaginationē quidē apparet verū, cum hic
cōceptus paulus in hac ꝓpōne. v.g. petrus est paulus/natu
ralr ꝓprie solū paulū significet, q p adventū cuiuscūqȝ aliꝰ
termini aliqd aliud significet. Nā significare naturalr pro
prie aliquid nō intelligitur esse aliud ꝙ esse quodā modo na
turalē similitudinē illiꝰ, modo non est intelligibile q id ipm̄
qḋ modo nō est naturalis similitudo. a. fiat aliquo modo na
turalis silr̄itudo ipsiꝰ. ¶ Igit ad argumētū negat maior scȝ
q ly paulus aliquo modo significet petrū, sȝ vbicūqȝ ly pau
lus ponat, nō significat nisi paulū. Et ad probationē aut ne
getur aña, vtputa q sit ꝓa hec propō/petrus imaginario est
paulus/qr ponit petrū quodāmodo esse paulū (esto verū sit
dicere q petrus imaginat esse paulus.) Aut ipso cōcesso ne
getur q exinde sequat ly paulū aut significare petrū, aut p
illo supponere. Et re vera cū cōcedit q petrus imaginario
est paulus, res que est paulus affirmat de re ꝗ est petrus, ac
subinde ly paulus mediāte cōceptu pauli accipit ⁊ supponit
pro paulo ⁊ nō pro petro, ⁊ ly petrus ꝓ petro ⁊ nō pro paulo
Sed ad veritatē dicte ꝓpōnis sufficit q extrema imaginen
tur supponere ꝓ eodē, sȝ de facto ita nō sit. Sed ɔtra. ly signi
ficat ampliat ad quinqȝ, ergo tantūdē est dicere paulus signi
ficat paulū ac si diceres vel paulus significat omne illud qḋ
imaginat esse paulus, vel (vt obseruet appellatio) omē illud
qḋ imaginat esse paulus significat, sed petrus est aliquid qḋ
imaginat esse paulus, ḡ ly paulus significat petrum/aut pe
trū significat. Hoc argumentū petit modum ampliādi de ly
significat, quē expositū inuenies. c. 4. scḋe partis huius, vbi
ambe ille propositiones negantur.

¶ Pro solutione tertij notandū illam 5. No.
scripturā/hō/representare sibi similes scripturas/voces/cō
ceptū nō vltimatum ⁊ vltimatū, diuersimode tn̄. Nā scriptu
ras nō quidē significat, sed obiectiue rep̄sentat. qr simile rep̄
sentare suū simile stat duplr, obiectiue scȝ ⁊ instrumētalr, vt
imago imperatoris (vt visum est) pōt rep̄sentare se obiectiue
vel adeq̄te. i. per cōceptū distinctū ipsius. vel inadequate. i.
per vnū cōceptū, quo se ⁊ sibi similes imagines representat,
qui exprimit per hāc discreptionē: habēs hāc lineationē ⁊c.
qḋ quidē non appellamus significare, sȝ representare se ob
iectiue inadequate. Et per hūc modū hec scriptura/hō/rep̄
sentat sibi similes. Representat etiā dicta imago imperato
rem producēdo noticiā memoratiuā imperatoris absolutā, ⁊
respectu illius dr vere significare, qr tāqȝ instrumentū. Rur
sus scriptura/hō/dr significare voces, ⁊ quidē duplr s̄m eq
uocationē superius expositā de ly significare. Nā significat
vocē. i. exprimit ipsam, sicut vox significat cōceptū, ⁊ hec est
propria significatio ad placitū. Ad placitū nanqȝ fuit vt hec
vox homo illis caracteribꝰ exprimeretur. Et illo modo dicit
Arist. q scripture sunt signa eoꝝ ꝗ sunt in voce. Sed si acci
piat significare ꝓ hoc qḋ est facere cognoscere dictā scriptu
rā, nō significat vocē ꝓprie, quippe ꝗ nō fuit imposita ad si
gnificandū vocē, sed certe hominē, sicut vox ipsa. Dicit tn̄ fa
cere cognoscere vocē fortasse argumentatiue ⁊ quodāmodo
ad placitū, et hoc. s. q ad placitū dicta vox exprimit per illā
scripturā. Itē ly hō significat cōceptū nō vltimatū. i. ɔceptū
sui ipsiꝰ tāqȝ simile suū simile, ⁊ tādē significat ɔcepū vltima
tū ꝓpter similitudinē quā secū hȝ in significatione, nā signifi
cāt idē. Sed cū illa silr̄itudo ad placitū sit (ad placitū eñ ha
bet ly hō q significet sicut dictꝰ ɔceptꝰ) pōt dici q ly hō signi
ficat ipm̄ ɔceptū, vel ad placitū impositiōe ɔsecutiua, vel for
te naturalr, tāqȝ simile suū silr̄e, sȝ illa silr̄itudo sit ad placitū
vt dictū est de illa re que est imago imperatoris, que cum ad
placitū hēat vt sit imago ipsiꝰ, naturalr tn̄ dr ipm̄ significare
¶ Igit ad tertiū argumētū ɔcessa maiore, respōdeat ad sin
gula mēbra minoris, s̄m exigentiam eoꝝ que dicta sunt.

4. No. **¶ Ad quartū qḋ ꝓ iuuenū ludo forma** uimus, ꝯcessa maiore, negaꝛ minor; ꝛ ad illā ꝯñam nō signi‑ficās est nō significās, ꝙ nō significās nō est significās distin‑guiꝛ añs. Etenim, vel ambo extrema accipiūtur ꝑsonaliter ꝛ sic ꝯcediꝛ. Est eñ sensus, ꝙ res ꝙ̄ est nō significās, vtputa lapis, est nō significās. Et cōcediꝛ totū argumētū, vtputa ꝙ dicta res nō significat, sꝫ nihil iuuat intētionē arguētis. Vel ambo extrema accipiūtur materialiter, ꝛ sic ꝯcesso antecedē‑te, negaꝛ ꝯña. Nec arguiꝛ recte ab affirmatiua ad negatiuā qꝛ ly significās in añte teneꝛ materialiter ꝛ in ꝯñte ꝑsonalr. Si aūt subiectū añtis teneꝛ materialiter ꝛ predicatū ꝑsona‑liter (qḋ argumentū vꝛ ptētēdere) negaꝛ. Nā sensus est ꝙ ille terminus nō significās nō significet, qḋ est falsum.

5. No. **¶ Solent circa modum significādi ad** placitū, minutiora quedā dubia submoueri. Primū, quo pa‑cto primus terminus fuerit impositus. Scḋm possint ne om‑nes res, eque ad significandū imponi. Tertium sit ne aliqua impositio depēdens. Quartū an per solam depositionē desi‑nāt termini significare. ¶ Ad primū. Cū adā ꝑmo imposuit

Ad ꝑmū. noīa rebus, id fecit visis rebus proferēdo noīa, iuxta illud. Adduxit de⁹ vniuersa animātia ad adā, vt videret quid vo‑caret ea. Postea vero filijs suis manifestauit dictas imposi‑tiones ostēdens eis res ipsas digito aut quibusuis alijs vo‑cibus, ꝛ ꝓferēdo noīa. At ꝓo crescēte nominū copia, potue‑rūt ꝑ alia noīa, alioꝝ nominū impositiōes circūscribi, ꝛ hoc modo postea fuerūt noua nomina imposita. vt si ostensa re, diceret aliqs hec res vocēꝛ .a. Aut sic hec litera .a. significet sicut ly hō. Nec inde sequiꝛ, ꝙ voces cū proferunꝛ aut lite‑re cū scribuꝛ imponātur de nouo ad significandū, sed fiunt tūc capaces prime eue impōnis. Itaqꝫ ꝙ̄ imposuit hoc nomē homo ad significādū imposuit simul oēs similes scripturas ꝛ voces que possent esse. Itē etiā cū quis interpretaꝛ noīa. vtputa cū quis docet linguā latinā, nō dꝛ ipsa imponere, sed diciꝛ manifestare impositiōes iā factas. ¶ Ad scḋm, solet fe‑

Ad scḋm. re vir cōcedi, quālibet rē posse imponi ad significandū, ꝛ se et quodcūqꝫ aliud. Et sic dicūt āgelos quinetiā deū ipm̄, posse apud nos ad significandū imponi. Attamē cū res indiuisibi‑les non possint sese nr̄is sensibus obijci, certe non video quō possint nobis esse alioꝝ signa. Quare supflua esset talis im‑positio. Forte tñ apud ipsos angelos possunt eius modi im‑positiones fieri. Que quidē consideratio logice a dialectico distat. Sed ꝙ res aliqua significet se adequate ad placitum vꝛ intellectu difficilius. Nā significare ad placitum, est ꝙ si‑gnificatio dependeat ex placito ꝛ volūtate alicuius, sed non est i cuiuspiā volūtate aut potestate quin res quecūqꝫ sese na‑turalr representet. ergo nulla res pōt se ad placitū represen‑tare. Et ideo superflua esset talis impositio qua res impone‑retur ad significandū se, aut sua similia, que .s. obiectiue na‑turaliter representat, qḋ eo dixerim, qꝛ pōt terminus imponi ad significandū, ratione cui⁹ impositionis significet se inade‑quate. vt ly ens, aut ly terminus. Itē etiā equa rōne supua‑cue imponereꝛ. Vocce ad significādū suū prolatorē adequa‑te .i. sub hac forma voces petri significent petrū. Nā cū ipm̄ naturalr significēt, nō pōt coꝝ significatio ex placito depēde‑re ac ꝑinde neqꝫ ad placitum id significare, sed pōt termin⁹ quispiā imponi ad significandū rōne cuius impositiōis signi‑ficet suū prolatorē inadequate. vt ly plator, pariter ꝛ ly ego, qui terminus significat cōiter hoīem a quo proferaꝛ. ¶ Ad

Ad tertiū tertiū. solent fieri inter sophistas depēdentes impositiones, vtputa, qñ terminus imponiꝛ sub aliqua condicione, aut de terminatione. vt si ly .a. imponaꝛ ad significandū hoc vel illo modo, si ponaꝛ in tali ꝓpōne, aut si imponaꝛ ad significādū hoīes cras ꝛ nō hodie, tūc ly .a. nō significabit nisi cū in tali propōne ponitur, aut etiā tali die. ¶ Sed ꝯtra facta tali im‑positione nō est in mea potestate videre illā literā hodie, aut etiā extra ꝓpōnē quin ego recorder sui significati ꝑinde ac si esset in ꝓpōne, aut cras, ꝙ significatio talis tñ nō pōt esse illo modo depēdēs. ¶ Ad hoc ꝯcesso añte negaꝛ ꝯña. Nā si‑gnificatio vocis nō ꝯsistit in hoc solū qḋ est facere cognosce‑re res, sꝫ (vt supra dictū est) in hoc ꝙ possumus vti tali voce tāqꝫ signo ad exprimēdū conceptū ipsius rei, modo clarū est ꝙ hodie nō possum ego vti ly .a. tāqꝫ signo ad exprimēdū con‑

ad quartū cōceptū hoīs, si etiā dixero hodie .a. currit, nō ꝑcipiēt audien‑tes me velle dicere ꝙ hō currit. ¶ Et ꝑ hoc demū ad vltimū dubiū ptꝫ, tñ, ꝙ primū deponiꝛ ꝑ authēticā depositionem desinere significare ad placitū. Et si ꝯtra ꝗs arguat, hoc tm̄ (v.g.) homo deposito a sua significatiōe, non stat ꝑ aliquot dies quēqꝫ latinū, ipm̄ videre, qn eius significatiōis recorde‑tur, ꝙ non desinit significare imediate post depositionē. Ne‑gaꝛ pariter ꝯña, nā imediate post depositionē, nō est ampli⁹ ly hō certū signū, quo possimus vti, ad exprimēdū cōceptum hoīs, sꝫ ex cōsuetudine forte ꝑ aliquot dies sit signū recorda‑tionis. Dicūt preterea nōnulli relatiua depēdēter significa‑re illud qḋ per antecedētia significatur, ꝛ nō aliud. Quod .2. p.c. de relatiuis examinabiꝛ. Item an ly ego/tu/vltra/citra ꝛ silia, solū dependēter significarēt, videbiꝛ sup primū trac. P. h. Hic verūtñ notato vnū pro modo loquēdi in hac ma‑teria. q. 2. p. exactius declarabitur. vꝫ ly significat appel‑lare propriū cōceptū quē determinat nisi aliūde talis appel‑latio impediaꝛ. V.g. cū diciꝛ hō significat hominē denotaꝛ ly hō significare hoīes mediāte illo ꝯceptu hō. Dixerim, nisi aliūde impediaꝛ/qꝛ cū dꝛ homo significat petrū inadequate nō denotaꝛ ꝙ mediāte cōceptu proprio petri. Igiꝛ nō cōce‑das. petrus significat materiā petri, sed petr⁹ significat ma‑teriā petri de per acēns ꝛc. nec ꝯcedas. albū significat corp⁹ aut, significat albedinē, sꝫ significat corp⁹ de materiali, ꝛ al‑bedinē de formali. Et proportionabilr in alijs. Multa alia missa fecimus ꝙ̄ a neotericis in hac parte dispiutari solent, partim que cōmodius alibi tradenꝛ, partim que nō tam rei dialectice cōducant ꝙ̄ ipsam obnubilant.

Capitis quinti. Lectio vnica.

His deniqꝫ tenui calamo prelibatis 1. No.
primus ac vniuersalissimus terminus exponēdus est ipsa eadē dictio/terminus. De quo Arist. 1. prioꝝ. Terminū (inquit) voco in quē resoluiꝛ propō, vt in subiectū ꝛ predica‑tū. Vbi volūt nōnulli Ari. sola extrema propōis appellasse terminos, instar termini phisici qui est cuiuscūqꝫ rei extremi‑tas. At nō vꝛ verbū a rōne termini seclusisse, cū in ipm̄ etiaꝫ propō resoluaꝛ, sed posuit exēpla de solis extremis propōis, qꝛ illa sola (vt ibi annotabimus) sillogistico negocio seruie‑bāt. Aut forte qꝛ etiā verbū (vt .c. de ꝟbo ꝓbabim⁹) pōt esse ꝓpositiōis extremū. Vnde Boetius. 1. topi. intētionē Arist. exponēs, terminos (inquit) voco, noīa vel verba quib⁹ nectiꝛ propō. Ex quo tandē in cōi vsu, oēs propōnis partes, solent termini appellari, quasi idē sit apud dialecticos: termin⁹, qḋ apud grāmaticos/dictio. Et dꝛ terminus ad similitudinem, nō quidē extremitatꝫ sꝫ ꝑncipioꝝ rei naturalis ꝙ̄ dicūtur ei⁹ tñi vtputa a quib⁹ incipit cōpositio, ꝛ in quos ei⁹ resolutio terminaꝛ. Igiꝛ iuxta doctrinā Arist. ꝛ tñi ethimologiam.

¶ Terminus est signū propōnis cate‑ 2. No.
gorice cōstitutiuū. vt singule quinqꝫ partiū huius ꝓpōnis, nō oīs hō est iustus. ¶ Signū poniꝛ tāqꝫ genus immediatū diffiniti, ꝛ accipiꝛ logice ꝓ signo expressiuo cōcept⁹, aut (qḋ idē est) formalr vel ad placitū significāte. Quare tabella pē‑dēs pre forib⁹ dom⁹, seu⁹ cāpane ꝛ silia, sꝫ sint ꝓprie signa, verūtñ nec sunt signa logicalia, nec sunt aliquo mō dicendi termini. Cōstitutiuū, dicit potentiā propinquā iuxta modūꝫ supra declaratū .c. 1. le. 1. Propōnis categorice, vt secludaꝛ propō ipsa, a rōne termini, que sꝫ possit propōnem hypotheti‑cā cōstituere, nusqꝫ tñ apud antiqs appellaꝛ terminus. vt est videre in supradictis Arist. ꝛ boetij diffinitiōib⁹. Habent se eñ terminus ꝛ propositio, sicut totū ꝛ pars, ꝛ ideo qui propō‑nē appellāt terminū, videnꝛ certe noīa cōfundere. Nec op⁹ fuit addere, ꝓpōnis ꝯficte, quippe cū absolute dꝛ ꝓpositio, intelligiꝛ cōsueta, i, que aliqua sciētia vtiꝛ. Nā ꝓpōo ꝙ̄ ex

lapidibus vel aliis rebus fingi solēt, nullo modo sunt dicēs
de ꝓpositiōes. Nec res ille, dicūtur termin⁹, nisi ab illis qui
disciplinas extra proprios limites pro libito distendūt. Ad=
dunt nōnulli dicte diffinitioni / tanq̄ pars propinqua / vt ses
cludāt sillabas ⁊ literas. Excludūtur tñ sufficienter per hoc
quod non sunt signa.

Primũ. **Sed cōtra dictā diffinitionē arguit.**
Nec diffinit ibi termin⁹ mētalis nec vocalis nec scrip
tus, ḡ nō diffinit ibi termin⁹, ac ꝑinde nō est bona diffinitio
termini. cōsequētia tenet a sufficienti diuisione. Omnis eñ
terminus vel est mētalis vel vocalis vel scriptus (vt tamē
videbit) ⁊ probatur añs quo ad singulas partes. Si ibi dif=
finiretur terminus mentalis, seq̄retur alicui cōuenire diffini
Secundũ tionem cui non cōueniret diffinitū, vtputa termino vocali ⁊
scripto, ⁊ idē sequeret dato quocūq̄ alio mēbro, ergo nullum
eoꝝ diffinitur. ¶ Scdo alicui cōuenit diffinitū cū aliqua de
terminatione cui non conuenit cum eadem, diffinitum, ergo
illa diffinitio nō omnino conuertitur cū diffinito, ac subinde
Tertium non est bona. Probatur añs. ly homo solitarie sumptus est
terminus extra propositionē tñ non est signū constitutiuum
propositiōis extra propositionē. ergo. ¶ Tertio si illa parti
cula / categorice / esset addenda maxime (vt dictum est) ad ex
cludendā propositionē a ratione termini, sed adhuc hec pro
Quartũ. positio / hō est aial / est signū constitutiuū propositionis cate
gorice scz hui⁹ / homo est aial rōnale / ergo illa particula res
dundat in dicta diffinitione. ¶ Quarto ly buf est terminus
⁊ tñ non est signū ergo signū non est genus termini. Minor
ex dictis est nota ⁊ maior ꝓbatur ex cōi fere vsu modernorū
appellātiū ly buf terminū non significatiuum. Scdo hec est
consueta propositio / buf est dictio, ergo subiectū est termin⁹
Tertio q: ibi ly buf supponit materialiter pro se, sed suppo=
5. No. nere est passio termini, ergo ly buf est terminus.
Ad pmũ. **¶ Ad primū: distinguitur antecedēs:**
quia vel ille tres dictiones accipiūtur materialiter, vt sit sen
sus q̄ nec diffinitur ly terminus mētalis ⁊c. tanq̄ diffinitum
remotū ⁊ sic cōceditur q: nō diffinitur nisi hec scriptura / ter
minus / (si diffinitio detur in scripto) aut hec vox / terminus /
(si detur in voce) que quidē dictio est cōis oībus terminis /
mētalibus / vocalib⁹ ⁊ scriptis, sed tunc negat ɔña cū infert
ergo nō diffinit terminus. Neq̄ arguit a sufficienti diuisio
ne, cū termini teneātur materialiter, vt non sequit per hanc
diffinitionē / corpus sensibile / nō diffinit ly hō neq̄ ly equus
⁊c. ergo nō diffinitur ly aial. Uel dicte tres dictiōes accipiū
tur ꝑsonaliter, vt sit sensus q̄ nō diffiniunt res q̄ sunt termi
ni / mētales aut res q̄ sunt termini vocales, singule tanq̄ diffi
nita propinqua inadequata ⁊ sic negat añs. Nā cū ibi ade
quate diffinit res q̄ est terminus, inadequate diffinit res q̄
est terminus mētalis ⁊ res que est terminus vocalis ⁊c. vnde
si dicti termini adhuc accipiant materialiter, diffiniunt tñ
q̄ diffinita propinqua inadequata, sicut per hanc diffinitio
nem (aial rationale) inadequate diffinitur res que est petrus
Est ergo in dicta diffinitione diffinitū remotū ly terminus
Ad scdm. ⁊ diffinitū propinquū res que est terminus. ¶ Ex quo seques
tur idē esse diffinitū propinquū ⁊ remotū dicte diffinitionis
vtputa ly terminus. ¶ Pro scdo argumēto vbi examinatur
regula illa supra posita de quocūq̄ dr diffinitio cum aliqua
determinatione dr cū eadē, diffinitū, aduertito q̄ in hac pro
positione ly homo est terminus extra propositionē pariter ⁊
in hac ly homo est signū constitutiuū propōnis extra propo
sitionē / pōt ly extra propositionē / appellare aut in significa
tū materiale sui determinabilis, aut in significatū formale,
lz in rigore (vt infra examinabit) scdo mō accipiat. Si cadit
supra significatū materiale vtraq̄ est vera in casu argumen
ti, sunt eñ earū sensus q̄ ly homo est terminus ⁊ est nunc ex
tra propositionē, ⁊ q̄ sit signū ꝓpositionis cōstitutiuū ⁊ nūc
sit extra propositionē. Si aūt cadat in significatum formale
vtraq̄ est falsa, cū vtriusq̄ sensus sit q̄ ly homo pōt cōstitue
re propositionē extra ꝓpōnem dato q̄ prima non sit propria
faciat hūc sensum sicut scda. Igit ad formā argumēti distin
guitur vtraq̄ pars añtis, q: si in vtraq̄ ly extra ꝓpositiōem
eodē modo appellet, negat, si autē diuersimode, negat ɔña. Ad tertiũ
¶ Ad tertiū cōcessa vtraq̄ parte añtis, negatur ɔña, subin=
telligim⁹ eñ in diffinitione tanq̄ pars precipua aut precipue
determinatiua, modo nulla propositio significatiue sumpta
potest esse extremū totale aut copula propositionis categori
ce, quas vocamus partes precipuas neq̄ pōt tales partes
determinare seu modificare. Diximus / significatiue sumpta /
q: materialiter bene potest esse extremū vt in hac / homo est
aial, est propositio, qđ nō sufficit vt dicatur terminus. ¶ Ex
quo sequitur q̄ hec orō / vtrum petrus disputat / petre scribe
et similes nō sunt termini, q: nō possunt significatiue sumpte
esse totalia extrema propōnis, licet pma sit pars extremi in
hac / q̄rovtrū petrus disputat. Obliqui aūt nominū, vt petri
petre ⁊c. vtique sunt termini q: scdm suos essentialr sinonimos
vtputa sm rectos, pñt esse propōnis extrema. ¶ Et si dubi=
tes, ergo ly et copulatiue sumptū non est terminus, q: sm ta
lem significationē, nō pōt dicto modo ɔstituere propositionē
categoricā. Negatur ɔña nam sufficit q̄ pōt esse determina=
tiuū, hoc est, vnitiuū ꝓpōnis categorice. ¶ Propt quartū
argumentū dicunt multi q̄ ly signū in diffinitiōe termini ac
cipitur large vt vcz includit res sese significātes. At reuera,
vt ex supradictis cōstat, nullo modo pōt ly buf dici signū sui
ipsius. Nō eñ sm acceptionē dialecticoꝝ, nā hoc modo solū
modo voces expressiue cōceptuū dicūtur signa. Et quomodo
cūq̄ accipiat ad minus debet aliud a se representare: vt ex
Augustino quinetiā, ex ipso noie cōstat. Quis eñ dicat aliq̄
quam rē signū sui? Igit simpliciter ly buf non est termin⁹, sz
dr quodāmodo terminus, nō q: sit quodāmodo signū, sed q:
habet aliquā ꝓprietatē termini, vtputa posse cōstituere pro
positionē supponere ⁊c. qđ infra exactius disputabit. ca. 12.
l. 1. Quare ad argumētum negatur maior, nec rationes ille
probant nisi q̄ ly buf habet aliquas cōuenientias cū termi
no. Et ideo, ne idē sepe repetamus vbicunq̄ loquamur abs
solute de termino intelligemus de termino significatiuo.
¶ Solent hic formari minutiora quedam argumēta vtputa
ly nō terminus est signū propositionis constitutiuū, ⁊ tñ non
est terminus. ergo. ⁊ probatur minor. Nō termin⁹ est nō ter=
minus, ergo nō terminus nō est terminus. Itē etiā. hoc com
plexū signum qđ nō est ꝓpositionis cōstitutiuū / est termin⁹,
⁊ tñ non est signū ꝓpōnis constitutiuū, qđ patet. est signū qđ
non est propositionis cōstitutiuū, ergo nō est signū ꝓpositio
nis ɔstitutiuū. Hec tñ ⁊ similia, ex eis q̄ diximus circa ly nō
significās ⁊ hic ⁊ in aliis quibusuis materiis facile formant
ac dissoluunt, quare nusq̄ amplius repetent. ¶ Fiūt etiam
mediante ultimo, illa tamen cum appellatione & hec sine appellatione proprii conceptus. ¶ Dicitur suppositio materialis: quia cum forma terminorum sit eius significatio, terminus ipse videtur se habere tanq̃ materia respectu ipsius. Ob idq; quando terminus supponit pro se dicitur materialiter supponere. Simplex, quia quando terminus supponit pro suo primario significato videtur supponere pro eo quod est per se significatum eius & quod est per se dicitur, simpliciter. Vel simplex, ꝙ terminus sic supponens non diuidatur seu distribuatur in sua indiuidua. Personalis, quia iuxta modum loquendi grammaticorum, omnis res demonstrabilis dicitur persona, & ideo cum terminus sic supponit pro rebus ut liceat sub ipso descendere res ipsas demonstrando, dicitur personaliter, quasi pro personis .i. rebus demonstrabilibus supponere.

2. No. ¶ Suppō materialis tripliciter cōtingit. Primo, quando terminus supponit pro se ipso, aut sibi simili in lineatiōe vel prolatiōe, ut ly homo in hac / homo est nomen. Secundo, quando supponit pro sibi simili alibi personaliter sumpto, ut ly hominum / in his propositionibus / hominum est genitiui casus / hominum est pluralis numeri. Supponit enim pro ly hominum existente. v. g. in hac oratione / filii hominum usq;quo graui corde / quare dicte propositiones sunt vere. At fortasse arguis contra, Ly hominū in dictis propōnibus reddit suppositū verbo, & verbo singularis numeri, ergo propter primum potius est hec concedenda. hominum, est nominatiuus, & propter secundum hominum, est singulare. Hoc argumentum magis probat intentum nostrum. Nam si in illis propositionibus ly hominum supponeret pro se secundum ꝙ est subiectum illarum, re vera secunde propositiones essent vere, agit enim ibi ly hominū vices nominatiui singularis, usus tamen efficit, ut non supponat nisi pro se alibi significatiue tento. Quare due prime propositiōes sunt vere & secūde false. Tertio (ut modernis videt in modalibus) dictum .i. aggregatum ex nominatiuo & accusatiuo supponit materaliter pro propositione sibi correspondenti ut ly hominem disputare, hic / hominem disputare est contingens, supponit materialiter pro hac propositione homo disputat. Dant enim sensum illius, hoc modo / hec propositio. hō disputat est contingens. quod tamen ibi examinabit.

3. No. ¶ Solent hic tres regule a dialecticis annotari, quibus cognoscatur, quando terminus materialiter supponit. ¶ Prima dictio non significatiua, ubicunq; supponat, supponit materialiter, ut extrema huius propositionis / blitiri est blitiri. Unde hec propositio / hic homo erit blitiri (demonstrato puero non baptizato qui postea vocabitur blitiri) est falsa, q2 ly blitiri cum temporis nihil significet, supponit materialiter. Et ratio hui⁹ regule est, eiusmodi dictiones non nisi materialiter sumptas, propositiones construere posse. Quo fit ut propositio qñ est extremum propositionis ut hic / homo est animal est ens, aut si inepte dicas ens est hō est animal, uniuersaliter supponere materialiter, quia non potest apte, aliter tenta, esse extremū propositiōis. ¶ Secunda. terminus determinatus signo materialitatis supponit materialiter, ut ly homo / in hac / ly homo est ens. Signa materialitatis sunt, hic terminus / hec dictio / cetera q; id genus. Et hoc signum ly. Que quidem signa faciunt terminum supponere materialiter prima specie suppositiōis materialis. Et notatis signum / ly / nec esse demonstratiuum, nec distributiuum. Quare subiectum huius propositionis, ly homo est nomen / potest distribui pro se & sibi similibus, et singularizari pro se dicendo hoc ly homo est nomen. Nec dictum signum est restrictiuum, quia non coartat terminum ad supponendum pro paucioribus suppositis, sed omnino pro alio significato seu representato q̃ supponeret sine tali signo. Unde potius dicitur signum alienatiuum a propria significatione. Notatis rursus ꝙ cum video scriptum / ly homo est ens. non concipio in mente, admitius uniuersaliter, actum illius signi ly, sed illa scriptura / ly / addita illi termino homo / facit ut ego formem conceptum non ultimatum. illius vocis homo pro subiecto illius propositionis & non ultimatum hominum. Potest tamen dictus actus in mente reperiri determinans terminum mentalem, faciensq; ipsum stare pro seipso materialiter. Nec inde sequitur, ut quidam sibi videtur inferre ꝙ in mente terminus caderet a sua significatione aut esset equiuocatio. Et cum arguit. Terminus mentalis accipitur materialiter, ergo accipitur pro se, tunc sic vel cecidit a significatione qua naturaliter proprie significabat, vel non, si cecidit ergo primum inconueniens, sin autem, ergo accipitur pro suo significato, ac subinde simul accipitur pro se & suo significato, que duo equiuoce significat, Respondetur. Concessa prima consequentia, & datur ꝙ cum conceptus tenetur materialiter non cadit propterea a propria significatione. sicut in hac scripta propositione / ly homo est nomen, licet subiectum accipiatur solum pro se non desinit significare homines, sed negatur illa consequentia, ergo accipitur pro suo proprio significato. Non enim oportet terminū semper accipi pro eo quod significat. ¶ Addūt ad hec ꝙ quando additur signum neutri generis dictioni masculini aut feminini, tunc talis dictio supponit materialiter, ut subiectum harū / hoc homo est animal / omne homo est substātia / Et ratio est, quia dictiones materialiter tente tanq̃ neutri⁹ generis considerantur, sed certe eiusmodi loquutiones non videntur latine sonare. ¶ Tertiam regulam statuunt nonnulli sub hoc tenore. Omnis terminus qui subiicitur respectu termini secunde intentionis, si supponit, supponit materialiter. At re vera, regula hec nec habet uniuersaliter verū nec modos omnes sufficiēter cōplectitur quibus termini materialiter supponunt. Primum patet. In primis, subiectum huius / fum⁹ significat ignem / supponit personaliter. Et si dicant hoc non obstare regule, quia ly significans sit acceptū non est terminus secunde intentionis, arguitur de subiecto huius / homo est species / quod non supponit materialiter. Item adhuc secundum negantes suppositionem simplicem arguitur de subiectis harum / homo est diffinitum propinquum / canis latrabilis & marinus sunt equiuoca equiuocata, que cum subiiciantur respectu termini secunde intentionis non tamen supponunt materialiter, sed personaliter potius. Quod si restringāt regulam quod videlicet solū intelligatur quando predicatū secunde intentionis supponit pro signis. Arguitur de subiectis harum / nomen est nomen / nomen non est verbum / syllogismus est propositio. Nec sufficit si regulā strictius sentiant. s. quādo subiectū est terminus prime intentionis. Nam subiectum huius / conceptus est terminus mentalis / vel huius (ne sit locus negandi) qualitas mentis est verbum, licet habet oēs cōditiones regule, certe supponit personaliter. Secundum etiam constat, subiectum huius / homo est vox / supponit materialiter, et tamen predicatum non est termin⁹ secunde intentionis, vel apparētu⁹. subiecta harum / homo scribitur / homo profertur. Igitur fortasse non est certa regula qua suppositio materialis uniuersaliter cognoscatur. Nec potest (vel fallor) haberi certior q̃ si dicere. ¶ Quando predicatum non potest cōuenire subiecto pro suo significato. et solet ut in plurimum de terminis predicari, tunc subiectum supponit materialiter, nisi aliquod signum obstet. Quod habet verum siue tam subiectum q̃ predicatum sint prime siue secunde intentionis, siue propositio sit vera siue falsa, siue affirmatiua siue negatiua. v. g. subiecta harum propositionum / homo est vox / seu homo profertur / homo est nomen / species scribitur / genus est nomen / materialiter supponunt. Sed in hac sonus est vox / subiectū supponit personaliter, quia predicatum potest conuenire ei pro suo significato, pariter & subiectū huius / homo est qualitas quia predicatum non solet ut in plurimum de terminis predicari, sicut subiectum huius / chimera est ens. Nec opus est tale predicatum posse conuenire subiecto materialiter sumpto, etenim subiectū hui⁹ / hō ē trisyllabū, materialiter supponit.

Significatum termini voco illud, quod significat proprie, vel improprie, aliud a se et a suo simul et ab alijs que vel obiectiue, vel tanq̃ instrumentum naturale representat. Diximus/nisi aliquod signum. ꝛc. quia in hac/aliquis homo est nomen/signum masculini generis facit subiectum supponere personaliter postq̃ termini materialiter supponentes, neutrius generis existimantur. Et in hac propositione ego sum pronomen/verbum prime persone, facit subiectum personaliter supponere sicut in hac/animalia sunt nomina, verbum pluralis numeri, quia cum terminus materialiter tenetur tanq̃ tertie persone, ꝛ si fuerint incomplexi, tanq̃ termini singularis numeri considerantur. Item solet nonunq̃ impediri suppositio materialis per ly res que est. Si eñ dicas an res que est deus sit nomen, certe subiectũ personaliter supponit. Sed regula hec adhuc patitur exceptionem in terminis siue prime siue secunde intentionis diuidẽtibus aliquod genus. Nam in hac/qualitas mentis non est vox/non profertur ꝛc. certe multi possunt concipere subiectum personaliter licet predicatum habeat cõditionem regule. Et maxime hoc videtur in terminis secunde intentionis. Et enim in hac/terminus mentalis non est terminus vocalis/nomen nõ est verbum/verbum non est propositio/ac proinde in suis affirmatiuis, certe apparent subiecta personaliter supponere. At vero quando predicatum potest conuenire subiecto ꝛ pro se et pro suo significato, vel in rei veritate vel in aliquali apparentia, opinor vtendum esse distinctiõe. Nam potest tunc subiectum ꝛ materialiter et personaliter supponere. vt in hac petrus imaginarie est nomen/vox est nomen/et maxime in terminis secunde intentionis sicut/hic nomẽ est vox/nomen est nomen/verbum est nomen/immo si dicas/verbum nec est nomen nec pronomen/videtur subiectum supponere personaliter. Sed si dicas/verbum est nomen latinum, sicut rithma/nomen grecum/videtur ly verbum materialiter supponere. Sunt alij modi quibus termini materialiter supponunt. scilicet quãdo reguntur a verbo/dico/aut a similibus, vt ly/sic ly/non/ly Dominicus/in his locutionibus/ego dico sic, tu dicis/non/vocor dominicus. ꝛc. ¶ Quod diximus in his propositionibus/ly homo est animal/homo est nomen/subiecta materialiter, ꝛ vniuersaliter in alijs, subiecta supponere pro se, non sic intelligimus quod videlicet non possit intellectus aliter concipere (possumus enim per hanc homo est nomen/concipere rem que est homo esse nomen, sicut per hanc homo est animal/illam vocem esse animal) sed ꝙ ex vsu sic vniuersaliter concipiamus vt regule sonant.

4. No. ¶ Suppositio simplex itidem (inquit autor summularum) triplex est. Quedam enim est termini communis in subiecto positi, vt ibi,/homo est species/alia est termini communis positi in predicato propositionis affirmatiue cuius subiectum distribuitur, vt ibi/omnis homo est animal. Tertia est termini communis positi post dictionem exceptiuam, vt ly hominem ibi/omne animal preter hominẽ est irrationale. Et adhuc addunt alij quando terminus communis est predicatum respectu subiecti copulatiue sumpti, vt ibi Parisius et Rome vendit piper. Aut respectu signi specialis confusionis, vt ly equus ibi ad equitandum requiritur equus. Sed si daretur locus huiusmodi suppositionibus simplicibus, possent sic multiplicari, vt omnes termini supponentes confuse tantum dicerentur supponere simpliciter. (quod fortasse vsus antiquorum habebat.) Veruntamẽ vt cum modernis (qui in hac parte clarius loquuntur) consentiamus, sit regula ad cognoscendum suppositionem simplicem.

5. No. ¶ Omnis terminus prime intẽtionis qui subijcitur respectu predicati secunde intentionis supponentis pro rebus supponit simpliciter nisi aliqua obstet determinatio suppositionem personalem efficiens, vt subiecta harum/petrus est indiuiduum/homo est species/rationale, est differentia/etiam si diceres/homo est genus/rationale, est proprium/refert enim nihil vera ne sit an falsa propositio. Item subiecta harum/ens est obiectum adequatum intellectus/color est obiectum visus/homo adequate diffinitur per hanc diffinitionem/animal rationale/animal diuiditur per rationale ꝛ irrationale. ꝛc. Et fortasse non gratis concederetur ly animalium hic/animalium aliud rationale ꝛ aliud irrationale/supponere simpliciter cum nec materialiter supponat (vt capite de diuisione visum est) nec sub illo liceat mediate vel immediate descendere. Et posset dici ꝙ sicut ly diuiditur appellat pro subiectum proprium conceptum ita illud disiunctum quod loco eius ponitur. ¶ Diximus terminus prime intentionis, quia si subiectum sit terminus secunde intentionis etiam supponens pro rebus, vt hic genus non est species/vniuersale est genus, distinguende sunt huiusmodi locutiones, quia potest subiectum ꝛ simpliciter ꝛ personaliter supponere. ¶ Diximus nisi aliquod signum obstet: quia in hac aliquis homo est species subiectũ quidem personaliter supponit ob signum/aliquis/impediẽs appellationem predicati sicut subiectum huius, homines sunt species propter numerum pluralem. Nam cum terminus simpliciter supponit agit quidem vices nominatiui singularis. Posset hec regula, ꝛ quidem non ab re paulo latius extendi iuxta tenorem diffinitionis suppositionis simplicis, vt videlicet ꝙ quandocunq̃ aliquis terminus supponit pro suo significato cum appellatione proprij conceptus supponat simpliciter vt ly hominem, aut ly bonum, in huiusmodi propositionibus/cognosco hominem appeto bonũ. ꝛc. Vt pote sub quibus nec mediate nec immediate licet vllo modo descendere. Quinetiam licet summulistis huius tẽporis durum appareat, re vera in superioribus facultatibus quotiescunq̃ predicatum conuenit subiecto, et non pro hoc aut illo indiuiduo existimatur tale subiectum simpliciter supponere, vt in huiusmodi locutionibus/homo est animalium dignissimum/rosa est florum pulcherrimus. ꝛc. At vero quando terminus taliter supponit, vt sub illo liceat mediate vel immediate descendere ad indiuidua non censetur iuxta vsum modo vigentem simpliciter supponere. Quare ly animal/ly/piper/ly/equus/in propositionibus superius adductis personaliter supponunt. Itidẽ (vt opinor) ly deus in his/deus est trinus/tres persone sunt vnus deus/ꝛ similibus, personaliter supponit, quia licet descendere demõstrando indiuiduum. scilicet habens deitatem. licet non liceat demonstrare suppositum. Potest itidem dici ꝙ quando pronomen singularizat pro specie ꝛ non pro indiuiduo efficiat suppositionem simplicem, vt hic/hec herba crescit in horto meo vel dicatur (est enim questio de nomine) ꝙ tale subiectum supponit determinate, quantum ad indiuiduum, et discrete quãtum ad speciem, cum dicta propositio sic resoluatur/aliqua herba eiusdem speciei cum hac/crescit in horto meo.

¶ Ex dictis sequitur male quosdam 5. No.
etiam reales suppositionem materialem ꝛ simplicem confundere. Arguũt enim sic Ly homo in hac propositione/homo est species/eo dicitur simpliciter supponere, quia est terminus prime intentionis subiectus predicato secunde, sed idẽ contingit in hac/homo est nomen/ergo pariter hic supponit simpliciter. Ad quod negatur maior. non enim illa est tota causa, vt ex dictis constat, sed quia supponit pro suo significato cum appellatione sui conceptus. Igitur formalis differentia inter suppositionem simplicem ꝛ materialem, est ꝙ hec sit pro termino ipso. ꝛ illa pro eius significato. Ex quibus rursus sequitur ꝙ sicut predicari, esse speciem. ꝛc. sunt proprietates rerum, ita supponere, esse, nomen. ꝛc. sunt proprietates terminorum.

¶ Contra id tamen quod de distinctione inter simplicem/ac materialem/suppositionem, diximus, arguitur. Nulla est res que petro/paulo/ceterisq̃ hominibus sit communis, ergo nulla est res que de pluribus predicetur, antecedens patet. Quia quicquid est

est a parte rei est indiuiduū. Ex consequentia, q2 nihil predicat de pluribus nisi quod illis conuenit. Rursus, ergo predicari, ac subinde esse speciem, solis tribus conuenit. Item ergo in hac propositione homo predicatur de pluribus, aut in hac/ homo est species, subiectum supponit per se ac subinde suppositio simplex non distinguitur a materiali. Secundo contra diffinitionem suppositionis materialis arguitur. Subiectum huius propositionis/ petrus ⁊ paulus sunt termini discreti/ supponit materialiter, tamen non supponit pro se, ergo diffinitio nulla, maior patet, quia predicatum est terminus secunde intentionis. et minor, q2 ly et que est vna pars illius copulati/ non supponit pro se.

7.No. ¶ Primum argumentum non est in medium propositum, vt disputemus an sit aliqua natura specifica a suppositis realiter distincta, metaphisica enim, est huiusmodi disputatio, sed vt videam⁹ ꝙ siue distinguatur, siue non distinguatur, non debet suppositio simplex, a scholis (vt quibusdam placet) excludi. Nempe cum dicitur/ petrus est homo/ aut homo est animal, certe qui sese accuratius interrogaret, non videretur sibi posse negare, rem que est homo dici de re que est petrus/ aut rem que est animal de re que est homo. Immo hoc ipsum fatemur, cum dicimus terminos personaliter accipi pro rebus. i. loco rerum. Quare res dicuntur quodammodo predicari. Obidq3 cum dicitur/ homo predicatur de pluribus/ homo est species/ non est sensus ꝙ solum ly homo predicet, aut sit species, sed ꝙ res ipsa que est hō sit species, ac proinde ly hō nō naturalr, sed simpliciter supponit. Quod adhuc ex communi vsu confirmatur. Cum enim dicitur/ homo est species quedam animalium ceteris prestantior, aut, reubarbum est species quedam herbe colere purgatiua, reuera nescio quis sentiat illum terminū/ homo/ aut reubarbum, esse speciem. Igitur, vt ab aliis metaphisicis suasionibus abstineamus, ad argumentum negatur primum antecedens, nam licet seclusa operatione intellectus nulla esset res que sit in petro ⁊ paulo ⁊c. (cuius disputatio vsq3 ad alium locum nos expectet). Nihilominus tamen/ homo/ inq̄tum cognitus per istum conceptum homo abstrahentem a suppositis dicitur conueniēs pluribus ⁊ predicabilis de pluribus. Termini autem non proprie dicuntur genus ⁊ species sed termini generici aut speciefici vt primo capi. prime par. adnotauim⁹. Nam quamq̄ ipsis magis proprie conueniat predicari, nihilominus non predicantur nisi loco rerum. Dixerim voces magis proprie predicari quam res. quod sctūs tho. 1. periher. lectio. 5. sub his verbis asserit. Cum Aristoteles dicit ꝙ verbum semper est nota eorum que de altero predicantur, non est sic intelligendum quasi significata verborum sint que predicantur. Quia cum predicatio videatur magis proprie ad voces pertinere, ipsa verba sunt que predicantur, magis q̄ significent predicata. hec ille. Cuius ratio est quia subiectum et predicatum sunt partes propositionis, modo clarum est propositiones ex rebus minime confici sed ex terminis potius.

8.No. ¶ Pro secundo argumento aduertito aliud esse dicere/ petrus ⁊ paulus est terminus, ⁊ aliud petrus ⁊ paulus sunt termini. Nam in prima subiectum accipitur materialiter pro seipso, ⁊ in secunda, licet partes categorematice accipiantur pro seipsis tamen ly/ ⁊/ significatiue tenetur. Quare nonnulli ad argumentum negant maiorem, immo dicunt dictum subiectum supponere personaliter pro suis duabus partibus. Sed re vera hoc non videtur veritatem habere. Cum q2 nec totum ipsum copulatū (vt includat ly ⁊) supponit pro partibus illis, tum maxime, quia partes ille non sunt significata ipsius copulati. Et ideo (vt sentio) ly ⁊, non est pars subiecti, sed ille due partes vnite per ly ⁊, sunt totale subiectum, quod manifeste constat, quia predicatum de illis solis dicitur. et si arguas. Ille partes vnite per ly ⁊/ sunt subiectum, ergo ⁊ ly/ ⁊/ est pars, negatur consequentia, sicut non sequitur, ly homo distributū p ly omnis est subiectum in hac propositione/ omnis homo est animal/ ergo ly omnis est pars. Et si iterato/ arguas, virtus de ly/ ⁊/ non trāsit vltra, cum complexiue teneatur: ergo efficitur pars, negatur etiam consequentia, que cum suo antecedenti super primum tractatum magistri. p. h. declarabitur. Igitur ad argumentum conceditur maior, ad hunc sensum ꝙ partes illi⁹ copulati supponunt materialiter, ⁊ negatur illa consequentia ly/ ⁊/ non supponit pro se ergo totum non supponit materialiter, quia ly/ ⁊/ non est pars totius. Ex quo sequitur subiectum huius petrus ⁊ maria/ est homo supponere communiter quia postq̄ ly/ ⁊/ est vniuersalitas que non est pars subiecti debet mutari in ly vel. Quare in dicta propositione subiectum et predicatum supponunt pro eodem. Nihilominus est falsa quia predicatum non conuenit vtriq3 partim.

¶ Ex his sequitur subiectum huius propositionis/ petrus vel ly paulus est ens (petro existente) supponere personaliter ⁊ materialiter copulatiue (supponit enim disiunctim sicut personaliter pro sorte, ita materialiter pro ly paulus, licet non dicatur, tunc supponere pro se, sufficit enim illam partem supponere pro se, ratione cuius totum disiunctum supponit. Sed petro nō existente supponit pure materialiter. At subiectum huius/ petrus ⁊ ly paulus sunt entia (petro equidem existente) supponit mixtim. scilicet personaliter ⁊ materialiter copulatim, sed petro nō existente nullomodo supponit. Alias complexionū mixtiones per ea que dicta sunt, tu ipse rimari potes. ¶ Dubitas fortasse an ly/ ⁊/ hic/ petrus ⁊ paulus est copulatū, vel ly est, coniungens partes subiecti hic/ homo est animal est propositio/ teneatur significatiue. Nam si tenetur, tunc totum subiectū. scilicet totum copulatum aut tota propositio non tenetur materialiter. Sin autem, non vnit partes subiecti/ ac proinde totum subiectum non est vnus terminus. Ad hoc respondetur ꝙ ly est/ aut ly/ ⁊/ tenetur non significatiue, ⁊ cum infers ergo nō vnit: distinguitur consequens, aut secundum significationē qua ibi accipiuntur, conceditur consequentia, aut secundū significationes quas dicte coniunctiones habent, negatur. Etenim vere/ homo est animal/ est propositio, sed non secundum significationem qua ibi tenetur. Sicut vere / homo est terminus significatiuus/ sed non secundum significationem qua est subiectum huius propositionis. 9.No.

Lectio quarta.

Suppositio propria respectu modi significandi terminorum diuiditur in suppositionem communem ⁊ discretam. 1.No. ¶ Suppositio communis est suppositio termini communis communiter tenti vt supponit in his homo disputat/ ly homo est nomen. ¶ Suppositio discreta est suppositio termini discreti, aut communis discrete tenti, vt supponunt subiecta harum/ petrus disputat/ hic homo disputat/ homo qui est petrus disputat. Ubi non solū illud totum/ hic homo/ aut/ homo qui est petrus/ verum ly homo supponit discrete. Pariter hic/ hoc ly homo est nomen. Etenim suppositio communis ⁊ discreta, sicut in personali, ita ⁊ in suppositione materiali reperitur, in simplici autem licet posset quis dicere ly homo ibi/ homo est species supponere communiter, et ly petrus ibi/ petrus est indiuiduum/ discrete, non tamen proprie loqueretur cum non liceat sub terminis simpliciter supponentibus quoquomodo descendere, aut syllogizare. Quare diuisum huius diuisionis solas personalē ⁊ materialē suppōes cōplectit. Nec in dicta diffinitione ponitur eius diffinitū, sed diffinitur suppositio communis per significationem communem, quia omnis terminus communis in significando (quod supra monstrauimus) est communis in supponendo. Unde ad cognoscendum suppositionem communem ⁊ discretam, hac vtere regula. Omnis terminus cōmunis cui secundū acceptionem qua tenet non repugnat

supponere pro pluribus, si supponat, supponit communiter cui tamen repugnat, si supponat, supponit discrete. Quare subiecta harum propositionum/ deus regnat/ fenix volat/ sol lucet/ omnes homines sunt mortales (signo collective tento) supponũt communiter. Sed ly /fenix/ aut ly /sol/ in his/ hec fenix est sola in mundo/ sol qui est phebus lucet (si phebus sit nomen proprium solis) supponunt discrete. Dixerim si supponat propter ly chimera in hac/ chimera est.

2. No. **Unum potest hic dubiolum subori**ri. An videlicet ad cognoscendum suppositionem communẽ vel discretam habeat pensari acceptio termini quam habet respectu copule. Verbi gratia hic terminus / omnes homines (signo collective tento, aut etiam distributive, dummodo sit pars) est terminus communis, cui videlicet non repugnat supponere pro pluribus mediante copula de presenti (penes quã hʒ regulari terminus, cõmunis ne sit, an discretus) repugnat tamen mediante copula de possibili. Est ergo querere an in hac propositione/ omnes homines possunt esse beati/ subiectum supponat discrete, quia scd̃m illam acceptionem. i. mediante suo verbo, repugnat ei supponere pro pluribus, an potius communiter quia illa seclusa non repugnat. Cuius partem illam magis assererem quod videlicet supponat communiter. Etenim terminum quempiam supponere communiter, est supponere pro significato quod communiter significat, dummodo talis terminus non singularizetur. Maxime scd̃m. p. h. quia talis terminus est communis sumptus sine pronomine. Igitur cũ dixerim terminum illum communiter supponere cui non repugnat scd̃m eius acceptionẽ. ꝛc̃. intelligendum est scd̃m restrictionem quam habet ab aliqua eius determinatione. Hinc tamẽ nascitur aliud dubium. videtur enim tunc hic terminus / omnes homines possibiles/ aut omnes homines qui possibiliter sunt/ esse terminum communem in significando, ꝛ discretum in supponendo (quod est contra id quod supra determinavimus). Repugnat enim ei ex modo sue significationis, supponere pro pluribꝰ. Nam repugnat ratione illius ampliationis ꝛ universalitatis que includuntur in sua significatione. Ad hoc tamen negatur dictum terminum esse discretum in suppõnedo. Nam repugnantia ut nõ possit pro pluribus supponere, nec est ratione signi nec ratiõe significationis, sed quia eius connotatio non potest pluribus divisive convenire, sicut repugnantia quare ly chimera non potest supponere est, quia eius connotatio nulli potest convenire (ut supra exactius dictum est). Solẽt hic multiplicari nescio que regule circa suppositiones terminorum complexorũ. Quasquidem, cum nec certe sint, nec sub certo numero cõprehendi possint missas fecimꝰ. Nec quicquam restat eis que de termino communi ꝛ discreto supra diximus in presentiarum adijciendum.

3. No. **Suppositio cõmunis: respectu sui** verbi dividitur in suppositionem naturalem ꝛ suppositionẽ accidentalem. Suppositio naturalis est suppositio termini pro omnibus his, pro quibꝰ natus est supponere, ut ly homo in hac homo est animal. Suppositio accidentalis est suppositio termini pro solis suppositis ei respondentibus in ordine ad tempus sui verbi, ut ly homo in hac/ homo est. Et dicitur illa naturalis quia a sua propria significatione provenit ꝛ hec accidentalis quia ab extrinseco contingit nunc pro presentibus nũc ꝓ preteritis ꝛc̃. supponere. Ubi notato ꝙ licet modus intrinsecus significãdi verbi (ut capite de verbo videbitur) sit in ordine ad aliquam temporis differentiã, quod est significare per modum presentialitatis/ preteritionis (ut sic loquar) aut futuritionis, nihilominꝰ quãdo unit extrema, quorum predicatum est de essentia seu intrinseca ratione subiecti termini, non unit dicta extrema restrictive in ordine ad differentiam temporis presentis, vel clarius/ non denotat unionem extremorum in tempore, sed solam unionẽ. Non ꝙ verbum cadat tunc a sua significatione, aut absolvatur a tempore, cum significare cũ tpe sit ei naturale in mente, sed ꝙ talis habitudo extremoꝝ obstat ne a tali verbo (ut ita dixerim) restringantur. Igitur in huiusmodi locutionibus. homo est animal rationale/ rosa est pulcherrimus flos/ omnis triangulus habet tres angulus ꝛc̃. subiecta supponunt pro omnibus suis significatis, licet nullum eorum extstat, qd̃ est naturalr̃ supponere. Quod fortasse innuit Arist. 5. phi. d. illa que aliter se habere non possunt, in tẽpore non sunt. Neque refert quantum ad hoc an essentie rerum distinguantur ab earum existentijs nec ne (cuius disputatio) altioris est facultatis. Non enim volumus asserere veritates huiusmodi propositionum, eo ꝙ subiecta supponãt simpliciter pro essentijs rerum que sunt perpetue, sed eo potius ꝙ supponunt personaliter, pro individuis ipsis quamvis non existant. Quo fit ut dicte propositiones per inde valeant ac si poneretur ibi ly necessario suppositis naturis rerum. Fit secundo ut suppositio naturalis terminis discretis pariter contingat. Etenim sive petrus sit sive non sit concedendum est ꝙ petrꝰ est homo, immo ꝙ petrꝰ est petrus. Quãquam petrus hispanus solis terminis cõmunibus huiusmodi suppositionem tribuat, ꝙ videlicet ut in plurimum soli terminĩ communes, ut pote ex quibus propositiões doctrinales constant, dicãtur naturaliter supponere. Fit denique tertio ut dicte propositiones sint necessarie. At vero ubi non est huiusmodi necessaria extremorum habitudo impediens restrictionem verbi, extrema supponunt scd̃m exigentiam ipsius verbi. i. pro solis suppositis respondentibus in ordine ad differentiam temporis, que quidem suppositio dicitur accidentalis, ut hic homo est/ homo est albus/ album est album/ chimera est chimera/ non obstante ꝙ in his ultimis idem de se ipso predicetur. Exigitur etiã ad hoc ꝙ extrema naturaliter supponant talis habitudo inter ea, ut possint mediante ly necessario de se invicem predicari. Et si incontrarium sic dubites. Hee propositiones/ albũ est res habens albedinem/ chimera est compositum ex capite leonis. ꝛc̃. Sunt vere, esto significata extremorũ non existant, ergo dicta extrema supponunt naturaliter. Ad hoc negatur consequentia. Ostensus enim est supra modus quo tales propositiones salvantur. qꝫ videlicet copule dicunt actum signatum. i. accipiuntur loco de ly significat.

Sunt veruntamẽ qui de hac suppositione naturali aliter sentiant. 4. No. Qui ad huc inter se diversi sunt. Iuniores enim nolunt admittere illas propositiones esse necessarias absolute, nisi vel accipiantur cum signo ampliativo, vel in sensu condicionali, ut videlicet/ homo est animal/ tantundem valeat ac si diceretur, si homo est/ homo est animal. At vero licet dicte propositiones convertantur cum illis in quibus formaliter poneretur ampliatio, nihilominꝰ in propria forma, sine signo ampliativo, sunt absolute concedende tamquam necessarie. Nam alias dicte propositiones non essent magis necessarie ꝙ̃ he, celum est/ terra est/ homo est. (Que in illo sensu condicionali etiã sunt necessarie) hoc autem est contra Augu. qui scd̃o de libero arbitrio, sic inquit. Quidquid corporis sensu, veluti est, hoc celum, ꝛ terra hec, ꝛ quecunque in eis alia corpora sentio, quamdiu futura sunt nescio, septem autem ꝛ tria decem sunt, ꝛ non solum nũc, sed etiam semper, nec aliquando septem ꝛ tria non fuerunt decẽ aut aliquando septem ꝛ tria non erunt decem. Ubi hãc propositionem/ decem sunt. 7. ꝛ. 3. concedit absolute necessariã, et non illas/ celum est/ terra est. ꝛc̃. Ac subinde pari incõmutabilitate, concedit has veras, studendum est sapientie/ iuste vivendum est. ꝛc̃. Et idem repetit. 4. super gene. ad literam capite. 3. facilius (inquit) celum ꝛ terram transire possunt, que secũdũ numerũ senariũ fabricata sunt, ꝙ̃ effici possit ut senariꝰ numerꝰ suis partibus nõ cõpleatur. Et inferiꝰ. Si ista non essent, perfectus ille esset, nisi autem ille perfectus esset, ista secundum cum perfecta non fierent. Item Albertus magnus in post pre. capl̃o. 9. Secundum (inquit Avice. ꝛ alga.

⁊ alpha.⁊ veritatem quando predicatum concipitur in ratione subiecti, talis propositio vera est, siue re existente, siue re non existente, siue enim homo sit et animal, siue homo non sit, nec aīal, semper ista est vera hō est aīal ⁊ hō est aīal: hec ille. Idem late probat Lincon. primo post. ⁊ scđs tho. ibidem ⁊ in quodlibetis, ⁊ plurib⁹ alijs locis. Item cū Aristo. 7. metha. inquit. Querere, quare homo est hō, nihil est querere, certe innuit hanc ꝓpositionem homo est homo: non solum necessariā, sed esse per se notā. Adhec maxime. Qui eiusmodi propositiones no concedūt absolute necessarias, re vera destruunt omnem artem demonstrandi. Procedit enim demonstratio ex ꝓpositionibus necessarijs perpetueq̃ veritatis (vt primo post habetur) ⁊ tamē vt est in omnib⁹ scientijs, et maxime in mathematicis videre, omnes demonstrationes construūtur ex eiusmodi ꝓpositionib⁹, de copula. s. presentis tēporis sine ampliatione. Ex his habes ad quē sensum concessim⁹ dictas ꝓpositiones equiualere in consequēndo propositionibus in quibus ponitur ampliatio. Non eñ concedimus ly est. dicere tantūmodo vnionem possibilem inter extrema ita q̃ equiualeat huic: possibiliter ē. (vt quibusdā placet.) Quin potius dicit vnionē necessariā, vt equiualeat in consequēdo huic: necessario est. ¶ Igitur, siue teneam⁹ modum suprapositū, quem veriorē existimo. Siue opineris dicta verba ampliare ad possibilia, siue imagineris denique tales ꝓpositiones esse veras adhuc quando extrema non supponunt, ⁊ sufficere ad earū veritatē q̃ sit essentialis ⁊ necessaria connexio inter extrema, quomodocunq̃ tamen dicito dictas ꝓpositiones absolute necessarias, quādoquidem ex hoc bona pars dialectice dependeat. Si autē quandoq̃ supponatur tibi talia extrema supponere accidentaliter ⁊ denotari ibi existentia suppositoꝝ, potes causa disputatiōis admittere. Immo ita frequēter vtemur quādiu fuerim⁹ sūmuliste. ¶ Alij asserentes, suppositionē naturalem dicunt terminos per se sumptos sine verbis, naturaliter supponere. quod certe non apparet verū. Nam predicari quod principaliter conuenit rebus, ⁊ supponere pro rebus, quod cōuenit terminis, videntur sic inuicē respondere, vt non dicantur termini supponere pro rebus nisi qn accipiuntur loco reꝝ que predicant. Igitur sicut res non dicūtur predicari, nisi quando per verbum denotantur vniri, ita termini non dicuntur supponere, nisi quando per verbū vniuntur. Et ideo diximus, membra huius diuisiōis differre penes respectū ad verbum. Sic. scz q̃ terminus naturaliter supponens non accipiatur secundum exigētiā tēporis sui verbi, ⁊ terminus supponēs accidētaliter sm illam exigentiam teneatur. Fortasse qui diceret oppositū. vz. q̃ terminus quomodocūq̃ stet siue in ordine ad uerbum siue nō, supponat, non loqueret omnino cōtra terminorum significātias. Itaq̃ suppositio sit statio termini pro re ⁊ sit passio cōtinuo cōsequēs significationē. Et tūc esset dicendum q̃ intellectum accipere terminū non est ipsum vnire alteri sꝫ vti eo pro re, etiā ꝓ re que imaginat esse. Non inq̃ fortassis loqueretur improprie, sed dure reciperetur a modernis dialecticis, vt pote apud quos in communem usum abierit q̃ terminus non supponat nisi in ordine ad verbum teneatur.

Lectio quinta.

1.No. Suppositio communis ex parte signorum quibus termin⁹ supponēs modificatur, distinguitur in determinatā ⁊ cōfusam. Scđo confusa, incōfusam distributiuā ⁊ confusam tantū. Tertio distributiua, indistributiuam completam ⁊ distributiuam incompletam. Quarto confusa tantū inconfusam disiunctam ⁊ confusam copulatam. Quinto denique suppositio cōmunis in genere, in suppositionem mobilem ⁊ imobilem. Quas quidem suppositionū species, vt pote quibus passim summulistis vtendum est, diligenter hic congruit annotare.

¶ Ubi primū notādū signa que huius 2.No. modi suppositiones efficiunt esse triplicia, particularia. scz vniuersalia ⁊ signa que dicuntur specialia cōfusionis. Particularia sunt/ aliquis/ quidam/ quispiam. Quibus iuniores addunt ly. b. quod appellant signum speciale determinationis, ⁊ qn non habet aliud officium nisi facere suppositionē determinatam, ⁊ qn a tali officio non potest per signum vniuersale affirmatiuū impediri, sicut alia signa particularia. Etenim si dicas/ omnis homo est aliquod animal/ predicatum supponit confuse adminus vt sophistis huius temporis placet. sed si dicas. Ois hō est. b. aīal/ ly animal supponit determīate. Sꝫ signa vniuersalia sunt triplicia. Pure affirmatiua/ pure negatiua/ ⁊ signa affirmatiuam ⁊ negatiuam, vniuersalitates, equiualenter includentia. Affirmatiua sunt omnis/ quilibet/ singula/ cunctus/ totus. ⁊c. de quorum naturis singulorum suo cuiusq̃ loco disputabitur. Notato tamen ly quilibet non accipi a sophistis in sua propria significatione. Cum enim non sit pure vniuersale/ nec oratores vtantur eo tanq̃ restringēte: in has enim quilibet homo disputat, certe apud oratores ꝓ masculis ⁊ feminis distribuitur subiectum) vtūtur tamen eo sophiste tanq̃ pure vniuersali, et restringente pro masculis, aut feminis, si accipiatur in genere feminino. Negatiua ptim sunt aduerbia vt/ nō/ nec. ⁊c. partim nomina, vt nullus/ neuter ⁊c. De quorum diuerso modo negandi inde qualitate propositionis primo tractatu rimabimur. Sꝫ signa ⁊ affirmatiuā ⁊ negatiuam, vniuersalitates, equiualenter includentia sunt signa exponibilia, que per propositiones affirmatiuam ⁊ negatiuam copulatiue exponūtur, vt/ tantum/ preter/ differt/ ⁊c. Que includunt ly/ ⁊/ que est vniuersalitas affirmatiua ⁊ ly/ non/ que est vniuersalitas negatiua. Non q̃ dicta signa exponibilia subordinentur his vniuersalitatibus, sed q̃ per eas resoluantur. Et propterea diximus/ equiualenter/ ⁊ non/ formaliter/ aut/ virtualiter/ includentia. Quorum singula in tractatu exponibiliū peculiares habent considerationes. Rursus tam affirmatiuarum/ q̃ negatiuarum, alia sunt pure vniuersalia vt que proxime signata sunt, aliaq̃ non pure vniuersalia, vt vterq̃ neuter/ omne: pro generibus singulorum distribuens ⁊c. que singula infra singulares habent tractatus. Signa specialia confusionis dicuntur, que cum non habeant vim distributiuam habent tamen confusiuam vt ly/ omnes/ collectiue tentum ly promitto/ aduerbia numeralia ly/ ⁊/ diuisiue tētū. ⁊c. Quibus moderni addunt ly/ a.

¶ Igitur nouem regulis sequentibus 3.No. peculiariter cognosces singulas huiusmodi suppositionum species ex quibus tandem earū diffinitiones facile elicies. ¶ Prima, terminus communis nullo signo determinatus supponit determinate/ vt homo disputat. Hoc eñ quod est terminū esse sine signo habetur apud dialecticos tanq̃ signū suppositionis determinate. Quippe nō est credibile eiusmodi terminum nulla specie suppositionis, sed incōiunctim, vt quidam imaginantur supponere. Et hic dicitur status suppositionis. ¶ Secunda. terminus communis signo particulari non impedito determinatus supponit determinate, vt/ quidam homo disputat. ¶ Tertia. terminus communis immediate determinatus signo pure vniuersali pureq̃ affirmatiuo non impedito supponit complete distributiue, vt ly homo ibi/ omnis homo disputat. Dixerim immediate determinatus propter predicatum dicte propositiōis, quod cum mediate determinetur, supponit cōfuse tantum. ¶ Quarta. terminus communis determinatus mediate vel immediate signo pure vniuersali pureq̃ negatiuo non impedito supponit complete distributiue vt extrema huius/ nullus homo disputat. Dixerim in his duabus regulis pure vniuersali/ nam si non sit pure vniuersale, distribuit secundum eius naturam, vt ly omne/ hic. omne animal fuit in archa Noe distribuit pro cuiuscunq̃ speciei aliquo indiuiduo, et ly vter

ꝙ hic. vterqꝫ homo disputat, p omnium duorū aliquo, et
sic de ceteris. Notato tamen ꝙ signum incompletum nega-
tiuum, nihilominus distribuit terminum mediatum comple
te, vt ly neuter, hic/ neuter homo disputat/ licet subiectum
incōplete, predicatū tamen, complete distribuit. Item/ pure
affirmatiuo, nam signa exponibilia que et affirmatiuam et ne
gatiuā vniuersalitates includere diximꝰ, partim solos termi
nos immediatos/ partim solos mediatos, partimqꝫ vtrosqꝫ
distribuunt. nec possumus nisi per eorum exponentes eorum
distributiones percipere. ¶ Pro quibus igitur sit quinta
regula, terminus propositiōis copulatiue exponibilis, qui,
vel in eius equiualente, vel in aliqua exponēte distribuitur,
dicitur in tali exponibili a signo exponibili formaliter distri
bui. V.g. in hac exponibili/ tātum animal est homo/ dicitur
ly tantum distribuere solum predicatū, qꝛ in eius equiualen
te. scꝫ omnis homo est animal, sicut i scḋa exponēti. scꝫ nihil
non animal est homo dictum predicatū distribuitur. Sed qꝛ
ly animal in nulla exponente distribuitur (nam maxime in
secunda vbi tamen due negationes cadunt in ipsum) non di
citur distribui in tali exponibili. Ex quo sequitur ly tantum
solos terminos mediatos distribuere. At ly differt, sicut no-
men comparatiuum et superlatiuū, solos terminos immedia
tos, vt pote ablatiuos et genitiuos, q̄ ab ipsis regūt, vt ly ho
mine, aut ly hoim, formalr distribuūt in his/ leo differt ab ho
mine/ est fortior homine/ petrus est iustissimꝰ hominū. Hec
autem semper accipitur loco huiꝰ, petrus est iustissimus ho-
minum aliorum ab eo, sed ly preter distribuit et accusatiuū
immediatum et predicatum mediatū vt in hac: omne animal
preter hominem est irrationale, tam ly hominem ꝙ ly irratio
nale, formalr distribuit. Preterea copulatiue expōibilis, nā ter
minus ꝓpositionis disiūctiue exponibilis, licet in aliqua ex
ponentium distribuatur, non tamē reputatur distribui in ex
ponibili nisi in omnibus exponentibus distribueretur. vt in
hac, nō tantū homo est alal/ nō dicitur ꝑdicatū distribui licꝫ
in prima exponente distribuatur. Quo fit vt si ꝓpositio ex-
ponatur disiūctiue sub copulatiōe, et in qualibet copulatiua
terminꝰ quispiā distribuat, n, ataf etiā formalr distribui ab
ipso signo exponibili/ vt ly homo hic/ incipit homo moueri,
Dixerim in his oibus/ formaliter/ ꝙ terminꝰ q̄ in aliqua ex
ponentiū distribuit et nō in alia, supponit virtualr mixti (vt
c. 2. trac. ex. late mōstrabit). Notato preterea inter hmōi istos
distributos aliquos esse, sub quibus immediate licet ascen-
dere aut descendere vt predicatum exclusiue, et alios sub qui
bus non licet quousqꝫ signum exponibile resoluatur vt sub-
iectu huius, incipit homo moueri. Hanc regulam licet eius
plena intelligentia ex tractatu exponibilium dependeat vbi
manifeste demonstrabit, hic tamen posuimus vt omnes spe
cies suppositionis simul paterēt. ¶ Sexta. omnis terminus
qui sequitur mediate signum vniuersale affirmatiuū non im
peditum, supponit confuse tantum disiunctim, vt ly animal
in his/ omnis homo est animal/ petrus et paulus est animal/
(nam ly et diuisiue tantum, signū quidem est vniuersale) Hec
autem regula potest, sic latius extendi, ꝙ videlicet omnis ter
minus non distributus, cuius resolutio dependet ex aliqua
vniuersalitate, dicatur confuse supponere, immo, hoc ipsum
est terminum confuse disiunctim supponere. Quare ly ani-
mal/ hic/ tantum animal est homo/ confuse disiunctim sup-
ponit, et ly missam. ibi/ bis cātaui missam/ et ly librum hic/ pro
mitto tibi librum etc̄. ¶ Septima. omnis terminus immedia
te determinatus signo collectiuo, supponit confuse copulatī
vt ly apostoli hic/ omnes apostoli sunt duodecim. Diximus
in his regulis, sexta excepta, determinatus signo/ et non/ qui
sequitur signum, nā ly hominis hic/ quilibet hominis equus
currit, licet immediate sequatur signum vniuersale affirma-
tiuum, qꝛ tamen non determinatur ab illo, cum non sint eius
dem casus, non distribuitur, sed totum complexum distribui
tur/ vnica distributione. Item in hac omnis homo est ratio
nalis, et equus est hinnibilis/ termini secūde categorice. non
confunduntur a ly omnis, nec in hac nullus homo est lapis
et equus est hinnibilis distribuuntur, quia signa vnius cate-
gorice non determinant terminos alterius. Pariter in hac
copulatiua/ non homo disputat et homo legit (negatiōe cadē
te in totam copulatiuam) licet oēs termini sequentur ipsam
negationem, nullus tamen distribuitur, qꝛ negatio. non cate
gorematā, sed solū ly et determinat. In sexta autē diximus/
qui sequitur, nam quomodocūqꝫ terminus sequatur media
te signum vniuersale affirmatiuum, licet non sit eiusdem ca
sus/ nec numeri, confunditur ab illo. Item diximus/ signo
non impedito/ nam ly aliquis in hac/ non aliquis homo dis-
putat/ sicut i hac. omne risibile est aliquis homo/ impeditur
a signis vniuersalibus. Quare in prima subiectum distribu
tiue, et in secunda predicatum confuse supponit, sicut subie-
ctum huius non omnis homo est iustus/ licet sequatur nega
tionem, qꝛ tamen impeditū, non distribuitur. ¶ Igitur pro
suppositione termini duobus signis vniuersalibus determi
nati. Sit octaua regula. Omnis terminus cōis duobꝰ signis
vniuersalibus determinatus, si dempta prima negatione di
stribuitur in ordine ad terminū stantem cōfuse, supponit de-
terminate, si autem distribuitur i ordine ad terminū stātē de
terminate, supponit cōfuse. ¶ Nona. ois tās cōis cuiꝰ resolu
tio depēdet ex resolutiōe cōplexi accepti vnica acceptiōe ca
ius ille est pars dr imobiliter supponere, vt ly hominis/ hic/
equus hominis non currit, aut ly scientiā/ hic/ petrus sciens
omnem scientiā disputat/ vnde nō dicitur suppositio imobi-
lis, qꝛ nullo modo sub tali termino liceat descendere, aut as
cendere. (quod in primo tracta. cōtra oppositū asserentes fir
mabitur) sꝫ qꝛ nō liceat, anteqꝫ sub toto cōplexo descendatur
aut ascendatur. Terminus autem cuius resolutio nō habet
eiusmodi dependentiam, dicit mobiliter supponere, vt sunt
omnes superiorib' exemplis monstrati. ¶ Has omnes regu
las intelligito conditionaliter. i. si tales termini supponant.
Item dictū est in omnibꝰ/ terminꝰ cōmunis/ nā terminꝰ sin-
gularis, quocunqꝫ precedente signo, supponit discrete. Cun
cte deniqꝫ regule intelligātur in terminis non relatiuis. Et
enim de relatiuis specialis fiet consideratio.

¶ Ex his demū regulis potes diffini- 4. No.
tionem harꝫ specierꝫ suppositionū concludere. V.g. Suppo
sitio determinata est suppositio termini cōmunis indeffinite
aut cū signo particulari sumpti. ¶ Suppositio cōfusa distri
butiua est suppositio termini cōmunis signo vniuersali affir
matiuo imediate, aut negatiuo quomodocūqꝫ determinati.
¶ Suppositio confusa tantū disiuncta est suppositio termi-
ni cōmunis non distributi, cuius resolutio ab aliqua vniuer
salitate dependet. ¶ Suppositio confusa tantum copulata
est suppositio termini communis signo collectiuo determina
ti. Dummodo hę diffinitiōes iuxta tenorem superiorum regu-
larum intelligantur. Que quidem sunt formales seu causa
les vt pote que causas manifestant, quibus proueniunt di-
cte suppositiones, sed cum singulis speciebus peculiares
adaptentur ascensus et descensus, quos infra resolutiōes ap
pellabimus, possunt etiam diffiniri dicte species suppositio
nis ab effectu et tanqꝫ a fine sic. ¶ Suppositio determinata
est suppositio termini communis mediate vel immediate dis
iunctiue resolubilis. Suppositio distributiua, est suppositio
termini cōmunis copulatiue resolubilis. Cōfusa disiuncta,
termini cōmunis disiunctim resolubilis. Confusa copulata
termini communis copulatim resolubilis. Que quidam dif
finitiones, infra tertio cap. patebūt. ¶ Machinati sunt mo-
derni nescio quas alias, quas vocant mixtas, suppositiones
De quibus primo tracta. disputabitur. Ubi cuncta que hic
dicta sunt exactius polientur.

¶ Solent preterea quatuor constitui 5. No.
regule, quibus per terminorꝫ suppositiones, veritates propo
sitionum innotescāt. ¶ Prima. Omnis propositio affirma
tiua cuius extrema supponūt pro eodem, est vera. ¶ Scḋa.
Omnis propositio negatiua cuius extrema supponunt pro
eodem, est falsa. ¶ Tertia. Omnis ꝓpositio affirmatiua ca

fus extrema non supponunt pro eodem est falsa. ℭ Quarta. Omnis propositio negatiua cuius extrema nõ suppoũt pro eodem, est vera. ℭ Vtrũq; regula patiẽ instantiã, primo in propositionibus nõ pure affirmatiuis, in eis maxime que inferunt vnam pure negatiuã, vt sunt/tm̃ homo est animal/omne animal preter hominẽ est substantia/ deus ↄtingenter est substantia, et fere que per affirmatiuã ⁊ negatiuã copulatiue exponuntur. ℭ Scd̃o est instantia ex parte quãtitatis extremoꝝ, vtpote qñ, aut subiectũ est superius ad predicatum et distribuitur, aut, licet non sit superius, vel ambo extrema distribuũtur, vel altero distributo, alterũ determinate supponit, vt/omne animal est homo/omnis homo omne risibile est/omnis hõ est.b.risibile, ℭ Tertio, ex parte vniuersalitatis determinãtis copulam, vt/deus necessario est creans. hõ essentialiter est albus/semper est albus/⁊ sic de alijs innumerabilibus. Non intelligas hmõi exceptiones vniuersaliter, nam he vere sunt/deus cõtingenter est creãs/omnis sol/ois sol est/deus neccessario est substantia, ⁊ ita alie. ℭ Quarto quando extrema non supponunt pro eodẽ significato immediato, sed mediato tm̃, vt pater est filius (in diuinis.) ℭ Quinto quando est propositio se falsificans, vt/hec est falsa. ℭ Sexto in relatiuis hec em̃ affirmatiua/aliquis hõ est suus filius/est falsa, ⁊ hec negatiua/nullus homo est suus filius/est vera, quarum tñ extrema pro eodẽ supponunt, nã ly suus hꝫ verificari sic/hoc est hominis filius. Pluribusq; alijs modis potest in relatiuis instari (vt infra videbitur.) ℭ Septimo, hic/equus imaginarius est homo/que est vera, et extrema nõ supponunt pro eodem. ℭ Octauo, fortasse est instãtia in predicationibꝰ formalibꝰ. Etem̃ qui opinanẽ res aliquoꝝ ꝑdicamẽtoꝝ accidẽtium nõ distingui a suis fundamẽtis, vtputa sessionẽ nõ distingui a sedente ꝓpinquitatẽ a ꝓpinquo, pariter in secũdis intẽtionibꝰ, specieitatẽ nõ distingui ab specie, suppositionẽ a termino supponẽte ⁊c. ac proinde recte cõcedunt, sessio est eadẽ res que est sedens, suppositio est eadem res que est terminus ⁊c. nõ tamen exinde deberẽt (ni fallor) cõcedere, sedẽs est sessio, terminus est significatio, est suppositio ⁊c. cito extrema supponãt pro eodem. Nam hec nõ solum enũciat suppositionem ⁊ terminũ esse eandẽ rem, sed esse eundem modũ, et sic de ceteris. Quare modi diuersi se habẽdi rerũ sufficiũt falsificare formales predicationes. Quod, licet tanq̃ nouũ prima fronte displiceat, oculatius tamen pensatum, fortasse placebit. Sunt deniq; alie fere innumerabiles instantie. Et vniuersaliter oẽs cõtradictorie ꝓpositionũ in quibus instaẽ contra primã regulam, sunt pariter instantie cõtra secundã. Quocirca, nescio vnde habuerint originem ille due regule, quippe tam multipliciter deficiant, presertim cum ex Arist. non eliciantẽ, qui primo prioꝝ hac sola vtitur pñã, si.a.est.b. aliquod vnũ est.a.et.b.quod est dicere. Si ꝓpositio est vera subiectum ⁊ predicatum supponũt pro eodẽ. Nusq̃ autẽ infert ediuerso, si subiectum et predicatũ supponũt pro eodem est vera. Igitur vt vniuersaliter verũ habeant, restringende sunt ad solas propositiones de simplici inherentia.i.quarũ nec extrema nec copule aliquo signo modificantur. In ceteris autem quippe quarũ veritates non habent cognosci per suppositionem extremoꝝ, licet vniuersaliter requiraẽ suppositio extremoꝝ pro eodem ad veritatem affirmatiue, id tamẽ nõ sufficit. At vero tertia ⁊ quarta regule, vniuersaliter sunt vere vtpote que ex pñã Arist. eliciunẽ. Etenim postq̃ bene sequitur. Est affirmatiua vera ergo extrema supponũt pro eodem ex opposito cõsequentis ad oppositum antecedẽtis sequitur Extrema non supponũt pro eodem, ergo non est vera, que est tertia regula. Itẽ ergo negatiua est vera, que est quarta regula. Dixerim dictas regulas vlr esse veras/exceptis (inq̃) propositionibus que cũ formã induant affirmatiuarũ, sunt tamen virtualiter negatiue, aut que cum habeant formã negatiuarũ, sunt virtualr affirmatiue. v. g. Omnis ꝓpositio q̃ infertur ex negatiua monstrabitur capite de cõuersionibus esse virtualiter negatiua, ⁊ q̃ infert affirmatiuã, esse affirmatiua. Vnde he propositiones/nõ deus cõtingenter nõ est creans/non tm̃ homo nõ est lapis/licet videantur affirmatiue, quia tamẽ virtualiter sunt negatiue (inferunẽ em̃ ex vna pure negatiua, cum disiunctiue exponanẽ, ⁊ altera exponẽtium sit negatiua) sunt vere, ⁊ sue cõtradictorie false, non obstãte suppositione extremoꝝ pro eodem. Si autẽ principia desideras infallibilia, quibus vlr veritates ꝓpositionũ agnoscas, vsq; ad tertium caput expectato.

ℭ Capitis secundi. Lectio prima.

De relatiuorum aũt grãmaticaliũ suppositionibꝰ particularis est hic habenda consideratio, quippe que peculiares suppositionis regulas sortiantur. Nã de relatiuis, que logicalia dici solent, cum eisdem legibus in hac re teneãtur, quibus termini non relatiui, nihil ad presens.

Igitur relatiuũ est rei ante late recordatiuũ.i.est terminus ducens in memoratiuam noticiam rei per terminũ antecedẽtem significãte, vt/qui/ipsemet/suus/alius/talis/dissimilis ⁊c. ℭ Estq; duplex relatiuũ substantie.s.⁊ accidentis. ℭ Relatiuũ substãtie, est quod refert añs substantiuũ, vt qui. ℭ Relatiuũ accidẽtis est quod refert suum añs adiectiuũ, vt talis. Vnde relatiuũ substantie licet possit referre terminũ de predicamẽto accidentis tã absolutũ, vt hic/albedo est color, que disgregat visum/q̃ cõnotatiuũ, vt hic/album est coloratũ, quod disgregat visum/petrus albus disputat, qui loquitur, nunq̃ tamen refert, nisi terminũ substantiuũ, nẽpe ly album ⁊ ly petrus albus substantiue teneẽ. Quinetiã nõ refert terminũ cõnotatiuũ, nisi pro significato materiali seu pro eius supposito sine respectu ad formale. Sicut contra relatiuũ accidentis licet possit referre terminũ absolutũ de predicamento substãtie/vt ly talis refert ly petrus, hic/qualis petrus, talis paulus, non tamen refert ipsum, nisi secũdario ⁊ per ordinẽ ad formale sui adiectiui. Est nãq; sensus huiusmodi, eandem speciẽ qualitatis quã habet petrus, habet paulus. Et proportionabilr in alijs, quare, sicut relatiuũ substantie nusq̃ refert terminũ adiectiuũ, ita relatiuũ accidentis nusq̃ refert absolutũ, nisi fortasse in ordine ad adiectiuũ. Posset etiam dici, relatiuũ substantie quod de se non est cõnotatiuũ, Et relatiuũ accidẽtis, qđ de se est cõnotatiuũ, que quidẽ diffinitiones per superiores exponanẽ. ℭ Secundo, relatiuorũ substãtie, aliud idẽtitatis: aliudq; alietatis. Relatiuũ substantie idẽtitatis est quod pro eo pro quo suum añs accipitur, vt qui. Relatiuũ alietatis est quod pro alio q̃ suũ añs accipiẽ, que sunt hec/alius/alter/reliquus/cetera.um.nam ceter aut ceterus non dicitur latine, que diffinitiones ianuam poluenẽ. ℭ Tertio, relatiuũ substantie identitatis, aliud reciprocũ, ⁊ aliud est nõ reciprocum. Relatiuũ reciprocum, est quod in suũ añs regressionẽ quandã denotat, vt/ipsemet/sui se. In his nãq; ꝓpositionibus/homo est ipsemet, homo diligit se ⁊ similibꝰ denotatur vis verbi nõ in aliud transire, sed in ipsum regredi, quod dat ei suppositum, quasi existentia aut visio in idem reciprocetur a quo proficiscatur. Relatiuũ nõ reciprocum est quod eiusmodi regressionẽ non denotat, qualia sunt/qui/ille ipse/is/idem ⁊ ly hic, qđ interdũ sumiẽ relatiue, vt illic. Duo deinceps reges, ille bello, hic vero pace ciuitatem auxerũt, sicut ly ille potest quãdoq; demõstratiue sumi, vt cũ viso homine procul, dicimus, ille est petrꝰ. Et pariter ly talis, vt cũ viso equo albo, dicimꝰ/talis est equus meꝰ. Possunt tertio relatiua sumi indefinite, vt hic, que ala in gratia discesserit, non peribit. Ac demũ interrogatiue, vt hic. qualis est eterna beatitudo? sed de huiusmodi acceptionibus nihil ad dialecticũ, nisi quando relatiue accipiũtur. ℭ Quarto relatiuũ reciprocum, aliud primitiue speciei, vtpote quod aliunde non trahitur, que sunt ipsemet, sui se/⁊ aliud deriuatiue speciei, qđ vez aliũde deriuaẽ vt suꝰ/sua/suũ. ℭ Quinto deniq; relatiuũ accidẽtis, aliud identitatis aliudq; alietatis. Sed

rectius/aliud similitudinis ⁊ aliud dissimilitudinis, cū principalius formale q̄ materiale referat. Relatiuū similitudinis, est quod eandem quā suum aňs dispositionem cōnotat. Qualia sunt/qualis/quātus/quot/quotenis/cuias/cuius/cuia/cuiu/⁊ apud aliquos grāmaticos, quoten⁹/ quotuplus quotuplex/et coꝝ correlatiua.s.talis/tantus ⁊c̄. Relatiuum dissimilitudinis est relatiuū quod aliam quā suū aňs disposi tionem cōnotat, vt lꝫ/dissimilis/maior/minor ⁊c̄. vt si dicas/petrus est albus ⁊ dissimilis est plato, catus est bipedalis et maior est canis. Unde hec relatiua licet etiā sint logicalia, non tamen cōsiderant͂ hic eo modo quo in quarto predicamē to, sed s͂m q̄ antecedentes terminos referunt, que est grāmaticalis consideratio.

2. No. Circa huiusmodi reltiuoꝝ supposi tiones, duo sunt potissimū cōsiderāda. Et pro quo.s.quodq̄ supponat ⁊ quomodo. Decet aūt prenotare quidnā sit relatiuū restricte, q̄due absolute referre. Ubi alijs opiniōib⁹ omissis (plures eñ sunt q̄ in quib⁹ recensendis aliq̄d sit emolumē ti) inquit Hentisber relatiuū referre restricte esse referre suū aňs cū omnibus terminis sue categorice tā categorematicis q̄ syncategorematicis. v.g. Hec propositio/omnis homo est risibilis qui tamē nō potest ridere, tantū valet sicut hec/quilibet homo est risibilis, qui ois homo qui est risibilis nō pōt ridere. Et hec/oēs homines sunt mortales ⁊ nullus coꝝ pōt mori, sicut hec/omnes hoies sunt mortales ⁊ nullus coꝝ omniū hominū qui sunt mortales potest mori. Quare dicte propositiones sunt vere. Nam prime partes manifeste sunt, ⁊ secūde verificant͂ per non suppositionem subiectorum, nisi gratis velles dicerere lꝫ omniū in secūda copulatiua teneri collectiue, non obstante, cū modificat aňs, distributiue teneat͂. Sed adhuc hoc gratis dato, cōcedenda est hec ꝓpō/oēs homines similes habent eandem speciē coloris, ⁊ nullus coꝝ est coloratus, vt sit mētio de similibus in colore ⁊ sint homines albi ⁊ nigri, vt res nunc habet. Nā lꝫ coꝝ omniū, quomodocūq̄ teneat͂ signum, nō supponit, concedendeq̄ sunt multe alie huiusmodi propositiones quas tu ipse construere potes. Itē negande sunt he/quilibet homo est ⁊ aliquis homo est ille/aliquis homo est ⁊ quilibet hō est ille. Nam sensus secūde partis prime est/aliquis hō est quilibet homo qui est, ⁊ sensus secūde partis secunde est, quilibet hō est.b.hō, inquit eñ nō debet relatiuū confusius q̄ aňs supponere. Et cū arguitur, ad veritatē hui⁹ vltime sic, aliquis homo est ⁊ petr⁹ est ille/aliquis hō est ⁊ paulus est ille ⁊c̄. ergo aliquis hō est et quilibet homo est ille, negat ꝯñam. Nam lꝫ quelibet singularis secunde partis stet in veritate cū prima, si tñ sumantur due, secunda (inquit) est falsa. Imaginatur eñ sic esse ascendendū sub lꝫ quilibet homo/aliquis hō est ⁊ petrus est ille ⁊ paulus est ille, vt scōm relatiuū referat restricte cum terminis, non solū prime, sed secunde categorice, itaq̄ sensus secūde singularis est/paulus est ille homo qui est petrus. Similiter in hac copulatiua/aliq̄s homo est ⁊ nullus homo est ille, quam etiam dicit esse falsam, sub lꝫ hō distributo sic est ascēdendū/aliquis hō.⁊ petrus nō est ille, ⁊ paulus non est ille, cuius vltima semper erit falsa, nam si nō sint.v.g.nisi petrus et paulus, illa secunda est falsa, quippe cuius sensus sit/paulus non est ille hō qui non est petrus. Sed hic modus descēdendi nō est securus, nam hec copulatiua/aliqua pars continui est ⁊ nulla pars est illa/est falsa s͂m ipsum authorem opinionis, ⁊ tamen omes singulraes sunt vere, q̄ si aliqua esset falsa, maxime esset vltima, que tamē nō est assignabilis. Itē habet concedere singulerē eandē alicuius descēsus, si primo loco situet͂ esse verā, ⁊ si secundo falsam, vt est videre in illis petrus est ille ⁊ paulus est ille que si trāsponant͂, ꝯtinuo trāsmutant͂ in veritate, immo diuersa significant. Quod tamen videt͂ gratis dictū, vnde qui vellet tueri falsitatē illi⁹/ aliq̄s homo est ⁊ quibet hō est ille, rectius diceret, si negaret ascensum immediatū sub lꝫ homo distributiuo, anteq̄ sub antecedente eū in tali ascensu arguat͂ a pluribus determinatis ad vnicam determinatā respectu relatiui, sed tunc esset censere de illo relatiuo, proinde atq̄ si esset reciprocum, quod nō est dialecticū. Ob hoc igit͂ ⁊ q̄ concedere ꝓpositiones quas hec opinio asserit, ⁊ negare quas negat, videtur modo concipiendi cumuni dissonare, opinātur moderni, referre restricte esse referre suū aňs cū omnibus terminis sue categorice categorematicis tñ. Sꝫ nec hoc est exacte dictū. Nā in hac copulatiua/deus necessario est, ⁊ ille cōtingenter creat/ relatiuū refert suū aňs cum lꝫ necessario. Est eñ sensus secunde partis/deus qui necessario est cōtingenter creat. Ergo relatiuū referre restricte est referre suum aňs cū omnib⁹ terminis sue categorice demptis signis variantib⁹ speciē suppōis (ni eēt negatio, vt i hac ꝓpōne/ois hō necessario nō est lapis et ille contingenter est iustus/lꝫ ille tñ valet sicut/ hō qui necessario nō est lapis, dēpto lꝫ ois. Dēptis inq̄ signis ⁊c̄. esto sint particularia, etenī licet dicas.b.hō est animal ⁊ quilibet homo est ille/non est sensus secūde partis/quilibet homo est b.homo, sed quilibet hō est homo. Et si dicas/tñ hō est aial et ille est rationalis, nō est sensus/⁊ ille hō qui tñ est animal sed ⁊ ille hō qui est animal est rationalis. Et pariter in alijs Unde referre restricte nō est referre antecedēs cū restrictiōe qua tenet͂. Nam si dicas/homo est petrus, ⁊ ille sedet, antecedens nō restringit͂, sed supponit pro quolibet hoie, nihilominus relatiuū restringit͂ vt nō supponat nisi pro petro. Referre absolute est referre aňs sine aliquo tali termino, vel est referre ipsum sine maiori restrictione q̄ tenetur vbi refertur Ut refert relatiuū huius/petrus vigilat vel dormit / cuius sensus est, petrus vigilat vel petr⁹ dormit. Sꝫ in hac brunellus hois currit vel ille q̄escit, relatiuo referēte lꝫ brunellus) q̄q̄ referat absolute nihilomin⁹ refert cum illa determinatiōe. hominis/a qua restringitur. Solet etiā hoc quod est referre restricte sub alio verboꝝ thenore diffiniri, vtputa, q̄ sit referre aňs pro eo pro quo ꝓpositio sui antecedētis verificatur, vt hic. homo scribit ⁊ ille laborat. Aut pro eo pro quo denotatur verficari, vt hic/chemera scribit que laborat. Etenī in propositione aňtis denotat͂.i.significatur dictā propositionem verificari pro chimera que scribit ⁊ pro illa refert ⁊ accipit͂ aňs, ⁊ si talis esset pro illa supponeret. Hoc aūt multas argutias nutrit. Etenī in hmōi propositionib⁹ petrus et paul⁹ disputāt ⁊ hic est doctior illo (singulis relatiuis singulas partes referētibus) equus hois currit ⁊ ille quiescet, referente relatiuo lꝫ hominis (incipit esse instans futurū ⁊ illud non est signabile, ac deniq̄ in multis alijs nō potest cōmode exprimi quomodo relatiuū referat pro eo pro quo propō antecedētis denotat͂ verificari. Et licet ad primā dicas vtrūq̄ relatiuuꝫ referre aňs pro eo pro quo propō partialr denotat͂ verificari, et ad scōm, q̄ verificatur ꝓ homine habente equū qui currit, pro quo.s.equo propō antecedentis denotat͂ verificari, ⁊ ad tertium, q̄ est exceptio regule que intelligit͂ si sit signabile illud pro quo talis propositio denotat͂ verificari, qđ in tali propositione nō contingit, et ꝓportionabiliter posses dicere in alijs, verumtamen securior est diffinitio sub thenore, qua nos eam statuimus, quippe in quā huiusmodi minutiē non militant.

Igitur ad cognoscendum pro quo quodcūq̄ relatiuum supponat sunt quatuor regule. Prima. Relatiuū substantie idemptitatis primitiue speciei tam reciprocum q̄ non reciprocū, referēs aňs eiusdē categorice, aut positum in altera categorica disiunctiue, referens aňs alterius categorice eiusdem disiūctiue, refert ipsum absolute, quod est dicere supponit pro eo pro quo supponeret suū aňs eodem situ positum sine restrictione, vt/omnis hō est ipsemet relatiuū supponit pro omni hoie qui est, ⁊ in hac/ homo occidet se, pro omni homine qui erit, ⁊ in hac/homo qui fuit est, pro omni homine qui fuit, et in hac/equus currit vel ille mouetur pro omni equo qui est siue currente siue quiescēte. Et in hac/homo est albus vel ipsemet est niger, pro omni homine tā albo q̄ nigro, data gratis cōgruitate, hui⁹ disiunctiue 3. No. Prima. regula.

nam relatiuū reciprocum, in altera parte disiunctiue ſm latinos non refert antecedens alterius partis. Diuerſi primitiue speciei. Nā relatiuū diriuatiue speciei, cum vniuersaliter sit terminus conotatiuus, qñ teneť substantiue supponit pro suo proprio supposito quod de materiali significat, et quādo teneť adiectiue supponit pro supposito sui substātiui, vt hic petrus legit in libro suo, relatiuū nō pro petro sed pro libro supponit, sicut ꝛ hic/petrus diligit sua, pro rebus petri. Unde non dr̄ idēptitatis ꝙ pro eodem omnino pro quo suū añs accipiať, sed ad bonū sensum ꝙ ꝑ eo vel aliquo illius. Sed pōt ab hac regula non absurde excipi relatiuū positū in altero extremo alicuius categorice referens partē minus principalem alterius extremi eiusdem categorice, qđ certe videtur referre restricte. i. cū habitudine quā habet añs in illo extremo. v. g. hō habens equū equitat illū, resolui𝔱 sic. Homo habens equū equitat equū quē homo habet, esto ly equū nō restringať a ly habēs. Nam relatiuū referre restricte (vt visum est) non est ipsum referre cū restrictione qua teneť, sed cū habitudine alioꝝ terminoꝝ. Quare lꝫ dicas/equum homo habēs equitat illū idem omnino est sensus ꝛ ambe sunt equiualentes, ꝛ casu quo omnes homines habeant equos, ꝛ nullus equitet equū hoīs, sed siluestrem, ambe sunt false. Sed si hec exceptio placet, modificare teneris diffinitionē huius qđ est referre restricte, qđ veꝫ interdum contingat licet non referat añs cum omnibus terminis sue categorice, sed solum cū terminis secum positis a parte eiusdem extremi. Quando autē relatiuū refert totale extremū, vt hic/hō currit qui mouetur, etiā refert restricte, sed nō est exceptio huius regule, qꝛ talis

Secunda propositio reputatur copulatiua (vt videbiť.) ¶ Secunda regula. Relatiuū substantie idemptitatis tā reciprocum ꝙ̄ nō reciprocū positū in altera parte copulatiue referēs añs positum in altera parte eiusdē, refert ipsum restricte. s. i. supponit pro eo pro quo supponeret añs restrictum eodē situ positum vt in hac copulatiua/olꝰ homo est albus ꝛ ille est coloratus relatiuum supponit pro solo homine albo qui est. Et in hac/omnis hō fuit albus ꝛ ipsemet erit niger, supponit ꝑ solo homine qui est vel erit homo qui fuit albus. Et in hac/omnis homo est albus qui pōt esse niger, pro omni hoīe qui pōt esse homo qui est albus, facit eñ ibi ly qui sensum copulatiuum. Et hanc regulā intelligito vtr, siue ambe aut altera categorica fuerit affirmatiua siue negatiua, itē siue fuerit copulatiua negatiua siue affirmatiua (qđ infra manifestabiť.) ¶ Ter-

Tertia. tia. Relatiuū substantie idemptitatis positū in antecedenti cōditionalis referens terminū positum in cōsequēti eiusdem videtur referre ipsum absolute, sed si relatiuū ponať in cōsequenti ꝛ añs in antecedenti videť referre restricte. Exēplum primi, hec cōditionalis. a. propositio est vera si eius cōtradictoria est vera, resolui𝔱 in hanc/si cōtradictoria. a. propōnis est vera. a. ꝑpositio est vera (vbi relatiuū refert absolute) nā si resolueret in hanc/si cōtradictoria. a. ꝑpositiōis que est vera est vera. a. propositio est vera, tunc dicta ꝯditionalis esset vera ꝛ eius antecedēs esset impossibile. (Est enim sermo de propositionibus vniuocis) Eodē modo hec esset vera petrus disputat si ipse non disputat, ꝛ multe alie similes, que tñ oēs omnium auribus videnť dissonare. Exemplū secundi, hec conditionalis/si aliquis hō salmantice est doctus, petrus est ille ab omnibꝰ concediť in hoc sensu, si aliquis homo est doctus petrus est ille homo qui est doctꝰ. Hec tamē vltima fortasse non accipiť cōsequētialiter, non eñ est necessaria cōsequentia. Hanc regulā sub dubio protulerim, quippe quē soli modo cōcipiendi innitať. Cum audis relatiuū referre absolute aut restricte, nō intelligas ipsum subordinari conceptui adequato sui antecedētis absolute sumpto, aut ei cum alijs conceptibus qui exprimunť in eius resoluēte, sed ꝙ dictum relatiuū equiualeat in cōsequendo, aut antecedēti absolute sumpto, aut cōplexo ex antecedēte ꝛ alijs restrictiōibꝰ. ¶ Quar-

Quarta. ta regula. Relatiuū substātie alietatis, pariter relatiuū accidentis tā similitudinis ꝙ̄ dissimilitudinis si substātiue teneať, supponit pro suo proprio supposito, qđ de materiali significat, si aūt adiectiue, supponit pro supposito sui substantiui, semper tñ cū restrictione sui antecedentis. v. g. In hac propōne/petrus disputat ꝛ alius hō tacet/relatiuū supponit pro homine alio a petro. Et in hac/petrus est albus ꝛ plato est talis, relatiuū supponit pro platone, antecedēte supponēte pro petro, sicut in hac/petrus est albus ꝛ dissimilis est plato, et in hac/album fuit ꝛ tale erit, relatiuū supponit pro albo qđ erit, antecedēte supponēte pro albo quod fuit.

¶ Ad cognoscēdum speciē suppositionis cuiusqꝫ relatiui, sunt tres regule. ¶ Prima. Omne relatiuū, preter reciprocū, supponit ſm exigentiā signorum, eadem scꝫ omnino specie suppositionis qua supponeret terminus non relatiuus tali situ locatus. v. g. in hac copulatiua/omnis homo est generabilis et ille est mortalis, supponit determinate, ꝛ in hac/aliquis hō est ꝛ quilibet hō est ille, cōfuse, ꝛ in hac/aliqđ album est ꝛ omne tale disgregat visum, distributiue, ꝛ in hac/promitto tibi librū ꝛ illū tibi ꝑmitto, determinate. Et ad hunc modum in ceteris. ¶ Secūda. Relatiuū reciprocū ꝑmitiue speciei vbicūqꝫ ponať supponit sigillatim ea specie suppositionis qua suū añs. v. g. ly ipsemet in hac/omnis hō est ipsemet, supponit distributiue sigillatim, et in hac/homo nō est ipsemet/determinate sigillatim. Suppositio sigillata, est suppositio termini cuius resolutio insequitur resolutionē alterius. v. g. cū descendiť sub subiecto huiꝰ omnis hō est ipsemet hoc modo, ergo petrꝰ est ipsemet ꝛ paulus est ipsemet ꝛc. simul fit descensus sub relatiuo. Sunt eñ sensus illarū singularium/petrus est petrꝰ/paulus est paulus ꝛc. Quare dicta species suppositionis media est inter distributiuā absolutā ꝛ cōfusam absolutam. Nam si tale predicatū absolute distribuereť, denotareť singulis suppositis subiecti omne suppositum predicati conuenire, et si supponeret absolute confuse, denotaret singulis suppositis subiecti, aliquod. s. hoc vel illud, suppositū predicati conuenire, sed cum supponit sigillatim, denoť singulis subiecti, singula cōuenire supposita predicati. Ex hac regula sequitur nullū signum posse agere in relatiuū nisi agēdo in añs, vnde signū affirmatiuū nō solū pōt de per accidēs ꝛ cōsequutiue agere in terminum mediate sequentē, vt hic/omnis homo est ipsemet, sed in precedentē, vt in eius conuertente. Et negatio sicut aliqñ non agit in terminū sequentē, vt in hac/hō non est ipsemet, ita quādoqꝫ agit cōsequutiue in terminum precedētem, vt si transmutes extrema (modo cōuertentes taliū propositionum in quibus relatiuū precedit añs, congrue essent.) ¶ Tertia.

4. No. Prima. regula.

Secunda

Tertia. Relatiuū reciprocū deriuatiue speciei quo ad speciē suppositionis partim sequiť suū substantiuū, partim dependet ab antecedēte. Significat eñ de materiali illud quod significat substātiuū pro quo (vt dictū est) supponit, ꝛ de formali, illud quod suū añs, vt in hac ꝑpositione/olꝰ hō suum equū equitat, cum descendiť sub ly homo, descendiť quodā modo sub ly suus. Nam hec (que est eius singularis) petrus suū equum equitat, equiualet huic/petrus equū petri equitat. Sed semper ly suū supponit cōmuniter pro quocūqꝫ equo petri, vnde signum est in dicta vniuersali, supponere confuse quātū ad significatū materiale, sed sigillatim (vt sic loquamur) quantū ad formale.

¶ Ex dictis liquet dictas regulas conditionaliter intelligi. i. si relatiuū tale supponit, nā cōtingit quꝫ non supponere, immo contingit, añe supponente relatiuum nō supponere, vt hic/antichristus erit qui non est/sicut econuerso, vt hic/antichristus non est qui erit. ¶ Secundo. cōstat, ad cognoscendū pro quo relatiuū supponat, faciendam esse verificationē relatiui mediante añe in quod resoluiť scꝫ absolute vel restricte accepto ꝛ mediāte copula in ordine ad quā tenetur. v. g. ad cognoscendū pro quo supponat relatiuū huius propositionis/homo fuit albus ꝛ ille erit niger, sic debet fieri verificatio/hoc est vel erit hō qui fuit albus. Et predicatū huiꝰ/homo est suus filius sic verificatur/hoc est hominis filius. Quare subiectū ꝛ predicatum pro eodē supponāt 5. No.

non tamē ex eo dicta propositio est vera quia nō per supposi
tionem extremoꝝ, sed per descensum sub añte, habet eius ve-
ritas immediate cognosci. Quod multis ꝓpositionibus re
latiuoꝝ reciprocoꝝ contingit. Sunt qui dicunt non posse co
gnosci pro quo supponat relatiuū reciprocū quoad vsqꝫ sin-
gularizetur eius antecedēs, eo qḋ quantū ad acceptionē de-
pendeat ab illo. Sed certe cum ly suus in dicta propositione
sit terminus cōmunis, cōmuniter accipitur ⁊ cōmuniter sup-
ponit. Quare assignanda est ei vnica verificatio pro omni
suo supposito. Dicitur autem depēdere in acceptione a suo
antecedente quia pro solis hominibus accipiatur sicut suuz
antecedens.

6. No. ¶ Fuerunt antiquitus nōnulli contra
regulas supra dictas tā de diuersitate modi referendi in co-
pulatis ⁊ disiunctiuis ꝗ̄ de modo supponendi, asserentes re
latiuū, vbicūqꝫ ponatur, vīr referre suū añs absolute ⁊ eadē
omnino specie suppositionis qua suū añs supponere. Unde
ꝓpter primū he ꝓpositiones essent cōcedēde / aliqḋ animal
est homo ⁊ illud est equus / aliquis angelus est beatus et ille
est dānatus / aliquis homo currit ⁊ ille nō mouetur ⁊ plures
alie similes. Et ꝓpter scḋm he essent cōcedende / quilibet ho
mo est animal ⁊ illud quilibet hō est / promitto tibi librum et
illū tibi ꝓmitto / immediate post hoc erit instās ⁊ illud imme
diate post hoc erit, et tamen nullum instans immediate post
hoc erit. Nam relatiua in secundis partibus harū copulatis-
uarū cōfuse supponūt sicut in primis, quare secunde partes
equiualent primis. Uerūtamē opinio hec eo satis eliditur ꝙ
dicte propositiones ad omniū fere opinionū negātur.

¶ Lectio secunda.

Primum argumētū T Situr pro maiori eorum examine
que dicta sunt taliter arguitur. ¶ Primo contra diffi
nitionem relatiui. Hoc relatiuū, qui, solitarie existens absqꝫ
aliquo antecedēti efficit nobis noticiam alicuius significati
⁊ id nō significatur per terminū precedētem, ergo dicta diffi-
nitio nō est bona. Minor nota est ⁊ maiorē idē videt̄ expe-
riētia manifestare. Liquet enī viso ly / qui / ⁊ a rustico ⁊ a lati-
no preter naturalem similitudinē illius scripture quā vterqꝫ
concipit, aliquē conceptū vltimatum formare latinū, quē nō
Secundū format rusticus. ¶ Secundo, contra dictā diffinitionē relati
ui identitatis. In his ꝓpositionibꝰ / homo erit ipsemet / hō
fuit albus vel ille erit albus, ⁊ multis alijs que ex dictis elici
possunt, relatiua nō accipiūtur pro eisdē pro quibus antece
dentia (vt ex regulis statutis infert̄) ergo illa diffinitio nō est
bona. ¶ Tertio, cōtra diffinitionē relatiui alietatis. Ex illa
Tertium sequeret̄ eiusmodi relatiuū abusiue dici relatiuum (qḋ infert
mātianus) nā vnusquisqꝫ terminus id significat pro quo ac
cipitur, sed relatiuum alietatis accipit̄ pro alio a suo antece
denti, ergo nō significat illud qḋ suū añs, ac subinde non est
Quartū. relatiuū. ¶ Quarto ad idem. In hac ꝓpōne / vnus homo ar
guitur alius hō respondet / relatiuū alietatis pro eodē suppo
nit pro quo suū añs, ergo diffinitio nō est bona. Añs patet,
quia relatiuū pro quolibet hoīe presenti supponit sicut añs
cū eius verificatio debet fieri sic / homo est ab hoīe alius ho-
mo, vniuersalitate ablatiui inclusi in relatiuo in particulari
tatem mutata, nā alias ly alius hō non supponeret pro hoīe
quod non est dialecticū. ¶ Quinto, cōtra regulas de modo
Quintū. referēdi diuerso in copulatiua ⁊ disiunctiua. In hac mētali
vltimata / homo currit vel ille nō currit, potest, manēte illo re
latiuo, mutari ly / vel / in ly / et / tunc sic. Uel idem relatiuū qḋ
referebat absolute refert tunc restricte, vel relatiuū refert ab
solute in copulatiua sicut in disiunctiua. Si primū, ergo di-
ctum relatiuū in mente vltimata mutaret significationē (cū
aliū efficeret sensum) qḋ est inopinabile. Si scḋm, ergo intē-
tum contra regulā. ¶ Sexto ad idē. He due ꝓpōnes / homo
Sextum. dormit ⁊ ille vigilat / nullus homo dormit vel nō ille vigilat
dicūtur cōtradictorie, cū disiunctiua cōtradicat copulatiue
cōposite ex contradictorijs partiū eiusdem disiunctiue, tunc
sic. Uel relatiuū in disiunctiua refert restricte sicut in copu-
latiua, vel nō, si primū habet̄ intentū, si scḋm dant̄ ambe con
tradictorie vere, casu quo vnus homo vigilet ⁊ aliꝰ dormiat
¶ Septimo deniqꝫ cōtra id qḋ dictum est relatiuū vez / qui /
sensum copulatiuū efficere. Sequeret̄ has duas cōtradicto- Septimū
rias / petrus qui sedet disputat / petrus qui sedet nō disputat
esse simul falsas, casu quo petrus nō sederet sed disputaret.
Falsitas enī affirmatiue clara est quippe cuius sensus sit / pe
trus disputat ⁊ ille sedet. Et falsitas negatiue itidē patet p
sensum eius qui est, petrus non despuputat et ille sedet.

¶ Circa materiā primi argumēti ima 1. No.
ginant̄ moderni summuliste, relatiuū sic a suo antecedēti in Ad pmū.
significando dependere, vt nihil aliud significet ꝗ̄ illud ade
quate qḋ per suū añs significat̄. Itaqꝫ in hac / hō currit qui
mouet̄ ly / qui / subordinatur conceptui adequato hoīs, et in
hac / equus currit qui mouetur, cōceptui adequato equi. Un
de certe videtur inferri relatiuū per se sumptum nulli conce-
ptui vltimato subordinari, cuius tū oppositū cōcludit argu-
mentū. Sed quidā nituntur ad illud respōdere. Relatiuum
(inquiūt) dupliciter accipit̄ syncategorematice .s. ⁊ categore
matice. Syncategorematice, qñ solū significat relatiue non
significando aliquid, et categorematice, qñ significat aliquid
Primū (aiunt) cōtingit qñ relatiuū accipitur sine aliquo an
tecedēti, itē quādo exprimit̄ cum illo suum añs, vt hic / homo
currit ⁊ ille hō qui currit mouet̄. Dicunt enī ibi ly ille tantū
modo subordinari actui syncategorematico, nam si subordi-
naret̄ (inquiunt) ꝯceptui hominū, dicta propopositio esset nu
gatoria, ⁊ ideo in illa ꝓpositione ly ille vocāt relatiuum refe
rens tū ⁊ ly hō qui currit, relatū tū, ⁊ totū simul / referens et
relatū simul. Hec aūt opinio multa videtur gratis fingere,
primū, qꝛ significatio de ly qui sic solitarie existentis est signi
ficatio noīs variabilis per casus ⁊ numeros, qḋ subinde no-
men sic acceptum cōgrue potest reddere suppositū verbo. Se
cundo qꝛ mirū est relatiuū nūc syncategorematī, nūc catego
rematī subordinari. Tertio demū qꝛ accepta hac mentali vl
timata / hō currit ⁊ ille mouetur / vbi ly ille est cōceptus hoīm
fm ipsos, habet negari ꝙ possit intellectus addere, relatiuo
in variato, suū añs, vt resultaret hoc / ille hō qui currit / nam
tunc esset nugatio, ⁊ certe hoc esset negare cōmunē modū ꝯci
piēdi. ¶ Igit̄ (vt sub cēsura sapiētū dixerim) significatio re
latiui nō est depēdēs ab antecedēte sed absoluta ⁊ cōmunis.
Absoluta inqꝫ .i. ꝙ nō significat nunc hoīes nunc equos ⁊c̄.
sed oīa entia cōmuniter relatiue. Quod quidē eo interim cō
firmatur ꝙ ille qui imposuit relatiuū nō meminerit equi aut
elephātis aut cuiuslibet alius rei, quinetiā esto nunqꝫ ea no-
uisset, imponeret relatiuū ad significādū. v.g. (si fuisset hispa
nus qui imposuit noīa latina) dixisset, ly / qui / significet, el ql /
et ly / ille / aquel ⁊c̄. Ob idqꝫ dicta relatiua nusqꝫ subordinā-
tur ꝯceptui adequato hoīs aut equi ⁊c. sed cōceptibꝰ cōmuni
bus qui per dictas voces / el qual ⁊c̄. exprimūtur. At ꝓ quā
tum ad acceptionem habet relatiuū depēdentiā a suo añte, a
quo vez restringit̄ vt non accipiat̄ nisi pro eo pro quo suū an
tecedēs. v.g. in hac ꝓpōne / hō currit qui mouet̄ / relatiuū nō
homines adequate, sed ipsos, et alia entia cōiter significat
et idem significat in hac / equus currit qui mouet̄, sed in pria
restringitur quodā modo ab antecedēte vt solū pro homine
accipiat̄, ⁊ in scḋa, solum pro equo. ¶ Unde ad argumentū
cōcessa maiore, distinguit̄ minor, vel enī intelligitur ꝙ talis
noticia relatiui non significet adequate illud qḋ per aliquod
añs ibi prepositū significaret̄, et sic cōceditur. Uel ꝙ non si
gnificaret illud inadequate, ⁊ sic negat̄. Nam cū dictū est in
diffinitione, relatiuū efficere noticiā memoratiuā anteceden
tis, nō intelligit̄ de noticia adequata, sed de cōmuni, ⁊ inade
quata. ¶ Sed arguis fortasse cōtra hoc, visa hac scriptura,
qui disputat, intellectus dicit̄ esse suspensus, ⁊ nō aliūde nisi
qꝛ non potest formare conceptū vltimatū significati de ly qui
nisi aliquo precedente antecedente, ergo eius significatio est
dependens. Negat̄ minor. Non enī dr̄ tunc intellectus suspē

sus qz ex pectet añs ad formandum cõceptum vltimatũ relatiui sed quia sine antecedente non cõstat pro quo accipiatur relatiuũ, cum (vt dictum est) quantũ ad acceptionẽ depẽdeat relatiuũ ab antecedente. ¶ Ex his sequit̃ idẽ relatiuũ in mẽte vltimata, diuersa successiue referre posse, vt in hac copulatiua / petrus disputat et ille loquitur, si loco de ly petrus poneres ly paulus. Nec tunc mutat significationẽ, eidẽ eñ conceptui cõmuni subordinat̃ in vtraq̃, licet pro diuersis accipiatur, quod nõ obstat nature cõceptus vltimati. Qui solã dependẽtem significationẽ relatiuis cõcedunt, partim negãt posse amoueri añs manẽte relatiuo, partim negant aliquod relatiuũ posse in mente reperiri, sed dicunt subordinari conceptib⁹ absolutis suoꝝ antecedentiũ, quoꝝ vtrũq̃ (ni fallor) gratis dicitur. ¶ Sequitur secũdo in hac ꝓpositione / homo currit ⁊ ille mouet̃ / posse addi añs, relatiuo inuariato, neq̃ inde sequit̃ nugatio. Nã significatio de ly ille / est cõmunior q̃ significatio de ly homo a quo subinde congrue restringit̃, sicut si diceres / alal homo / quare illa distinctio relatiui in referens tantum relatiuum tñ / ⁊ referens ⁊ relatum simul falso innititur fundamento.

2. No. Ad scdm. ¶ Ad secũdum negat̃ cõsequentia. Cũ eñ dicitur relatiuũ identitatis ꝓ eodẽ accipi intelligitur nisi diuersitas ampliatiõis aut restrictiõis obstet q̃ obstãte, relatiuũ potest nunc pro paucioribus, nũc pro pluribus, nũc pro alijs omnino q̃ suũ añs supponere. Quinetiã (vt ex dictis habes) stat ipsum supponere antecedẽte nõ supponente et ediuerso. Itẽ debet intelligi qñ relatiuũ refert personalr̃, nam qñ refert simpliciter (quod grãmatici dicũt) relatiuũ idẽptitatis ⁊ añs nõ accipiũtur pro eodem, veluti cum añs accipit̃ personaliter ⁊ relatiuũ refert ipsum materialiter vel ediuerso, vt / illic inuenimus messiã quod interpretat̃ christus, aut si dicas / Iesus interpretatur saluator, qz per eũ mundũ saluatus est. Item qñ añs quod est equiuocũ accipit̃ pro altero eius significato ⁊ relatiuũ pro altero, vt si visa imagine crucifixi diceres / hic est christus qui est in celo, antecedẽs ꝓ imagine ⁊ relatiuũ pro vero christo accipitur, et sic de alijs multis.

3. No. Ad tertiũ ¶ Ad tertiũ negatur prima ꝯña nam relatiuũ alietatis sicut etiam relatiuũ reciprocũ diriuatiue speciei de materiali quidẽ significat illud pro quo supponit, et de formali significat illud in obliquo quod significat̃ ꝑ antecedens, ⁊ hoc sufficit vt dicãtur noticiam memoratiuã efficere eoꝝ que significant̃ per antecedẽtia, quod patet in resolutionibus dictoꝝ relatiuorum.

4. No. ad quartũ ¶ Ad quartum conceditur añs vcz q̃ in hac ꝓpõne / vnus homo arguit: alius hõ respondet relatiuum ⁊ añs pro eodẽ supponũt, sed dr̃ relatiuũ accipi ꝓ alio q̃ suũ añs, qz singlarizato antecedẽte pro vno supposito nõ põt relatiuũ pro eodẽ supponere, sed denotat̃ accipi ꝓ alio distincto. Et si dubites in hac / petrus longe alter est q̃ erat, aut, longe alius est, relatiuũ alietatis videt̃ pro eodẽ accipi pro quo suũ añs adhuc singulare. Scito dicta relatiua trãsumptiue ibi accipi, ac si petr⁹ duo supposita esset, modo diffinitio datur de relatiuo alietatis ſm eius propriam significationẽ. Vel dicito dicta relatiua nõ esse ibi substãtie sed accidẽtis cõnotantia vcz diuersos mores nõ quidem diuersa supposita significãtia, iuxta naturam alioꝝ relatiuorum accidẽtium, sed primũ prestat.

5. No. ad quintũ ¶ Ad quintũ nõnulli negant posse loco de ly vel succedere ly ⁊ manente eodem relatiuo. Sed hoc quidẽ gratis videtur dici ⁊ cõtra rei aparentiã. Alij eo concesso dicunt argumentũ ad hoc vigere, vt cõcedatur relatiuũ posse in copulatiua referre absolute sicut in disiũctiua restricte ⁊ ita regulas habere solum verum vt in plurimũ. Sed re vera ad meã opinionẽ ex terminoꝝ habitudine est hic absolute illic aũt restricte supponere. Nam cũ cõiunctio copulatiua cõiungat sensus categoricarũ, denotat̃. v.g. in hac copulatiua / homo dormit ⁊ ille vigilat ambo predicata eidem cõtingere. Et cũ coniunctio disiunctiua disiungat sensus denotatur. v.g. in hac disiunctiua / petrus dormit vel ille vigilat, vel hoc vel illud predicatũ conuenire petro, vbi manifeste inspicis ex ipsa terminoꝝ habitudine hmõi differentiã referendi pullulare. Igitur ad argumentũ admisso casu concedo relatiuũ idem qd̃ in disiunctiua referebat absolute in copulatiua referat restricte. Neq̃ inde sequitur q̃ mutet significationem sed tantũmodo acceptionẽ. Nã restrictius ⁊ pro paucioribus accipitur in copulatiua q̃ in disiunctiua, neq̃ hoc repugnat nature cõceptus vltimati.

¶ Ad sextum deniq̃ negatur dictas copulatiuã ⁊ disiunctiuã cõtradicere propter rationẽ ibi factã sed ad cõtradicendum copulatiue habet prius resolui relatiuum vt exprimat̃ modus eius referẽdi. v.g. Illi copulatiue / homo dormit ⁊ ille vigilat, contradicit̃ aut per prepositionẽ negationis toti, aut per hanc disiunctiuã / nullus hõ dormit vel nõ ille homo qui dormit vigilat. Et illi disiunctiue / null⁹ homo dormit vel nõ ille vigilat, cõtradicit̃ aut per prepositionem negationis toti, aut per hanc copulatiuã / hõ dormit et ille homo vigilat, vt relatiuũ referat absolute. Quo fit vt relatiuũ in copulatiua negatiua restricte referat sicut in affirmatiua ⁊ in disiunctiua negatiua absolute sicut in affirmatiua. Nam dato opposito haberes cõcedere q̃ alicui copulatiue ⁊ alicui disiunctiue nõ possit cõtradici per prepositionẽ negationis toti, qd̃ est contra omniũ opinionẽ. Sed arguit quidam. Contra, disiunctiua affirmatiua equipolet copulatiue negatiue ex eisdẽ categoricis cõposite, sed in disiũctiua affirmatiua, relatiuũ refert absolute, ergo in copulatiua negatiua. Ad qd̃ distinguit̃ maior, si enim sic intelligatur q̃ vcz vniuersaliter qñ cõstãt ex eisdẽ categoricis vt iacet, equipoleãt, certe negat̃. Requirit̃ eñ in relatiuis, vt in disiunctiua affirmatiua exprimatur modus referendi restricte copulatiue negatiue vt equiualeãt, ⁊ in copulatiua affirmatiua modus referendi absolute disiunctiue negatiue. 6. No. Ad sextũ.

¶ Pro solutione septimi memento ex superioribus relatiuũ / qui / dupl'r posse collocari cum suo antecedẽte, aut eñ situatur inter duas copulas verbales cuius añs reddit suppositũ prime / vt hic / hõ disputat qui loquitur / aut mediat inter añs ⁊ copulam implicationis efficiẽs vna cum ipsis vnicũ extremũ. Iã relatiuũ primi generis vniuersaliter reddit sensũ copulatiuũ ⁊ resoluitur per ly / ⁊ ille / siue aut ipsum aut añs sit in affirmatiua categorica / siue in negatiua. v.g. hõ disputat qui sedet / resoluit̃ sic / homo disputat ⁊ ille hõ qui disputat sedet, quidã homo nõ est iustus qui erit antichristus / resoluitur sic / homo non est iustus ⁊ ille hõ erit antichr̃s, ⁊ hec / antichr̃s erit homo qui nõ est / relatiuo referẽte ly antichr̃s, resoluit̃ sic / antichr̃s erit homo ⁊ ille antichr̃s qui erit homo nõ est. Quinetiã huiusmodi ꝓpões de relatiuo non ab re appellares formalr̃ copulatiuas. Etenĩ non solũ illa est dicenda copulatiua vbi ponit̃ ly / et, sed cui⁹ sensus categoricarũ copulant̃, quod certe fit mediãte ly qui, nisi audias Alexandrũ grãmaticũ concedẽtem hanc propositionẽ / mulier clausit vite portã que reserauit, vbi añs (inquit) pro Eua ⁊ relatiuũ pro Maria accipit̃, qui tñ in hoc non audit̃ a latinis. Et si cõcedatur, habet etiã referre restricte, sed simpliciter pro eadem specie seu pro eodem sexu ⁊ nõ pro eodem supposito. ¶ Cum autẽ ly qui / accipit̃ scdo modo ⁊ propositio est immediate resolubilis ratione de ly qui / si fuerit affirmatiua habet resolui per vnam copulatiuã in cui⁹ prima categorica enũtietur predicatũ principale ꝓpositiõis resolubilis mediante copula principali eiusdẽ de añe, ⁊ in scda ꝑdicetur predicatũ copule implicationis mediãte ipsa copula implicationis de relatiuo / ille / referente añs restricte. v.g. hec propositio / petrus qui frequẽter disputat erit doctus / sic resoluit̃ / petr⁹ erit doct⁹ ⁊ ille frequẽter disputat, ⁊ ita in alijs. Et si talis propõ fuerit negatiua, resoluit̃ per disiunctiuam cõtradictoriã copulatiue per quã resoluitur sua contradicto 7. No. ad septũ

ria, vt hec/petrus qui frequẽter disputat nõ erit doct⁹ sic resoluitur/petrus nõ erit doctus, vel ille petrus qui erit doct⁹ non frequẽter disputat, vt exprimat̃ modus referẽdi restricte sue cõtradictorie. Nã si non exprimeret̃ in disiunctiua absolute referret relatiuũ, vnde nõ eẽt cõtradictoria dicte copulatiue. Dixerim si sit imediate resolubilis, nã est in similib⁹ cõsiderandus (qđ euidẽtius patebit capite sequẽti) ordo resolutionũ terminoꝝ. Unde si totale extremũ includẽs relatiuũ distribuat̃ aut supponat cõfuse in ordine ad distributionem, tunc dꝫ prius resolui ꝓpõ rõne signi distributiui q̃ resoluat̃ rõne de ly qui. v.g. hec ꝓpõ/ois ꝓpõ cuius cõtradictoria est vera est falsa/nõ hꝫ resolui in hanc immediate/ois propõ est falsa ⁊ illius cõtradictoria est vera, sed prius hꝫ descendi sub toto subiecto distributo/sic/ergo hec propõ cuius cõtradictoria est falsa, est vera ⁊c̃. quare dicta vlis est vera, nã subiectũ non distribuit̃ nisi pro ꝓpositionibus veris, hec tñ est falsa/omnis ꝓpõ est vera cuius cõtradictoria est falsa. Item hec/omne alal est sensibile qđ est rationale, relatiuo referente ly sensibile, in quo sensu efficit cum illo vnũ predicatũ) nõ hꝫ resolui sic/omne alal est sensibile ⁊ illud est rõnale, sed prius hꝫ descẽdi sub subiecto. Quare dicta vlis est falsa, nã subiectũ distribuit̃ pro quolibet animali ⁊ totale predicatũ nõ supponit nisi pro solis hominibus. Et si ly qđ referat ly animal dicta propõ est hypothethica ⁊ pariter falsa. Item hec exclusiua/tñ alal qđ est homo est sensibile/non debet sic resolui immediate/tñ alal est sensibile ⁊ illud est hõ, sed prius ratione de ly tñ sic/animal qđ est hõ est sensibile ⁊ nihil non alal qđ est homo est sensibile, quare dicta exclusiua est falsa ⁊ ꝓportionabiliter in ceteris agito. Unũ autẽ hic notato ꝙ si velis dictas propositiones nõ esse resolubiles quoad vsq̃ termini includentes relatiua singularizent̃, non opus est addere relatiuo in disiunctiua restrictionẽ. Equiualent eñ petrus non disputat, vel ille petrus qui disputat nõ sedet, petrus non disputat vel ille non sedet sicut in copulatiua idẽ est relatiuũ referre restricte vel absolute qñ añs est terminus singularis, sꝫ qñ vis dictas propositiones resoluere termino includente relatiuum supponẽte determinate (quod recte potes facere, vt in hac/hõ qui disputat sedet) tũc necesse est relatiuũ in resoluente affirmatiue referre restricte, ⁊ in resoluẽte negatiue eodem modo. Item notato ꝙ qñ añs nũq̃ nec mediate nec immediate potest resolui, tunc relatiuũ si cũ illo cõstruit vnum complexũ acceptũ vnica, pariter est irresolubile et supponit immobiliter sicut añs. v.g. in hac ꝓpositione/promitto tibi equũ quem tibi promitto, relatiuũ supponit cõfuse tñ immobiliter sicut añs. Et si resoluat̃, in scđa categorica copulatiue/habeo dicere/⁊.a. equũ tibi promitto. Ex quo sequit̃ hãc propositionem/petrus est differens ab animali qđ differt ab hõie, relatiuo referẽte ly differens, esse falsam, ⁊ referente ly alali esse veram, et in vtroq̃ sensu est categorica. ¶ De modo descendendi sub huiusmodi relatiuis ⁊ qñ loco relatiui liꝫ ponere añs videbit̃ capite sequẽti, et de modo q̃ restringit qñ accipit̃ cum copula implicationis. c. 5. Sed de modo subsumendi sub illis et an liceat eidem relatiuo diuersa referre, in syllogismis. De alijs deniq̃ difficultatib⁹ in oppositionib⁹ ⁊ in alijs summulariũ materijs disputabit̃. Hec autẽ hic dicta sunt tanq̃ omniũ basis annotato.

¶ Capitis tertij. Lectio prima.

8.N. Post hec rimari superest de ascensu ⁊ descensu cuicũq̃ suppositiõis speciei respondente. Ubi notato dialecticam artem eo tendere vt vez cuiusuis proposite enuntionis veritatem indagare doceat. Cuius subinde bona pars est propositionem quamlibet vsq̃ ad singularia resoluere, per que, cum sensui sint manifesta, veritas propositionis, tanq̃ per suũ principiũ innotescit. V.g. vis huius proposite enuntionis/tantum creatura contingenter est substantia, veritatem inquirere, que signis illis obuoluta est, materia exponibilium te docebit resolubilẽ primum esse ratione de ly tantum, sic. Creatura ꝯtingenter est substantia ⁊ nihil non creatura contingenter est substantia, ergo tñ ⁊c̃. Rursus instruet te caput presens primã exponentẽ ratione subiecti supponẽtis determinate sic esse probandam/hec creatura cõtingenter est substantia vel hec creatura ⁊c̃. ergo creatura contingẽter est substãtia. Rursus in tractatu modaliũ habes quãlibet singularẽ resoluendã esse ratione de ly cõtingenter hoc modo/hec creatura possibiliter est substantia ⁊ hec creatura possibilr non est substantia, ergo hec creatura cõtinginter est substãtia ⁊ vtriusq̃ partis veritatẽ regulãdam esse per possibilitatẽ suarũ de inesse. s. hec creatura est substãtia/hec creatura nõ est substãtia quas cõstat esse possibiles, quia affirmatiua est vera ⁊ negatiua erit vera corrupta creatura que demonstrat̃ per subiectũ. Sed si rursus a proterno petatur quare hec est vera/hec creatura est hec substãtia, respondẽdum, q: hoc est hoc, eandẽ creaturã vtroq̃ pronoĩe demonstrante. Et si de veritate negatiue itidẽ petat̃ respondendum, quia hoc nõ est hoc/creatura que non est demonstrata. Neq̃ est vlteri⁹ respõdendũ. Et hoc fortasse intelligit Arist. per illa principia/quodlibet est vel non est. i. Oẽs propõnes affirmatiue reducũtur tandẽ ad hoc principiũ/hoc est hoc, ⁊ tandẽ negatiue ad hoc/hoc non est hoc. Cum ergo in alijs locis aliꝫ resolutiones signoꝝ doceantur, in hoc capite vidẽdum est qualr termini resoluant̃ ratione suarũ suppositionũ. Quodquidẽ genus resolutionis ab antiquis vno noĩe vocatur/inductio/et a modernis ascensus ⁊ descẽsus. Sed notato generali ⁊ cõmuni noĩe oẽs ascensus/descensus/expositiones/reductiones/ceterosq̃ id genus modos manifestandi veritates ⁊ falsitates propositionũ, vocari resolutiones. Id eñ est aliquã ꝓpositionẽ resoluere qđ eã manifestare p sua principia, instar resolutionis rei naturalis in qua. s. manifestant̃ eius principia cũ ab inuicẽ separãtur, ⁊ quẽadmodũ in artificialibus, nã qñ est aliquis cõfusus aceruus rerũ diuersi generis nõ manifestaretur eius quiditas, nisi per separationẽ dictarum rerum.

¶ Igitur ascensus (quẽ Arist. p.b. ceteriq̃ antiqui vocant inductionẽ) est ꝯña formalis a singularib⁹ sufficiẽter numeratis cũ cõstantia ad eoꝝ vlẽ, vt si diceres/hic ignis est calefactiu⁹ ⁊ hic ignis est calefactiu⁹ et sic de singulis/⁊ hi ignes sunt oẽs ignes, ergo ois ignis est calefactiuus. ¶ Descẽsus est ꝯña formalis ab vli cũ constãtia, ad eius singularia sufficiẽter enumerata, vt si e diuerso diceres/ignis nõ est calefactiuus, ⁊ hi ignes sunt oẽs ignes, ergo hic ignis nõ est calefactiuus, vel hic ignis non est calefactiuus vel sic de singulis, instar ascensus ⁊ descensus realis. ¶ Cõsequentia formalis dicit̃ illa que sic est bona vt queuis alia eiusdẽ forme sit bona. Quenã ꝯña dicatur alteri silis forme et pño ⁊ quarto tractatu hꝫ exponi. Hic aũt pingui ⁊ crassa minerua supponat̃ illas duas cõsequẽtias dici eiusdẽ forme in quibus ⁊ idẽ numerus ⁊ similis habitudo terminoꝝ obseruat̃. Numerus. i. ꝙ ex tot terminis cõstruat̃ vna ex quot construitur alia, vnde cũ termini synonimi pro eodem reputẽtur fit vt si aliqua fuerit synonimitas inter terminos vnius cõsequẽtie eadẽ habeat esse inter terminos alterius in codẽ situ existẽtes. Similis habitudo. i. ꝙ ꝓpositiones vnius sint eiusdem qualitatis cum ꝓpõnibus alterius ⁊ ꝙ termini inuicem respõdentes in simili situ eodem modo supponãt/amplient̃ ⁊ sic de alijs logicalibus ꝓprietatibus. In simili situ. i. ꝙ subiectum prime categorice eodẽ modo sicut subiectũ alteri⁹ categorice ⁊ sic ordinatim. Quoꝝ exactiorẽ intelligentiã vsq̃ ad loca citata expectato. Cõsequentia materialis dr̃ illa cui cũ ipsa sit bona, potest aliqua assignari similis forme que nõ sit bona. ¶ A singularibus itaq̃ siue sint singularia determinata, siue singularia vaga. Etenĩ per vtraq̃ potest fieri ascẽsus. Uniuersale, iñ valet hic sicut termin⁹ cõis. ¶ Et sic de singulis ponit̃ causa breuitatis loco aliarum omniũ singularium q̃ sub dicta vniuersali late essent numerande. ¶ Cum

constātia. Constantia est ppō in qua predicat terminus qui resoluit in plurali numero cū signo collectiuo de pronomine demonstrāte oīa supposita termini qui resoluit, aut de nominibus eorū copulatim sumptis, vt est illa/hi ignes sunt oēs ignes. Et notato ascensum cōducere ad probandā veritatē propositionis q̄ ex singularibus infert & descēsum ad manifestandā falsitatē ppōnis per singularia q̄ ex illa inferunt. Et ppositio sub qua ascendit solet appellari, ascensa, singulares q̄ ascendētes, sicut in descēsu propō sub qua descenditur appellat descensa & singulares descēdētes. ¶ Solet inter nōnullos disputari an vez ad bonū ascensum requiratur ecōtra valere descensum. Et ad bonum descensum ecōtrario valere ascensum. Sed licet disputatio hec solū circa nomen verset pars nihilominus negatiua magis placet. Haud enim scio quid obstet bonitati hui⁹ ascensus/omnis hō est hoc animal vel oīs hō est hoc animal &c̄. ergo oīs homo est animal/quod ecōtrario non valet descensus. Est eñ ecōtrario valere descēsum q̄ ex eodē pñti cū eadem constantia liceat inferre easdem singulares pariter disiunctiue numeratas sub eodē termino.

in dictis ꝓpositionib⁹ et vī in similib⁹, aħs relatiui tīmmo-do supponere in ordine ad copulā iplicatiōis, quare subiecta ibi distribuunt̄ pro oībus que erūt ⁊c̄. ſm solā exigentiā copule implicationis. Quare dicunt dictas ppōnes esse falsas. At re vera copula implicationis ꝗꝗ restringat aħs ſm sui ipsius exigentiā (vt dictū est) non tñ ipedit ne dictū aħs teneat̄ in ordine ad verbū principale. Quare cum in ordine ad duo verba copulatum teneat̄, quodāmō restringitur ſm vtriusq3 exigētiā (vt expositū est. ¶ Adhuc autē subdubitat̄ de veritate hui⁹ album qđ est fuit / casu quo petr⁹ fuisset alb⁹ qui nunc sit niger, nec sit in mūdo aliud albū. Habita natura relatiui substantie, claret illam esse veram. Nam dictum est eiusmodi relatiuū non referre aħs cōnotatiuū nisi tīmmodo pro materiali. Pro quo subinde tīmodo restringit ipm quare sensus illius ppōnis est / aliquid qđ est vel fuit albū quod nunc est ens, fuit. Sed hec esset falsa / album quod est album, fuit. Tenaciter hoc memorie obseruato ꝑ syllogismis. Nō eñ sequit̄ oē album est hō, equus est vel fuit album quod est, ergo equ⁹ est vel fuit hō. s3 bene seq̄retur si diceres in tīmoī album est vel fuit album quod est album.

2.No. ¶ Ad scdm dubiū respōdet̄ sub hac distictiōe. Adiectiuū, sicut suū substātiuū restrigit, ita ⁊ ab eo restrigt̄. Primū manifestū est, q2 oī determinatiōi hoc cōuenit q̄ suū restringat determinabile. Scdm itidē pt3. Nā adiectiuum (vt supradictū est) suā acceptionē et suppōne3 recipit a substātiuo, nec ꝑ alio potest, aut supponere, aut accipi ꝗ̄ suum substantiuū. Quare in hac ppōne / hō albus est coloratus sicut ly hō / pro solis hoībus albis accipit̄, ita ly alb⁹ pro solis albis hoībus. Determinatio autē alterius casus a suo determinabili [illegible] restrigat suū determinabile, siue ip3 pcedat, siue sequatur, nusq̄ tñ ab eo restringitur. Prima pars ab oībus conceditur, q2 nota ipsa determinatio ⁊ determinabile / hoc sonant, ꝙ ve3 illa, hoc restringat. Et scda pars inde satis cōstat ꝙ ve3 determinatio nullā accipiat suppōnem a suo determinabili. Est eñ quo ad hoc manifesta dissimilitudo inter adiectiuū ⁊ hmōi determinatiōes. Itē si talis determinatio restringeret̄ a suo determinabili, maxime (vt multis placet) q̄n acciperet̄ vnica, sed hoc non. nā dato opposito sequeretur has ppōnes esse veras / equus cuiuslibet hoīs est hinnibilis (casu quo nō esset in mundo nisi vnus equus soli⁹ regis) petrus differt ab hoīe / petrus videt oē astrum (casu q̄ tantum solē videat) Sensus eñ essent hmōi. equus cuiuslib3 hoīs possidentis equum, est hinnibilis / petr⁹ differt ab hoīe a quo differt / petrus videt oē astrum quod videt. (accipit̄ ly cuiuslibet in prima, ⁊ ly oē in tertia. vt nō sint ptes extremorum) sed ꝙ dicte ppōnes quas quidam cōcedunt sint false ꝗꝗ per se videtur notū. c. 11. primi trac. adhuc suadebitur. Ubi circa restrictionē determinatiōis vnice aliq̄ notabunt̄.

3.No. ¶ Cū idē sit minus restrictū quod magis amplū ⁊ magis restrictū quod min⁹ amplū, idē est arguere a non restricto ad restrictū seu a minus ad magis restrictū quod ab amplo ad nō amplum, ⁊ idē a restricto ad nō restrictum, quod a non amplo ad āplū. Unde bene seq̄tur a nō restricto ad restrictū cū distributione nō restricti ⁊ cōstātia restricti / oīs hō disputat / aliquis hō est ꝫ quilibet hō disputat. S3 si nō poneres cōstantiā, casu quo null⁹ esset masculus in mundo ⁊ oēs femine disputarent, aħs eēt verū sine ꝯñte. Itē sequit̄ negatiue cum distributiōe nō restricti etiā sine cōstantia / oīs hō non disputat ergo nullus hō disputat. Item a restricto ad nō restrictum sine distributione nō restricti ⁊ cum cōstātia restricti, vt si in exēplo pme regule ex opposito ꝯñtis cum cōstātia inferres oppositū maioris. Sed si nō poneres cōstātiā in eodē casu aħs esset verum ⁊ ꝯñs falsum. Itē a restricto ad nō restrictum affirmatiue sine distributione nō restricti / aliquis hō disputat ergo hō disputat. Non autē seq̄t̄ aliquomō a non restricto ad restrictū sine distributione non restricti hō est femina ꝫ aliquis hō est femina. Nec negatiue hō non est mascul⁹ ꝫ aliquis hō nō est mascul⁹. Nec seq̄t̄ aliquomō a restricto ad nō restrictum cū distributione nō restricti. Ut patet si in exemplis ꝗ̄ primū positis ex oppositis consequentium inferas opposita antecedentium.

At vo ꝯtra scdā reglam arguit̄. i hac ppōne / hō est pict⁹ pdicatū restrigit subiectū ad stādū solūmodo pro hoīe picto (vt pt3 per regulas analagorum) ergo adiectiuū aparte alteri⁹ extremi situatū restrigit substātiuū aparte alterius existēs. ¶ Scdo. In hac ppōne hō irrationalis non est hō, adiectiuū / irratiōalis / nō restrigit suū substātiuū imo facit ipm nullomō posse supponere ꝑ suo ꝓprio significato, ergo modus ille restringēdi nō est vīr certus. ¶ Tertio contra tertium modū. In hac ꝓpōne / ethiops est albus ſm dentes, illa determinatio / ſm dentes, nō restringit suū determinabile, imo facit ipsum nullomodo supponere pro albo.

¶ Ad pmū negat̄ aħs: immo pdicatū alienat poti⁹ subiectū. ¶ Unde alienatio est distractio tīi ad supponendū pro eo qđ minus principali aut iproprie significat. Quare in oībus illis suppōnibus, q̄s supra improprias appellauimus, pōt dici tales tīos alienari, preterq̄ in suppositione anthonomatica. Ut si dicas / petrus est leo / sanctus petrus est in celo, ⁊ sic in ceteris, ly leo, ly sanct⁹ petr⁹. ⁊c̄. fortasse alienātur. Quare non solū alienātur subiecta a pdicatis, s3 interdū tā subiecta ꝗ̄ predicata alienātur ratione toti⁹ oꝛonis ex cōi vsu. S3 i suppositiōe anthonomatica (v.g.) cū ly philosoph⁹ in hac ꝓpōne / philosophus dixit mūdū fuisse ab eterno, nō distrahat̄ tīs, s3 supponat ꝑ suo proprio significato, rectius dicet̄ restrigi ꝗ̄ alienari. Interest eñ inter restrictionē ⁊ alienationē, ꝙ illa sit coarctatio ad pauciora ꝓpria supposita ⁊ hec distractio ad supposita, vel secūdaria vel trāsumptiua. S3 queris quare potius requirit̄ adiectiuū situari cū suo substātiuo aparte eiusdē extremi. adhoc ꝙ restringat ipsum, ꝗ̄ adhoc ꝙ alienet. Ut adiectiuo cōuenit alienare ratione significationis, restringere vero ratione acceptiōis, (nā huic tīo / pictus / eo ꝙ significat hominem pictum cōuenit alienare substantiuū) ⁊ ideo cū aparte predicati eādē retineat significationē potest alienare subiectū, sicuti verbū / fuit / q2 ei cōuenit ampliare ratione sue significatiōis ꝗꝗ non faciat vnu3 extremū cū subiecto, āpliet ipm. S3 ly albus non ex eo solū ꝙ significat albū restringit substātiuū s3 ex eo ꝙ cū eo accipit̄ tanq̄ vnus tīs, quod nō fit nisi immediate vniant̄ aut per relatiuū iplicationis. ¶ Hinc fit, quod (capite ꝺ analogis insinuauim⁹) in hac ppōne / hō est hic pictus, subiectum non restringi ad standū solū pro hoc hoīe picto, nā cum predicatū nō restrigat ratione acceptionis s3 ratione significationis, quātūcunq3 restringat̄ quoad acceptionē non magis restringit subiectū. S3 si esset adiectiuū quod restringit substātiuū ratione acceptionis, si tale adiectiuū restringat̄ vt pro paucioribus accipiat̄, pariter restringit substātiuū ſm talē acceptionē. Quare i hac / hō intēse albus disputat ad restrictionē acceptionis de ly alb⁹ seq̄t̄ restrictio de ly hō, ꝙ v3 nō supponit nisi ꝑ hoīe q̄ h3 intēsam albedinem.

¶ Ad scdm solet concedi aħs ꝙ ve3 ibi non fiat restrictio de ly hō, s3 potius remotio. ¶ Unde remotio (dicunt) est coarctatio tīi ne possit supponere ratione alicuius determinationis sibi addite. Et ad tertium pariter cōcedunt aħs, dicētes illā non esse restrictionē, s3 potius diminutionē. ¶ Unde diminutio potest dici coarctatio tīi ad supponēdū pro illo cui solū ſm partē, ei⁹ formale cōuenit. Quibus noībus si placet vti nō dānamus. Ueruntñ ⁊ he ⁊ si que alie similes reperiātur, species quidem sunt restrictictionis. 5.No.

¶ Capitis sexti. Lectio prima.

A ppellatiōes tandē inter alias logice ꝓprietates admodū sūt dialecticis cognitu necessarie, vt pote q̄ superioribus facultatibus, presertim theologie in articulis trinitatis ⁊ incarnatiōis passim ancillētur. Ubi de3 eaꝝ negociū paulo lati⁹ extendere

mollitus sum eo vel maxime q rem tam necessariam nusq̃ accurate traditam inuenias.

1. No. **Appellatio est applicatio formalis** significati alicuius tẽi ad significatũ alterius, vt applicatio significati de ly magn⁹ ad significatũ de ly logic⁹ in hac propõne petr⁹ est magnus logicus. vbi ly logicus dr̃ appellatio passiua ⁊ ly magn⁹ appellatio formalis. Nã intellectus, vt dicũt, applicãs significatũ ad significatũ dr̃ appellatio actiua. Et accipit̃ in proposito nõ passiue sicut ampliatio, sȝ formalr̃ proprio appellãte. ¶ Applicatio, nã appellare apud latinos idẽ iterdũ ẽ qḋ appellere ⁊ applicare, s̃m quã significationẽ vtunt̃ dialectici h̃o appellatio. Et dr̃ alter tẽs appellare supra alterũ, qr applicat suũ significatũ ad significatũ alterius. Suũ inq̃ȝ significatũ aut suã formalẽ significationẽ, siue sit modus se habẽdi positiuus aut negatiuus. Nã ly necessario ⁊ infra alia syncategoremata appellãt q̃dẽ (vt īfra videbit̃) cũ tñ nullũ syncategorema habeat significatum formale quẽadmodũ ly indoctus ⁊ similes. ¶ Dixerim applicatio significati vnius ad significatũ alterius. Ubi scito appellationes q̃s dialectic⁹ cõsiderat eas esse q̃ post suppositiones ⁊ ãpliationes adhuc possunt veritatẽ propõis variare. v. g. Ad veritatẽ istius ppõnis, petrus est magn⁹ logicus, nõ sufficit, petrũ esse magnũ ⁊ logicũ, sȝ requirit̃ preter hoc, magnitudo contingat petro ratione logice vel q multa sciẽtia logicali sit predict⁹. Igit̃ q̃uis posset fortasse dici cõnotatiuũ substãtiue tentũ appellare suũ significatũ formale ad suũ ipsius materiale, nõ tñ ppꝛie diceret̃ appellatio. Nã ppter hmõi appellationes nullomõ variat̃ veritas ppõnis magis q̃ si essent tẽi absoluti. Quo fit vt cõnotatio ⁊ appellatio in suis proprijs significatiõibus tẽi sint disparati, q videlicet cõnotatio sit cõsignificatio significati formalis supra materiale eiusdẽ tẽi, ⁊ appellatio, applicatio formalis ad significatũ alterius. Rursus cõnotatio cõtingit tẽis extra propositionẽ, sȝ apellatio nõ nisi existẽtibus in propõne. Non q appellatio presupponat actualẽ suppositionẽ, imo (vt dictũ est de ãpliatione) sufficit vt tẽi appellent (aut si recte dr̃) appellent̃, q tales tẽi supponerẽt nisi esset defectus ex pte rei significate. Liquet eñ in hac propõe petrus est magn⁹ logic⁹ ly magnus appellare supra ly logic⁹ q̃uis totũ predicatũ nõ supponat. Quinimo si petr⁹ esset pceri corporis, parũq̃ȝ dialectice erudit⁹ ob solũ dfectũ appellatiõis nõ suppõeret. Aliter An. summus, nescio (fateor) q̃ ratiõe adductus, diffinit appellationẽ q videlicet sit acceptio termini pro re existente.

2. No. **¶ Appellatio duplex est. scȝ realis ⁊ rationis.** ¶ Realis, est appellatio significati realis, quod est dicere, significati habẽtis esse operatione intellectus seclusa, vt petrus est magn⁹ logic⁹. ¶ Appellatio rõnis, est appellatio significati habẽtis solũ esse per operationẽ intellectus, vt cognosco venientem, ly homo significat hominem. Appellatio formalis est terminus superior ad realem ⁊ rationis.

3. No. **¶ Circa realẽ appellationẽ meminisse** opus est differẽtie illius inter cõnotatiuũ substãtiue tentũ ⁊ cõnotatiuũ adiectiue tentũ, q vȝ illud cõnotet suũ significatum formale adiacere suo ipsius materiali. Et hoc appellet suũ formale ad significatũ sui substãtiui. Nec refert quoad hoc adiectiuũ adiectiue tentũ significet de materiali cõiter, ⁊ cõfuse significatũ sui substãtiui, nec ne (vt ibi monstratũ ẽ) At vero qr tale adiectiuũ appellat suũ formale nũc ad materiale substãtiui, nũc vero ad formale. Cõsiderãde sũt he quattuor regule. ¶ Prima. Qñ adiectiuũ situat̃ a parte p̃dicati ⁊ substãtiuũ aparte subiecti, adiectiuũ solũ appellat suũ formale ad materiale substãtiui. Solũ inq̃ȝ. i. nõ ratione formalis eiusdẽ substãtiui. U. g. in hac propõe, hic logicus est magnus, predicatũ applicat magnitudinẽ ad suppositũ de ly logicus ⁊ nõ ratione logice, sȝ ratione molis. Hac regula non vtunt̃ moderni existimãtes propões de p̃dicato adiectiue tẽto subordinari propõnibus in q̃bus substãtiuũ exprimit̃ a

Prima.

parte predicati. Quare hec. v. g. modo assumpta subordinatur, huic, hic logicus est logic⁹ magn⁹, ⁊ ideo ly magnus appellat (inquiunt) supra ly logicus apte predicati ⁊ nõ aparte subiecti. Sȝ tñ q̃uis quoad veritatẽ propõnũ idẽ sit, nihilominus qr (vt visum est) adiectiuũ adiectiue tentũ potest esse totale predicatũ, rectius dr̃ ipsum appellare supra materiale subiecti. Quod antiqui presertim. s. tho. 3. q. 16. ar. 7. ⁊. 9. sub his verbis insinuat. Subiectũ in propõne stat materialiter ⁊ predicatũ formaliter. Et subiectũ stare marialr̃, eũ, vt eorũ verbis vtar, nõ subijcere predicato, nisi suũ suppositũ ⁊ nõ suã formã. Unde cõcedũt de Christo, hic hõ est eternus, ⁊ negat̃, hic hõ est fact⁹. Extẽdũt nõnulli hãc regulã vsq̃ ad terminos absolutos, q vȝ in hac ppõne, aial est hõ, predicatũ appellet humanitatẽ ad suppositũ subiecti. At lȝ sit de nomine disputatio, nihilominꝰ cũ tẽi absoluti habeãt ppꝛias suppositiões p suis vȝ peculiaribus significatis, nõ ppꝛie dicunt̃ appellare supra alios. ¶ Secda. Quãdo a parte eiusdẽ extremi situant̃ duo tẽi cõnotatiui hñtes se tanq̃ substãtiuũ ⁊ adiectiuũ si adiectiuũ p̃cedat, appellat suũ formale ad materiale substãtiui rõne formal̃ eiusdẽ substãtiui, dũmõ nõ sit manifestũ talẽ applicationẽ eẽ ipossibilẽ. U. g. in hac ppõe, petr⁹ ẽ magn⁹ logicus, ly magn⁹ appellat magnitudinẽ ad suppositũ de ly logicus ratiõe logice. Denotat̃ enim petrum habere magnã peritiã logice. Hec regula nõ aliter fulcit̃ q̃ vno oim cõsensu. Dixerim, qñ duo tẽi cõnotatiui, nã in hac, petrus est albus hõ, nõ denotat̃ albedinẽ adiacere hõi rõne hũanitatis, alias falsa est. Item a pte eiusdẽ extremi, ppter doctrinã prime regule. Notato aũt hic qñ adiectiuũ adiectiue tentũ ponit̃ a parte subiecti, cui⁹ substãtiuũ est a pte predicati, perinde esse ac si poneret̃ a pte predicati, imo si adiectiuũ cũ suo substãtiuo ponit̃ a parte subiecti, dũmõ determinet tale substãtiuũ in ordine ad predicatũ. Idẽ eñ est dictu, factus est de⁹ hõ, deus fact⁹ est hõ (ly factus determinante ly de⁹ in ordine ad predicatũ) deus est fact⁹ hõ, ⁊ in oĩbus ly fact⁹ appellat factionẽ ad suppositũ de ly hõ, aut õ ly deus rõne hũanitatis. Quod semp intelligit̃ rõne vnionis hũanitatis ad verbũ, nã eĩ hũanitas fuisset perpetua, si in tpe fuisset assumpta, esset de⁹ factus hõ. ¶ Rursus dictũ est, tanq̃ adiectiuũ ⁊ substãtiuũ, qr in hac ppõne, lac est albũ ⁊ dulce, neutra pars p̃dicati appellat supra alterã. Sȝ non dixerim, habẽtes se tanq̃ determinatio ⁊ determinabile, ne includerẽ hanc, petr⁹ est boni audius ⁊ similes q̃bus nõ cõtingit hmõi appellatio. Ad hec dictũ est, si adiectiuũ precedat, nã si sequat̃, nõ potest cõmode asseri iuxta rigorẽ dialecticũ talis appellatio. Nõ ptȝ, primo a signo. Hec propões, pater est pater alius a filio, est de⁹ alius a filio, de⁹ est hõ etern⁹, sunt catholice, ⁊ hec, de⁹ est hõ factus, est falsa. ⁊ tñ si adiectiua appellassent supra formalia substãtiuorũ p̃cedẽtiũ, vt vȝ esset sensus, pater est ali⁹ pater a filio, est alius deus a filio, deus est etern⁹ hõ, est factus hõ, tres prime essent false ⁊ vltima vera, ergo solũ est appellatio supra materialia. Scdo a priori. Hec due, logicus est magn⁹, logicus est logic⁹ magn⁹ equiualent in ɔsequẽdo q̃uis in significãdo (vt supra mõstratũ est) nõ equiualeãt, sed in prima denotat̃ appellatio formalis de ly magnus ad solũ materiale de ly logicus, iuxta tenorem prime regule, ergo in scda nõ est appellatio supra formale. Tertio a simili. ly necessario ⁊ cetera aduerbia appellatiua appellãt supra formalia tẽoꝝ sequẽtiũ ⁊ nõ supra formalia precedentiũ, ergo pariter tẽi adiectiui. Hoc ipsum antiq̃ presertim. s. tho. in. 3. di. 11. arti. 2. sentire vident̃ huiusmodi verbis. Quando adiectiuum determinat suum substantiuũ tanq̃ subiectũ (quod fit quando substantiuum precedit) tunc appellat supra solũ eius materiale, qñ autẽ determinat ipm tanq̃ predicatũ (quod fit cũ substãtiuũ seq̃t̃) appellat supra formale. Dixerim hoc intelligi iuxta rigorẽ dialecticum. nã sepe propões vbi adiectiuum precedit accipiunt̃ loco eain in vbi sequitur, qñ nõ ẽ circa hoc disputatio. Pro eodẽ eñ q̃ȝ accipit̃, petrus est monachus alb⁹, est albus monachus ⁊c. ¶ Dixerim tandẽ, dũmõ nõ sit manifestum ⁊c. ppter has

Secũda.

propōnes/ petrꝰ est albꝰ musicus/ est albꝰ rōnalis/ et siles in quibꝰ neutra pars p̄dicati appellat supra formale alterꝰ. Ut non dixerim, vt solet, dūmō formale adiectiui possit adiecere rōne formalis substātiui. Cōstat eni has ꝓpōnes/ chrs est factus deꝰ/ deꝰ necessario est creās/ falsas esse solū pp defectū appellatiōis, q2 vez ly factus ⁊ ly necessario, appellāt supra formalia tꝫoꝝ sequentiū, ⁊ tn̄ in illis nō pōt adiacere formale tꝫi appellātis rōne formalis substātiui. Sufficit igr̄ id posse cadere in dubiū. S3 in hac/ petrꝰ est albꝰ rōnalis, q2 manifestū est formale adiectiui nō posse adiacere supposito substātiui rōne huiꝰ formalis nō denotaꝛ talis appellatio. Quare dicta ꝓpō est v̄a. Et si petrꝰ sit niger, hec est v̄a/ petrꝰ est nō albus rōnalis, siue ly nō, solū adiectiuū, siue totū cōplexum determinet. In dictis regulis ⁊ sequētibꝰ/ materiale/ tm̄ valet sicut suppositū. Nā ꝗq substātiuū non possit appellare, pōt tn̄ adiectiuū appellare supra materiale.i.supra suppositum substātiui, vt hic/ hō est albꝰ/ ho est hō albꝰ. ¶ Sub hac regula militāt verbū aut participiū sigñs actionē aut corruptionē ꝑ quā incipit aut desinit esse aliq̄d (vt sunt facio/ construo/ destruo ⁊c̄.) v.g. In his propōnibus/ facio tunicā/ construo/ destruo domū, ꝯnotaꝛ, factio, ꝯstitutio aut ꝺstructio adiacere pāno aut lapidibꝰ, nō simplr, sed rōne dispositionis q̄ sunt tunica aut domꝰ (dato forma nō distinguaꝛ a subiecto.) Un̄ sequūꝛ hmōi copulatiue/ petrꝰ facit calceū q̄ nihil facit destruit imaginē cesaris, q̄ nihil destruit, sicut econuerso/ deꝰ petrm̄ facit, non aūt facit petrm̄ ⁊c̄. Nā si petro faciēte calceū aliq̄d faceret, maxie calceū, cuiꝰ oppositū sic deduciꝛ. Petrꝰ calceū facit ⁊ calceus est coriū ꝗ petrus coriū facit, qḋ est falsum. Et ita ꝓbabiꝛ de ceteris. Dixerim actionē per quā aliquid incipit eē, q2 in his/ lauo tunicā/ lego librū/ ⁊ similibus, nulla est appellatio. ¶ Tertia. Qn̄ determinato ⁊ determi-

Tertia. nabile diuersoꝝ casuū accipiuntur vnica acceptiōe si alterū aut ambo fuerint connotatiui denotaꝛ formalia sigñata suis materialibꝰ simul tp̄e adiacere. v.g. In hac ꝓpōne/ petrꝰ vidit papā, denotaꝛ petrū vidisse papā tp̄e quo erat papa. Et in hac/ brunellꝰ fuit equꝰ niger hois albi, denotaꝛ, brunellū fuisse possessū ab hoie tp̄e quo ip̄e erat niger ⁊ possessor albꝰ (Est eni hic certe appellatio, nā talis determiatio quodāmō applicat suū formale ad sigñū determiabilis.) Tūc determiatio ⁊ determinabile dicunꝛ vnica acceptiōe accipi (qḋ exactꝰ 1.tra. cōstituemꝰ) qn̄ aut determinatio seq̄ꝛ suū determinabile aut si p̄cedat, ambo ponūꝛ a parte p̄dicati. Un̄ in his/ petrus fuit papā videns/ brunellus fuit hois albi equꝰ niger/ eadem est appellatio q̄ in p̄mis, quibꝰ equalēt, sed hic petrus papā vidit/ brunellꝰ, hois equꝰ fuit, ⁊ vl̄r qn̄ determinatione p̄cedēte determinabile totū ꝯplexū p̄cedit copulā, accipitur nō vnica. ¶ Hinc sequūtur he copulatiue. Uidētes deū ego vidi ⁊ tn̄ nūq̄ vidi vidētes deū/ oēs crucifixores christi deū viderūt, plurimi aut nūq̄ viderūt deū/ carnes crudas comedi nūq̄ autē comedi carnes crudas, ⁊ plures alie illis siles, que capite de ampliationibus illate sunt. Prima p3, si aliq̄ hoies, quos viuos vidi, post mortē beatitudinē obtinuissent, ⁊ ita cetere. Est hic aūt ꝯsiderādū ꝙ ꝗq ly vidēs ceteraq̄ id genꝰ determinabilia appellēt supra determinatiōes mō iam nūc exposito, nō tn̄ eas restrigāt quo ad suppositionē. Quippe ly papā nō solū ꝓ papa viso, imo pro oīni papa q̄ fuit supponit, sed ly hois albi sic appellat supra ly equꝰ vt ip̄m quo ad suppositionē restrigat. Nō eni supponit nisi ꝓ solis equis possessis ab hoie albo, sicut in p̄mis ly papā ⁊ vl̄r ois deter-

Quarta. minatio restringit suū determinabile. ¶ Quarta. Modꝰ vlis affirmatiuꝰ modificās verbū ꝓpōnis, appellat vl̄itatē quam explicat ⁊ ad vnionē ip̄saꝝ extremoꝝ ⁊ ad materiale tꝫi sequētis rōne eiusdē formalis si fuerit tꝫs ꝯnotatiuus. V.g. in hac ꝓpōne/ deus necessario est creās ly necessario appellat necessitatē ad vnionē extremoꝝ ⁊ ad suppositū p̄dicati rōne creationis. Pariter in hac/ deꝰ ꝯtingēter est creās, ly cōtingēter appellat ꝯtingentiā, ⁊ in hac/ petrꝰ est ⁊ fuit albꝰ pariter denotaꝛ albedinē cōuenire petro cū illa vl̄itate est ⁊ fuit. Proportionabilr dicaꝛ de ly velociter ⁊ de ceteris hmōi determinationibus. Dixerim vl̄e nā ly possibilr, ly est vel fuit, nō dicunꝛ ꝓprie appellare, s3 solū ampliare a parte ante ⁊ a parte post. Rursus, affirmatiuū, q2 ly impossibilr nō appellat impossibilitatē supra p̄dicatū. In hac eni/ terra impossibilr est celū, ly celū nō stat pro celo impossibili, s3 pro possibili vt in sua contradictoria. ¶ Sunt q̄ dicūt ly est appellare p̄sentialitatē ⁊ ly fuit p̄teritionē a parte post ⁊ p̄sentialitatē vel preteritionē a parte ante ⁊c̄. At re v̄a hmōi effectus, nō appellatiōes sed status/ restrictiones, aut ampliationes dicendi sunt.

¶ Lectio secunda.

Contra primā regulam arguitur: Primum argumētū
Seq̄reꝛ inde has ꝯñas nō valere/ substātia est alba ergo aliqḋ albū est substātia, ois substātia est alba, oīs hō est substātia ꝗ ois hō est albꝰ, q̄ppe in quibꝰ variareꝛ appellatio. ¶ Scḋo. In hac ꝓpōne/ essentia diuina est generans, Secūdū.
p̄dicatū appellat supra formale subiecti, ꝗ regl̄a falsa. Probaꝛ añs. Si eēt appellatio tm̄modo supra materiale, sensus esset/ aliqua res q̄ est essentia est generans, q̄ est verus, cū tn̄ dicta propō sit falsa, ꝗ sensus est/ essentia inq̄tū essentia est generans, ac subinde est appellatio formalis p̄dicati ad formale subiecti. ¶ Tertio ꝯtra secundā. Seq̄reꝛ inde hāc pro- Tertium
positionē/ petrꝰ est bonus pr̄/ esse verā, casu quo hēret bonū filiū, ip̄e aūt esset pessimus hō etiā inq̄tū pr̄, pariter ⁊ hāc petrus est tres patres, casu q̄ hēret tres filios. Que tn̄ manifestam explicāt falsitatē. Et ꝙ sequaꝛ, inde apparet q2 vez ly bonus appellat bonitatē ⁊ ly tres pluralitatē ad formale de ly pater, qḋ est filius. ¶ Quarto. Si huic mētali vltimate/ pe- Quartū.
trus est bonꝰ, addereꝛ ly fur, nō appellaret iuxta tenorem dicte regule, ꝗ illa est falsa. Probaꝛ añs. Si talr appellaret, significaret p̄fectionē artis furādi adiacere petro ⁊ cū antea significaret p̄fectionē moꝝ, ꝯceptus vltimatus caderet a sua significatiōe, aut equoce teneretꝛ. ¶ Et ꝓportionabilr posses arguere cōtra tertiā regulā. Si huic mētali/ facio hominem addaꝛ ly albū, ly facio nō appellabit factionē albi, q2 illa est factio sm̄ quid ⁊ factio hois est factio simplr, ac subinde ly facio equoce tenereꝛ, ꝗ regula falsa. ¶ Quinto cōtra quartā. Quintū.
In hac ꝓpōne/ petrꝰ scripsit papirū albā/ nō denotaꝛ petrū scripsisse papirū tp̄e quo erat alba, cū sit in hoc repugnātia, ergo regula falsa. ¶ Sexto contra sextā. Sequereꝛ inde p̄dicatū huiꝰ ꝓpōnis/ deus necessario est creās, non supponere. Itē seq̄reꝛ hāc esse verā/ deꝰ necessario est oē ens, q2 ly necessario creās pro nullo supponit ⁊ ly necessario ens ꝓ solo deo. Cōsequēs vr̄ falsum, tū q2 signa vl̄ia nō habēt manere in verificationibꝰ tꝫoꝝ, tū maxime q2 bene sequiꝛ/ deus necessario est oīe ens, angelus est ens, ꝗ deus necessario est angelus, (accipiꝛ ly oīe vt nō sit pars p̄dicati.)

¶ Ad p̄mū argumētum etiā moderni qui nō ponūt appellationē p̄dicati ad subiectū teneꝛ respōdere. Nā cū hec ꝓpō/ ois substātia est alba, subordineꝛ huic (vt dicunt) ois substātia est substātia alba, in illis cōuersiōe ⁊ syllogismo q̄ fiunt in argumēto, nō solū variaꝛ appellatio verū nec in cōuersione fit de p̄dicato subiectum, neq̄ in syllogismo concludiꝛ maior extremitas de minori. ¶ Igiꝛ ad seruandā oino eandē appellationē h3 cōcludi in conuersione, ꝗ substātia alba est substātia, ⁊ in syllogismo, ꝗ ois hō est substātia alba, q2 in cōuersionibus aliqn̄ subiectū cōuerse d3 se tenere ex parte subiecti cōuertētis, ⁊ in syllogismis, medium sepe h3 intrare cōclusionē vt seruetꝛ similis appellatio. Uerū est tn̄ variationē appellatiōis hmōi.s.formaꝛ vniꝰ tꝫi ad solū materiale alteriꝰ nō impedire bonitatē ꝯñe in tꝫis creaturarum, ⁊ ideo ꝯsequētie argumēti ⁊ alie siles cōiter reputantur bone ⁊ sunt formales, aliud est in diuinis vt iā nūc videbiꝛ. 1. No. Ad p̄mū.

¶ Ad scḋm fortasse quispiā distingueret ꝓpositionē ibi assumptā penes hoc qḋ ly generans possit accipi, aut tāq̄ adiectiuū de ly essentia, aut tāq̄ substātiuū vt vez includeret ly ens, ⁊ cōcederet illam in scḋo sensu, negaretq̄ in primo. Sed tn̄ quicq̄d sit de alijs participijs, nō eēt 2. No. Ad scḋm.

in dicta propōne talis distinctio secura, nusꝙ̄ eñ apud sctōs doctores legiꝶ ꝙ ly generās possit ibi accipi substātiue sꝫ solū adiectiue. Quare absolute est negāda, q̄ supposito argumētū pariꝶ pugnat cōtra modernos. Nā cū hec ꝑpō/ eēntia est generās/ subordineꝶ huic/ essentia est essentia generans/ vbi determiatio seqꝶ determiabile, fit vt appellet solū supra eiꝰ materiale, vt fere ipsi ꝯcedūt, sicut in his/ hic monachꝰ est albꝰ/ hic logicus est magnꝰ ⁊c̄. Quare faceret illū sensuꝫ verum. ¶ Igiꝶ pro solutiōe argumēti notato ꝙ ly essentia nō hꝫ materiale ⁊ formale sicut tīs ꝯnotatiuꝰ, sꝫ accipiꝶ materiale ꝓ eiꝰ supposito. Habet aūt duplex suppositū, sicut duplex significatū, immediatū scꝫ qd̄ est essentia, ⁊ mediatū que sunt singule ꝑsone. Unde ad argumentū negaꝶ ꝑdicatū appellare supra formale de ly essentia, sꝫ supra materiale, immediatū tñ, ⁊ ideo nō sequiꝶ sensum esse illū, immo est huiusmodi/ res pro qua immediate supponit ly essentia est generans, qui est falsus. ¶ Sed adhuc arguitur (supposito relationes non distinguanꝶ a suis fundamētis) sint petrꝰ ⁊ paulus albi, petrꝰ aūt intēsissime, ⁊ paulus valde remisse. Tunc sequereꝶ hanc propositionē esse verā/ hec similitudo est intensa (demōstrata albedine petri) qd̄ falsum apparet. Et idē est de hac/ silr̄udo est similitudo intēsa. Nā cū ly intēsa appellet supra materiale de ly similitudo, sensus erit/ res q̄ est similitudo est intēsa, qui est verus, nā est albedo intēsa q̄ est similitudo. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ dicta ꝑpō in rigore est fa, vt ꝓbat argumētū, sꝫ negaꝶ cōiter, qꝛ accipiꝶ loco huiꝰ/ hec similitudo est intēsa similitudo. Uel dicendū (⁊ forsan rectiꝰ) esse in rigore falsam, et primā ac secundā regulas pati eiusmodi exceptionē. Qñ est aliqd̄ adiectiuū cuiꝰ substātiuū est tīs cōnotatiuꝰ habens materiale ⁊ formale solū rōne distincta, tunc adiectiuum vix appellat supra formale substātiui qnomodocūꝙ̄ situenꝶ. Ex quo sequiꝶ hāc ꝯñam nō valere. Hec similitudo intēdiꝶ ergo hec similitudo est intēsa. Nō solū qꝛ ly intēdiꝶ est verbū ꝑsentis ⁊ ly intēsa participiū ꝑteriti, sed etiā qꝛ variaꝶ appellatio. Nā ly intēdiꝶ includit ly ens ⁊ ly intensa appellat supra ly similitudo, vñ nec sequiꝶ si sic arguas. Hec similitudo intēdiꝶ ꝰ post hac hec silr̄udo erit intēsa. Nā casu quo petrꝰ ⁊ paulus nūc sint albi vt quatuor ⁊ sola albedo petri intendaꝶ ꝯñs est falsum, ⁊ añs est verū, qd̄ sic ptꝫ. Hec albedo intēdiꝶ ⁊ hec albedo est hec similitudo, ꝰ hec similitudo intēdiꝶ. Et per hoc docere defectū harū cōsequētiarū ⁊ similiū/ hec ꝯña est bona ⁊ hec ꝯña est hec ꝑpō, ꝰ hec ꝑpō est bona/ hec opinio est intēsa ⁊ hec opinio est hec formido, ꝰ hec formido est intēsa. Qui nō est ꝙ arguaꝶ (vt dicūt in quatuor tīs admi nus formalr̄, sed qꝛ variaꝶ appellatio, ⁊ debet cōcludi mediū cō maiori extremitate in ꝯclusione, vt eadē appellatio seruet. ¶ Nec inde sequiꝶ hanc ꝯñam/ oīs substantia est alba, hō est substātia, ꝰ hō est albus ⁊ similes vbi solū variaꝶ appellatio supra solū materiale, nō esse formales. Nā hec ꝯña/ oīs albedo est intēsa, silr̄udo est albedo, ꝰ similitudo est intēsa, qꝛꝙ̄ ſm primā solutionē sit silis forme cū illa, atñ tā bona est in rigore ꝙ̄ prima. Et ſm secundā solutionē, qꝛꝙ̄ hec nō sit bona, nec est tñ eiusdē forme cū prima, qꝛ in pria solū variaꝶ appellatio materialis (vt sic loquar) ⁊ in scd̄a formalis. Itē hec oīs pater, est generās, essentia diuina est pater, ergo essentia diuina est generās, q̄ nō est bona, nec est quidē eiusdē forme qcqd̄ sit de distributiōe medij, q̄ hic nō est cōpleta. Hic nāꝙ̄ variaꝶ appellatio, q̄ in añte denotaꝶ supra imediatū suppositum de ly pater, ⁊ in ꝯñte supra mediatū, que est longe alia variatio ꝙ̄ in prima.

¶ Tertiū argumentū non pugnat cōtra secūdā regulā sub tenore quo nos eā statuimꝰ, sꝫ sub illo quo solet ab alijs cōstitui. Asserūt eñ eam nōnulli sic. Qñ a parte eiusdē extremi situātur duo termini ⁊c̄. denotaꝶ formale determinatiōis adiacere formali determinabilis. Uñ multi inferūt ꝑpōnē argumenti in illo casu esse verā, inferuntꝙ̄ subinde has oēs/ petrꝰ est ꝑcussus carnifex, (si petrꝰ a nullo percussus aliū ꝑcutiat) petrꝰ est coctus pistor, casu quo deco

3. No. Ad tertiū

querereꝶ panis, qui est formale de ly pistor, deus est creator risibilis, si deꝰ creet asinū, aliasꝙ̄ plures, quas recensere pudet. Sed alij eas veriti cōcedere, distinguunt duplicē terminū cōnotatiuū. Alius (inquiūt) cōnotat aliqd̄ accidēs, vt ly albus et aliꝰ solū aliqualr̄ se habere ad aliud, vt ly pater, tūc dicūt nullū adiectiuū appellare supra substātiuū iuxta tenorē secūde regule nisi tale substātiuū sit cōnotatiuum primi generis. At re vera nescio qd̄ vetet huiꝰ appellationē in his propositionibꝰ/ petrꝰ est bonus pr̄/ est doctꝰ pistor ⁊ similibꝰ. ¶ Igitur ex obliquo sensu regule pullulāt hmōi argutie. Etenī nō est sentiēdū alicubi denotari formale adiectiui adiacere formali substātiui, sed materiali rōne formalis, (nisi forsitan materiale ⁊ formale sola rōne differēt, vt hic silr̄udo est intēsa) Quare in hac/ petrꝰ est ꝑcussus pistor, denotaꝶ ꝑcussio adiacere supposito de ly pistor rōne artis pistorie, et in hac/ deus est risibilis creator, ꝙ risibilitas adiaceat deo rōne creationis. Et in hac/ petrus est bonus pater, ꝙ bonitas adiaceat supposito de ly pater inquantum est pater .i. qꝛ bene educat aut diligit filios, ⁊ non denotaꝶ ꝙ ꝑcussio adiaceat pani aut risibilitas creature, aut bonitas filio, siue illa sint formalia dictoꝝ terminoꝝ siue potius relationes aut modi se habēdi ipsoꝝ materialiū. Unde esto in petro habēte tres filios eēnt tres relationes (vt quidā fingūt) nihilominꝰ esset vnꝰ pater.

¶ At termini numerales non appellāt sicut ceteri adiectiui. Notato igiꝶ tīm numeralē posse accipi nōaliter, vt ly duo ⁊ aduerbialiter, vt ly bis. Et nominaliter aut absolute, vt ly duo, aut relatiue vt ly duplū. Rursus absolute, aut primitiue, vt duo/ tria, aut denolatiue, vt ly trinꝰ/ triplex. Uñ sunt quatuor regule. ¶ Pria. Nomē numerale absolutū ⁊ primitiuū adiectum tīo substātiuo appellat vnitatem aut pluralitatē ad supposita substantiui rōne forme substantialis eiusdē, sed adiectū tīo cōnotatiuo appellat vnitatem aut pluralitatē ad talia supposita ⁊ non rōne forme accidētalis. U.g. In hac ꝑpōne/ pater/ filiꝰ et spūssctūs sunt tres dij, denotanꝶ tria supposita in tribꝰ naturis diuinis subsistētia, quare illa est heretica. Pariter in hac/ pr̄ filiꝰ ⁊ spūssanctus sunt tres eterni/ sunt tres omnipotētes (vbi ly eterni et ly omnipotētes accipiātur substātiue denotanꝶ tria supposita tribꝰ eternitatibus, aut oīpotētijs subsistētia, quare (docēte Athanasio) dicte ꝑpōnes sunt false. Sed si accipiātur adiectiue solū denotaꝶ tria esse supposita, quorum singula sunt eterna siue, vna eternitate, siue tribus. Quare dicte ꝑpōnes in tali sensu sunt vere. Rationē huiꝰ regule pulchre docet. s. Tho. 1. q. 39. art. 3. sub hoc tenore. Substātia sicut per se hꝫ subsistere, ita ⁊ vnitatē, aut pluralitatē, sꝫ accidēs sicut a subiecto hꝫ esse, ita ex subiecto suscipit vnitatē, aut pluralitatē, ergo nomen numerale additū substantiuo, numerat (vt sic loquar) formā sustātialē, ⁊ additū adiectiuo, numerat solū suppositū. ¶ Est autē ꝯsiderandū ꝙ cū ly hō dictū de christo habeat aliqd̄ termini absoluti, qꝛ significat suppositū subsistēs in humanitate, ⁊ aliqd̄ cōnotatiui, qꝛ supponit pro supposito cui extrinsece aduenit hūanitas, nō est adhuc inter doctores cōstitutū qualr̄ sit de illo loquendū. S. tho. 3. d. 1. q. 2. ar. 5. vr̄ sentire ꝙ si filiꝰ dei assumpsisset duas naturas hūanas esset duo hoīes, nō tñ duo entia, aut duo absolute. Sed. 3. q. 3. ar. 7. illud corrigit dicēs ꝙ nō esset nisi vnus hō hñs plures humanitates, sicut si petrus haberet plures vestes aut plures colores non ideo esset plures vestiti, aut plures colorati, sed vnus vestitus pluribꝰ vestibꝰ ⁊ vnus coloratꝰ pluribꝰ coloribus. Asserit aūt vtrobiꝙ̄ ꝙ si tres ꝑsone assumerēt eandem humanitatē, essent vnus hō, nō tñ hꝫ intelligi ꝙ sint vnū absolute, immo nec essent simplr̄ vnus hō sicut sunt simplr̄ vnꝰ deus. Nā est vnus simplr̄ deus cōis (vt sic dicā) tribꝰ ꝑsonis. nō tñ sic esset vnus hō. Uñ tales ꝑsone sic sunt vnꝰ deꝰ, vt singule sint idē deus, sꝫ oēs tres sic essent vnus hō collectiue, vt singule nō essent idē hō, vt ipsemet doctor innuit dicēs ꝙ eēnt vnus hō sicut plures hoīes vnus ppl̄s. Quare in hac/ tres persone sunt vnus homo/ predicatū nō supponit simplr̄, sed

4. No.

Prīa regula.

est sub illo descēdendū, nō quidē ad concretū cōe tribus personis, sicut in hac/ tres persone sunt vnus de⁹, neq̄ ad singulas personas sed ad oēs tres collectiue ac si esset tō collectiuus. Et in hoc sensu existimo opinionē. S. tho. adeo veram quā nullus eā sic intelligēs niteretur impugnare. Hec prom de cōcedas duos hoīes esse vnū animatum esto haberēt eandem animam, quia non subsisterent in vna natura sicut ibi. Haud nescio limites presentis negocij preter institutum excessisse, sed danda est semel mihi venia. ¶ Secunda. Terminus numeralis denominatiuus, siue absoluto, siue cōnotatiuo adiciat, appellat numerū solū ad cōcretū sui substātiui, vñ conceditur/ deus est vnus ⁊ de⁹ est trinus. Primū pp̄ter vnū cōcretū de ly deus abstrahēs a singulis psonis, ⁊ scdm ppt tria ei⁹ supposita. Hec aūt nomina/ duplex/ triplex ⁊c. appellant varietatem ad supposita substātiui, vt in his propositionibus/ appellatio est multiplex/ bonū est triplex ⁊c. denotat diuersitas appellationum, aut bonorum. ¶ Tertia. Nomen numerale relatiuū adiectum tō positiuo, appellat extēsionē quātitatis ad solum materiale talis substantiui, sed si aduerbialiter adiungat cōparatiuo, appellat suū formale ad materiale substātiui rōne formalis cōparatiui. V. g. in his/ petr⁹ est duplus ad paulū/ est duplū album ad paulū/ denotat petrū habere duplam quātitatē ad paulū. Nec in scda denotat dupla quātitas rōne albedinis. i. q̄ habeat albedinem in duplo maiorē, sed q̄ petrus sit in duplo maior, sicut in prima. In hac aūt/ petrus est in duplo lōgior paulo/ denotat dupla quātitas rōne longitudinis. Et in hac/ petr⁹ est in duplo albior/ denotat dupla quantitas rōne albedinis. i. q̄ petr⁹ habeat albedinē in duplo intēsiorē, ⁊ ita in ceteris. ¶ Quarta. Aduerbiū numerale appellat numerū supra mēsuram tpis per verbum cui addit importati, vices. s. numerādo quibus actio importata per terminū cui addit fuerit absoluta. Ut in hac/ petrus bis comedit panē/ denotat q̄ duabus vicib⁹ comederit panē, siue eundē/ siue diuersos. Intelligat regula hec ad bonū sensum. Nā de christo conceditur. s. d. s. q̄ fuit bis natus. s. eternaliter de⁹ ⁊ tēporaliter hō. Et tñ prima natiuitas neq̄ mensurat tpe nec est absoluta, sz est in eternitate ⁊ semper verū est dicere q̄ filius generat a patre (hoc esse sonat perpetua natiuitas.) Sed dr bis natus, qz in eternitate semel, ⁊ semel in tpe. Unū autē nolo vos hic pterire. Dr cōiter eiusmodi aduerbia interruptionē tpis, aut actiōis importare, qd nō est vñ verū. Cōcedit nāq̄/ sol tricies in mense circuit terrā/ ⁊ tñ nec est intercisio tēporis nec actiōis sed solū triginta integre reuolutiones continue. Et qz totū tps quo ego fui parisius sine exitu ob vrbe cōputat pro vna vice, nō dicerer bis fuisse parisius nisi duabus vicib⁹ interruptis fuissem, ita vt post egressum iterū regrederer. Igit vñ solum numerāt vices totaliū actionū. Sz hec ex ipsis noim significātiōe euidētiora sunt q̄ que dialectico tractatu indigeant.

5. No. ad quartū ¶ Pro materia quarti argumenti ani maduertendū est qñ terminus appellatiu⁹ significet mediante eodē conceptu formā quā prius appellat supra vnū terminum, ⁊ qua postea supra aliū. V. g. cōceptus correspōdentes huic scripture bonus, in his/ petrus est bonus/ petrus est bonus fur, nō sunt (credo) synonimi, qz cū astutia furādi non sit perfectio, ly bonus nō significat illā ⁊ perfectionem moꝝ vniuoce, idem tñ cōceptus correspōdet ei in his/ petr⁹ est bonus pater petrus est bonus filius, qz ly bonus vniuoce ⁊ cōiter significat vtrāq̄ bonitatē qz vtraq̄ est perfectio. Unde si predicato huius mētalis vltimate/ petrus est bon⁹, addas ly pater idem ꝯceptus qui prius appellabat supra ly petr⁹, appellabit supra ly pater, sed si addas ly fur, nō appellabit supra ipsum. ¶ Et per hoc ad argumentū concedit aῩs, sed negat aliquid sequi cōtra regulā, qz illud cōtingit eo qd formale de ly bonus. s. perfectio moꝝ, nō potest adiacerē alicui rōne formalis de ly fur. Et per idē respondet ad id qd subiungebat de ly facio. Opinor tñ significare cōiter ⁊ vniuoce ⁊ factionem simplr (que est illa per quā aliquid incipit esse) ⁊ factionem secundū quid (que est illa per quā aliqd incipit aliqualiter se habere) sicut ly corrūpo vniuoce significat ⁊ corruptionem simpliciter (que est illa per quā aliqd desinit esse) ⁊ corruptionē scdm quid (que est illa per quā aliquid desinit aliqualiter se habere). Quare si predicato huius mētalis facio hominē addas ly album, idem conceptus aliter appellabit.

6. No. ad quintū ¶ Pro solutione quinti argumēti notarato id qd in quarta regula dictū est, vcz determinabile et terminationē iuxta eius tenorē disposita, vnitatē tpis denotare, intelligendū esse quantū natura verbi pmiserit cum est presentis tpis. Uñ in his ppositionibus/ petrus construxit domū/ petrus destruxit domū/ ⁊ vñ qñ verbū significat inceptionem, aut desitionē, nō denotat omnino vnitas temporis inter formale determinabilis ⁊ determinationis, qz dicta verba in presenti tpe sunt ampliatiua, sed denotat q̄ tunc tpis qñ petrus cōstruebat domū aliquid domus erat ꝯstructum ⁊ aliquid construendū. Igit ad argumētum cōceditur aῩs, sz denotat q̄ in illo instāti quo petrus per vltimū non esse incepit scribere, papirus erat alba.

7. No. ad sextū. ¶ Propter sextum argumentū et alia minutiora, multi negāt similes modos appellare post se. Sz reuera percepto qd est appellare id nō potest negari, cum, qz copula ac subinde eius modus est velut predicatū formale, ob idq̄ appellat supra predicatū ac si esset terminus cōnotatiuus positus a parte predicati, tum maxime quia non potest facile intelligi quonā modo ly necessario denotet necessariā vnionē predicati ad subiectū quin denotet in eadē ppōne necessariā cōuenientiā formalis predicati ad suū suppositum. Est aūt hic vnū qd vel me vel multos fallit. Ex hoc enī q̄ ly necessario appellat necessitatē ad predicatū inferūt cōtinuo nōnulli, predicatū solū supponere pro ente necessario, qd mihi nō apparet verū. Immo sicut diximus in hac ppōne/ ego cōstruo domū/ ly cōstruo appellare supra illam determinationem, non tñ ipsam quo ad suppositionē restringere. (non enī solū pro domo q̄ construitur sz pro omni domo supponit) ita licet in hac ppōne/ de⁹ necessario est creās/ ly necessario appellet necessitatē supra predicatum, rōne creationis, nihilominus nō restringit ipsum quo ad suppositionē, immo supponit pro omni ente possibili ad omne tale est sub illo descendendum, habetq̄ verificari mediāte ly possibiliter. Per quod fundamentū, ⁊ septimū argumentū quo ad vtrūq̄ mēbrum, ⁊ [illegible] in ꝯtradictoriis ⁊ in modalib⁹ [illegible]. ¶ Contra id qd dictū est de appellatiōe de ly necessario forsan quis insurget. Ergo in hac/ oīs deus possibilr nō est creans/ ly possibiliter nō/ appellat necessitatē in predicatū, qz in cōtradictoria eius eadē habet esse terminoꝝ appellatio. Itē cōtra id qd dictum est q̄ vcz descēdendū est sub tali pdicato ad oia possibilia, quis argueret. Igit in hac/ tñ deus necessario est ens descendendū pariter est descēdendū ac subinde falsa esset. Hec autē argumēta peculiares sedes habēt. c. modaliū. ¶ Ex dictis sequitur hanc/ adā necessario fuit/ esse verā. Hec est reducēda immediate rōne de ly fuit ad hanc deinesse, adā necessario est q̄ nunq̄ fuit vera sed potius rōne de ly necessario ad hāc/ adā necessario est/ que modo est necessaria.

¶ Lectio secunda.

Prima regula. Pro appellatione rōnis constituūtur due regule. ¶ Prima. Predicatū secunde intentionis cōnotans proprietatē cōuenientē reb⁹ ad extra, appellat talē proprietatē ad primariū significatū subiecti. Ut in hac ppōne/ hō est species/ pdicatū denotat specieitatē adiacere primario significato de ly hō. Et cū primariū significatum termini nihil aliud sit dictu q̄ significatū eius inquātū significatū per eius propriū cōceptū, idē est ac si diceres, appellat specieitatē ad hominē inquantū cognitum per illum cōceptū hō. ¶ Secunda. Terminus importās actū aīe interiorē, appellat propriū cōceptū termini immediate sequētis

Secunda supra ei⁹ significatū, vt in hac/ cognosco hoiem ly cognosco

appellat conceptū ꝓpriū cui ly hominē subordinaẗ. Hanc regulā sub tenore quo oēs eā cōstituūt, cōstituimus, q: loquēdum nobis est vt plures, tu aūt sentito eam vt pauci hoc modo. Ly cognosco appellat hoc qđ est cognoscere ad primariū significatū de ly homo, et in hac/ly homo significat hominē/ ly significat appellat hoc qđ est facere cognoscere, ad significatum primariū de ly hō. Sed q: primariū significatū termini (vt supra expositū est) diciẗ significatū ipsum inquantū significatū per propriū cōceptum cui talis terminus subordinatur, fit vt perinde sit ac si diceres: ly significat appellat hoc qđ est significare ad hoiem inquantū significatū per istū conceptum homo. Et hoc est dicta ly significat/cognosco ⁊c̃. appellare propriū ꝯceptū supra tm̄ sequentē. Sed qñ determinationes ille precedūt, tūc dicta ͦba aut participia appellāt suū significatū formale ad signum talis determinabilis, siue ꝑmariū siue secundariū. i. ad significatū talis termini inq̄ntū significatū, siue per eius cōceptū propriū, siue per quēcunq̧ aliū, vt in his/hominē cognosco/ly hō petrum significat ⁊c̃. Per hec dicta facile quicūq̧ diluet rōnes quibus aliqui conanẗ negare appellationes, quas tñ Aristo. vel in. 1. elen. expresse asserit, negās ꝓpter defectū appellationis hāc ꝯñam Cognosco coruscū/coruscus est veniēs, ergo cognosco venientem, immo sine quoq̧ cognitione male pōt (vt diximus) ad aliam facultatem concedi.

2. No. ¶ Dictum est in regula/ terminus importans ⁊c̃. nā importans actū aīe exteriorē nō appellat iuxta tenorē secūde regule. Cui⁹ rō est. Actus exteriores aīe nō possunt esse nisi singulares ⁊ absoluti (sola eñ singularia sentiunt) ob idq̧ nō pōt. v. g. in hac propōne / video hominē/ly video appellare propriū cōceptū hoīs. s. cōmunē, nec in hac video papā/potest appellare propriū cōceptū termini sequētis. s. cōnotatiuū. ¶ Rursus cū dictū est/propriū cōceptū/intelligito vel ꝯceptū ꝓportionabilr se habentē. Nā hec ꝓpō/ deus cognoscit hominem/vera est q̄uis de⁹ nō cognoscat hominē per cōceptū ita propriū hoīs qui nō sit cōceptus aliorū, q: sufficit q̧ deus cognoscat hominē per ꝯceptū ita distincte representātem hominē, sicut representat iste cōcept⁹ hō. Ad hec. In his cognosco hominē/cognosco hominē esse aīal/nō est sensus q̧ habeā concept⁹ significantes per modū accusatiui aut dicti, sed q̧ habeam illos vel alios essentialr synonimos cū illis. s. cōceptū/homo, aut/hō est aīal. ¶ Item regula intelligaẗ duab⁹ limitationibus, prima nisi aliqđ signū talem appellationē impediat, ꝓpter has/cognosco petrū cōfusē/ly petr⁹ significat materiā de per accidēs ⁊ similes, in quibus impediẗ talis appellatio. Scđa. Nisi significationi termini appellantis non repugnat talis appellatio.

3. No. ¶ Ubi notato terminos importantes actus intellect⁹, in duplici esse dr̄ia. Quidā eñ cōnotant cognitiones q̄ sunt rerū similitudines que dicūtur apprehēsiōes rerum, vt ly cognosco/intelligo ⁊c̃. Alij sunt tñ importantes assensus seu iudicia, q̄ sunt qualitates quibus tendim⁹ in totale significatum ꝓpōnis, vt ly assentio/scio/credo ⁊c̃. Igiẗ sicut primi nō possunt appellare assēsus, ita nec secundi, ꝯceptus apprehēsiuos. Unde in his ꝓpōnib⁹/assentio vero/scio aliquā ꝓpositionē ⁊ similib⁹, ly assentio, aut ly scio, nō appellant ꝯceptus ꝓpōnis quib⁹ subordinaẗ ly vero, aut ly aliquā ꝓpō/cū sint conceptus apprehēsiui, nam alr̄ dicte ꝓpōnes essent impossibiles, vt quidā sine apparentia cōcedunt, sicut nec si dicas/scio hominē esse aīal, ly scio appellat cōceptū cōplexum apprehensiuū cui subordinaẗ ly hominē esse aīal. Sed assensum scientificū terminatū ad hanc propositionē / hō est animal/vel ad eius significatū, cuius disputatio non est presentis considerationis.

4. No. ¶ Notandū deniq̧ pro terminis actū volūtatis importātib⁹, q̧ cū volūtas nō feraẗ nisi in id qđ est cognitū ab intellectu, ly volo/appeto/⁊ ceteri siles appellāt hoc qđ est velle, aut appetere ⁊c̃. ad significatū tñ sequentis inquantū cognitū per eius ꝓprium cōceptū. Si aūt accusatiuus p̄cedat nō denotaẗ talis appellatio. V. g. in hac ꝓpositione/volo malū/denotaẗ me velle malū, inq̄ntū cognitum per illū cōceptū malū, sed in hac/malū volo/denotaẗ me malum velle inquantū cognitū siue per illū conceptū, siue p aliquē aliū. Vel dic si mauis (et idē est in re) q̧ ly volo/denotat volitionē tendere in significatū tñ sequētis, sub rōne quā de formali talis termin⁹ significat. Quare negaẗ/de⁹ vult peccatum/et conceditur/deus peccatum vult.

¶ Quāq̄ in appellatione reali nūq̄ valeat argumentū variata appellatione, nisi fortasse qñ illa sola variaẗ que fit supra solū materiale, nihilominus in appellatione rōnis q̄ fit iuxta tenorē secūde regule formalr sequitur ab appellāte ꝓprium cōceptum ad nō appellantē, vt sequiẗ/ cognosco hominē ergo hominē cognosco/ly hō significat hominē, g̃ ly hō/hominē significat, Quinetiā si inferres cū distributione, g̃ quēlibet hominē cognosco, g̃ quēlibet hominē significat, pariter sequereẗ. E diuerso autē a nō appellāte ad appelantē nō sequiẗ/venientē cognosco, g̃ cognosco venientem, si eñ cognoscerē coruscū venientē mediāte isto cōceptu coruscus/aña esset verū ⁊ ꝯñs falsum. Et proportionabilr in terminis actuū volūtatis. Et si arguas. Non sequiẗ odio interfectorē patris mei, g̃ interfectorē patris mei odio, contra prefixā regulā. Nā casu q̄ frater quē diligo, me nesciente, interfecisset patrē aña eēt verū ⁊ ꝯñs falsum. Nō sic ꝓz. Nūc interfectorē patris mei odio/hic interfector est frater me⁹, g̃ fratrē meū odio, qđ est falsum. Negaẗ dictā ꝯñam nō esse bonam, et ad probationē cōcediẗ totū vez q̧ in tali casu fratrē meū odio, vt cognitū vez per istū conceptū interfector patris mei. De ly promitto/ teneor ⁊ similib⁹ an vez in hac ꝓpōne/ promitto equū/ly ꝓmitto appellet supra ly equū, ⁊ an sequitur, ergo quēlibet equū ꝓmitto, videbiẗ cap. de oppositione. ¶ Hinc elicitur huiusmodi copulatiue. a. et. b. sunt termini vniuoci ⁊ synonimi, ⁊ tamen. a. significat aliquid quod non significat. b. Petrus scit plures propositiones q̄ paulus, ⁊ non scit nisi verū, ⁊ tñ paulus scit plures ꝓpōnes esse veras q̄ petrus scit. Prima patet si ly. a. imponaẗ ad significādū tantū sicut hoc cōplexum/aliquid quod non significat. b. ⁊ ly b. idē omnino significet. Scđa claret si petrus sciat duas propositiones, paulus autē non sciat nisi hanc, plures propositiones sunt vere q̄ petr⁹ scit. Alias plures tu ipse, si placet, deducito. ¶ Sed arguis, ergo falsū est dicere ly homo significat aliquid/ly homines significat aliquos/ly oēs significat aliqualiter, homo est animal, significat ita esse sicut est ⁊c̃. cū nullum tale signū significet mediante cōceptu termini sequentis ly significat. Item, ergo falsum est dicere ly homo supponit pro petro/verificaẗ de petro ⁊c̃. ¶ Hec vera cōcedendum est, vel q̧ ly significat quādo cadit supra terminū trascendentem nō appellat iuxta tenorem secunde regule, vel potius q̧ esto sint false in sensu quē in rigore dialectico faciūt, sumūẗ tamē cōmuniter in sensu vero. s. ac si determinatiōes ille precederent verbum. At de illis in quib⁹ ponitur/supponit/verificatur ⁊c̃. aliud opinat. Credo eñ ly supponit verificatur ⁊c̃. non appellare sicut ly significat, ac proinde esse in rigore veras. ¶ Multa alia ⁊ hic ⁊ in superib⁹ missa fecimus, (qđ in fronte huius opusculi promisimus) ne introductionis modum non teneremus. Que aūt, ad dialecticam vos introducentes, diximus, ad laudem dei optimi, maximiq̧ dicta sint qui in suam nos vtinam Hierusalem feliciter introducat.

¶ Amen.

¶ Expliciunt introductiones dialectice fratris Dominici Soto.

¶ Sunt nonnulli loci in quibus a vero exemplari erratū est quos in calce opusculi obligationum quod est omnium nouissimū notatos inuenies.

¶ Comētarij in primū tractatū magistri Petri Hispani: editi a fratre Dominico Soto segobiensi ordinis predicatorum artium magistro.

¶ Caput primum.

A Dialectica est ars artiū: sciētia sciētiarū: ad oim methodorū principia viā hñs. Sola eñ dialectica ꝓbabilr disputat de principijs oium aliarū sciētiarū: ꝛ ideo in acq̄sitiōe oium aliarū sciētiarū dialectica d̄r esse prior.
B ¶ Dicit̄ eñ dialectica a dya qd̄ est duo ꝛ logos qd̄ est sermo vel lexis qd̄ est rō: q̄si duorū sermo vel rō. s. opponētis et respōdētis in dis-
C putatiōe. ¶ Sꝫ q2 disputatio nō pōt hēri nisi mediāte sermōe: nec sermo nisi mediāte voce: nec vox nisi mediante sono: iō a sono tāq̄ a cōiori incboādū est.

¶ Lectio vnica.

cere. Et si dicerem, velim esse felix, aut si dicerē, petre dispu
ta, omnes audiētes conciperent hanc propositionē / volūtas
domini est, vt sit felix vel vt petrus disputet, ergo oēs sunt
propositiones. Ad primū, distinguo aūs. Aut tale dictum ac
cipitur pro propōne cuius est dictum, vt sit sensus / si ego asse
rerē q deus non est, proferēdo hanc ꝓpositionem / deus non
est, & sic cōceditur q dicerē falsum, sed inde nō probatur nisi
q talis oratio / deus non est / est propō, sed si tale dictum acci
piatur materialiter pro se, negatur q dicerē falsum. Nam si
ego dicerē hec verba / deum non esse, certe nullus diceret me
mentiri. Ad scdm & tertium, distinguit aūs, vel q illo modo
cōciperemus ꝟtute impositiōis illarū vocū, ita. s. q ille orōes
nes vocales subordinētur illis propositionib⁹ mentalibus,
negatur. Non eñ subordinātur nisi similibus orationibus,
quarū noīa & verba significāt eo eodē modo grāmatice, sicut
ipse vocales. Vel q consequutiue quādoq̄ ducamur ad for
mandas tales ꝓpōnes, quia tales orōnes ordinantur ad ex
primēdo affectus nostros, tunc ꝯceditur, sed negatur inde se
qui, tales orōnes esse propōnes. Miror nōnullos huic argu
mento gratis dare, tales orōnes esse propositiones.

❡ Ad quartū principale: distinguitur
aūs, vel ly vere vel false post verbū / significat / accipit aduer
bialiter (quod est dicere / ita esse aut ita non esse) & sic negatur
vel accipitur nominaliter, quasi accusatiuus explicans signi
ficationē de ly vere vel false, & sic conceditur, sed nihil sequit
contra diffinitionē. Sicut nō sequit. Ly complexe significat
complexe, ergo est terminus complexus.

❡ Argumentū quintū petit: sit ne ꝓpō — 5. No.
plures, propositio. Vbi notato q nō accipimus propositionē
plures, sicut fortasse accepit Arist. 1. perih. vbi propositionē
categoricā vniuocam appellat simplr vnam, & propositioneꝫ
equiuocā, simplr plures, sed ꝓpōnem hypotheticā vniuocā
appellat quodāmodo plures, qꝛ plura significat, & quodāmo
do vnam qꝛ cōiunctione vna. Non tn̄ sic accipimus, qꝛ nō
est dubiū propositionē hypotheticā vniuocā, q̄q̄ illo modo
dicatur plures, esse tn̄ propositionē. Sed accipitur hic ꝓposi
tio vna / pro vniuoca, & plures, pro equiuoca, siue categorice
sint siue hypothetice. Nunc igitur quantū ad rem nō est que
stio. Nam clarū est ꝓpositionē equiuocā in voce esse vnam,
sed in mēte subordinari plurib⁹ incōiunctim sumptis, vt hec
canis est substantia, (si ly canis equiuoce significet illa tria)
subordinat tribus. Rursus perspicuū est propositionem plu
res sm quācunq̄ suarū significationē, esse ꝓpositionē, quia
omne equiuocū sm singulas significationes est vniuocū. Se
quitur eñ. Hec orō / canis est substantia, sm significationeꝫ
qua significat canem latrabilē esse substantiā, subordinatur
propositioni, ergo est propō. Sed questio est solū de nomine,
an vꝫ sm oēs significationes simul sit dicenda propō ꝓpter
vnitatē vocis, an poti⁹ ꝓpōnes, ꝓpter pluralitatē ꝓpositio
num nō facientiū vnam quibus subordinatur. Et fortasse cō
gruentius dicitur propositionē plures non esse propositionē
sed propositiones. Inquit eñ Arist. 1. elen. eādem esse ratio
nem propositionis & vnius propōnis. Et idē videtur insinua
re. 1. perihier. vbi antiqui propositionē equiuocam non vocāt
propositionem, sed propositiones. Et ratio quam Boe. insi
nuat huiusmodi est. Propositio inde sortitur vnam esse aut
plures vnde habet esse propositionem, sed a significatiōe ha
bet esse propositionē, ergo inde habet esse vnam vel plures,
ergo que habet plures significationes non faciētes vnā, plu
res ꝓpositione, dicitur, & non vna. ❡ Igitur ad quintū prin — ad quintū
cipale cōcesso antecēte negatur ꝯña, quia non est oratio, cū
non habeat partes significantes iuxta significationē totius
cum ꝓpositiones quib⁹ subordinat nō faciant vnā. Quāq̄
posset distingui aūs q vꝫ significet vere vel false, qꝛ nō id si
gnificat singulariter (vt sic dixerim) quod requiritur vt sit pro
positio, sed pluraliter. His verūtamen non obstātibus sepe
dialectici solam vocem cōsiderantes, appellant tales voces,

orationes, propositiones. Illius autem q. I.p.intro. de ter
mino equiuoco diximus in presentiarū memento. Quod vez
propositio nec dicitur equiuoca nec plures secundū signifi=
cationes quarū altera significat ꝓprie, ⁊ altera representat
se (non enī appelles hāc propositionē homo est animal, equi
uocam aut plures.) Sed solum dicatur ꝓpositio equiuoca
ſm proprias significationes.

5. No. Ad sexti. ¶ **Sexto argumento inquirit an pars**
propositionis sit propositio. Ad quod concessa maiori negat
minor. Immo cōtraria propō est vera. s. Omnis pars propo
sitionis que per se sumpta esset propositio est propositio. Di
xerim que per se sumpta ⁊c̃. Nam huius ꝓpositionis/ homo
est/nulla pars est propositio. Ubi animaduertēdum proposi
tionē aliquam esse partem alterius quattuor modis. Primo
Partem propōnis hypothetice. Et hāc perspicuū est (q̄q̄
antiquus quidam videat oppositum asserere) propositionem
esse. Dicimus enī hanc copulatiuam/ dominicus loquitur ⁊
petrus scribit esse veram, q: vtraq; pars est vera, quod nō cō
tingeret nisi vtraq; pars esset ꝓpō. Secūdo potest esse pars
propositionis categorice includēs totalia extrema ipsius to
talis propositionis, vt ly homo disputat/ in hac propositiōe
ois homo disputat. Et hanc etiā claret esse ꝓpositionē. Nā
si ante aduentū illius signi vniuersalis erat propositio, nō vi
detur q per aduentū talis signi desinat esse ꝓpositio, postq̄
eandē retinet significationē. Tertio. Potest esse pars inclu
dens partes extremorum ipsius totalis propositionis, vt ly ho
mo est animal / in hac propositiōe/homo est animal rationa
le. Et hec pari ratione probatur esse propositio. Nam potest
intellectus dicte mētali vltimate addere ly rationale per qd
non videtur illa pars desinere esse ꝓpositio. Ad hec. Si me
proferente/homo est animal rationale/ tu audires totū dem
pta particula rationale, certe audires verum, ergo illa pars
est propositio. Quarto. Potest propositio esse vnum totale
extremū alterius ꝓpositionis, vt ly homo est animal in hac
propositione/homo est animal, est ꝓpositio. Et quod illa sit
propositio, sic manifestatur. Propositio illa totalis ab om̄i
bus conceditur vera, ergo ita est sicut per illā significat, sed
per illam significat illud subiectum esse propositionē, ergo
est propō. ¶ Cōtra horum autem singula membra arguitur.
Partes huius nois compositi equiferus, lz per se sumpte/
sint noia, accepte tñ vt partes talis nominis non sunt noia,
ergo nec partes huius copulatiue/ dominicus deambulat ⁊
petr⁹ sedet. Negatur ꝯña. Nā partes dictionis qñ sunt par=
tes non subordinant nominibus, sed oēs simul vni simplici
noticie vbi non correspōdet vna pars, significans sicut vna
pars vocalis, et altera, significans sicut altera. Sed catego
rice illius hypothetice, etiam qñ sunt partes, subordināt sin
gulis categoricis faciētibus vnā hypotheticā, in mēte sicut
in voce. ¶ Contra secundā. Sequeret inde eūdem terminū
supponere singulariter, cōmuniter/determinate/confuse/di=
stributiue ⁊c̃. vt patet de predicato huius propōnis non ois
homo est iste homo (si ly iste nō sit pars) qd in tali propositio=
ne supponit singulariter, ⁊ in preiacente dempto ly/iste. sup=
ponit distributiue, et in preiacente dempto ly/non/ ⁊ ly/iste/
supponit cōfuse, ⁊ in preiacente demptis omnibus tribus si=
gnis supponit determinate. Oēs concedunt hoc corollariū,
sed re vera nescio an gratis. Immo credo q in quacūq̄ pre
iacente ꝯsideret ly homo a parte predicati, semper supponit
discrete. Nam, vt plane in paucioribus agamus, accipiam⁹
hanc/ois homo est animal, in qua nego tale subiectū suppo
nere determinate, etiam in ordine ad partē. Et ad argumen
tum contra, subiectū huius/homo est animal/supponit determi
nate, ⁊ subiectum huius est subiectū illius/omnis hō est ani
mal, ergo subiectū illius supponit determinate, distinguitur
maior, vel subiectū illius per se sumpte, ⁊ sic cōceditur maior
sed negatur minor, vel subiectū illius que existit pars alteri⁹
⁊ sic negat. Nam quantūcūq; per intellectū abstrahas subie
ctum preiacentis, inquātū subiectū preiacētis, semper realr
distribuitur qñ est pars. Sed arguis, ergo talis preiacēs est
vniuersalis, negatur ꝯña, nam requirit q subiectū illius di=
stribuatur a signo quod sit pars talis ꝓpōnis. Modo ly ois
nō est pars preiacentis, sed totius vniuersalis. Sicut non se
quitur. Copula huius propōnis/homo est aial/ que est pars
huius/homo non est animal, negatur, ergo est negatiua, sed
requiritur q negetur a negatione que sit pars ipsius propo=
sitionis. ¶ Cōtra tertiū arguitur. Actus syncategorematic⁹
(qualis supponatur esse ly/est/tertiū adiacens) producit ab
extremis que determinat, ergo copule vniētes diuersa predi
cata differunt specie, ergo in hac propōne/homo est animal
rationale, ille actus/ est/ vniens totale predicatum cū subie=
cto, non vnit illam partē aial, ergo homo est aial ibi non est
propō. Huic argumento multi ꝯcedunt hoc vltimū ꝯñs. Et
negant q huic mentali/homo est animal/in mente possit in=
tellectus addere ly rationale quod faciat vnū predicatum cū
ly animal, nisi corrumpat verbum/est/⁊ aliud producat. Et
ita si semper adderes nouā partem predicati, semper produ=
ceretur nouus ⁊ nouus actus verbalis. Quod certe videtur
cum omni modo concipiendi pugnare. Igitur distinguitur
añs prime cōsequentie vel q primus actus syncategorémati
cus producatur ab extremis que determinat, ꝯceditur, vel q
omnes actus quos postea eiusdem rationis formamus indi=
geant extremis vt producant, ⁊ hoc. I.p.intro. iam negatum
est, vbi oppositū manifestauimus. Unde actus vniens extre
ma huius mentalis/homo est animal/potest vniri ⁊ quecūq;
alia ¶ Contra quartū membrū arguitur. In hac propositio
ne/homo est animal, est propositio/ly/est/a parte subiecti ac
cipitur materialiter (q: totum subiectū accipitur materiali=
ter) ergo non vnit extrema illa, ac proinde tale subiectum nō
est propositio. Cōceditur añs prime ꝯñe, ⁊ distinguitur eius
cōsequens, vel q nō vnit secundū significationē qua ibi tene
tur, ⁊ sic conceditur, sed inde non sequit nisi q illud totale sub
iectū non sit propositio ſm significationem qua ibi tenetur,
quod nos etiam concedimus, vel q absolute non vniat illa
extrema, ⁊ sic negatur, nam illa propositio per hoc qd sit sub
iectum illius propositionis nō perdit suam significationem.
Sicut subiectum huius propōnis/homo est terminus signi=
ficatiuus/non negat esse terminus significatiuus, quāq̄ ibi
materialr teneatur. Sed arguis ad idē. Sequeretur psalmi
stam falsum dixisse, cum ait. Dixit insipiens in corde suo nō
est deus. Hoc distinguitur, vel sententia totali seu persona=
liter sumptū, ⁊ sic negatur, non enī asseruit non esse deū, sed
insipientē id dixisse, vel de sentētia partiali seu materialiter
sumptum, ⁊ sic cōceditur, nec inde sequitur falsum asseruisse
aut fuisse mentitum.

¶ **Ad vltimum tandē principale nega**
tur maior. s. q tales propōnes se falsificēt. Et si arguas. Ex 6. No.
hoc quod hec vniuersalis sit vera/ois propositio est particu ad septim
laris/sequit illā esse falsam, ergo se falsificat. Probat añs.
Bene sequitur, illa est vera, ergo est, ergo nō omnis proposi
tio est particularis, ergo aliter est q̄ per illam significatur,
ergo est falsa. Ad hoc cōcesso primo antecedēti, vt probatur,
negatur prima ꝯña. Nempe, non est illud propositionem
se falsificare, q: lz talis ꝓpositio quādiu est, est falsa, id non
est q: se falsificat. sed q: tunc semper est aliter q̄ per ipsam si
gnificat. Nam propōnem (vt diximus) se falsificare est qd ex
ita esse sequatur falsitas talis propositionis, quod nō contin
git dicte vniuersali. Immo ista cōsequētia nō valet. Ita est
sicut nunc per hanc propōnem significat, ergo illa est falsa,
nam si nec illa nec alia vlī existente, essent alique particula=
res in mūdo, añs eēt verbū ⁊ ꝯñs falsum. Sed arguis. Tūc
non ita est sicut per illam vniuersalē significat, quia si illa nō
est nihil per eam significat. Propter hoc dicunt alij in ante
cedenti/ita est sicut per talem propositionē significat aut po
test significare. Sed hoc multas argutias fouet. Ideo meli⁹
est hoc saluare per illam particulā/nunc. Nam sicut per illā
vniuersalē nunc significatur potest quādoq; esse quando illa

non sit falsa, ⁊ propterea non se falsificat. Nescio an volēs exacte diffinire ꝑpositionē verā ⁊ falsam, plus equo fuerim insolubilibus reflectiuis intēpestiue obuolutus. ¶ Metaphisicas illas questiones .s. de quiditate ipsius ꝑpositiōis, sit ne complexa, an incomplexa potius, de quiditate sue veritatis sit ne ipsa propositio mentalis, an relatio forsan ab ea realiter distincta, de quiditate eius significati, sit ne cōplexe significabile res ipe per extrema significate, an quid aliud distinctum, intēpestiue nimis hoc loco disputassemus. Igitur earum decisionē vsqꝫ ad librū perihermenias expectato. Interim qr vsui summulistarū aptior modus, est teneatur propōnem mentalem ex pluribus conceptibus cōstare ad modum quo vocalis ex pluribus vocibus conficitur. Quod ibidem mōstrabitur principijs sancti Tho. maxime cōuenire. Circa secundū supponatur, veritatē esse adequationem ipsius propōnis ad eius significatū (vt docet sanctus Thomas. 1. q. 16.) que vez sic significat sicut res se habēt. An tamē talis adequatio sit relatio distincta, an sola denominatio, nō est summuliste aut querere aut diffinire. Quo ad tertiā denicꝫ satis sit summulistis scire significatū totius ꝑpositionis. v. g. id quod est hominē esse animal, appellari, nō complexum significabile (vt quidam putant) sed complexe significabile vt cōplexe sit aduerbium) .i. id quod per complexū quod est propositio significatur. Quod quidem significatū (pro nunc) non distinguitur realiter a significatis per extrema, quod capreolus. 4. q. prologi ex dictis .s. tho. corroborat, ⁊ fere doctores amplectunt, sed est res ipsa significata ꝑ subiectū, cui cōuenit aut discōuenit res significata ꝑ predicatū, vt signū hui⁹ propōnis / hō est animal / est hō qui existit animal. Et de propōne satis.

¶ Caput septimum.

A PRopositionū autem alia categorica: alia hypothetica. Categorica est illa que habet subiectum et predicatū tanꝗ partes principales sui: vt homo disputat. In hac eñ propositione / homo est subiectū: disputat vero predicatum: et quod cōiungit vnū cum altero est copula: vt patet resoluendo homo disputat .i. homo est disputans: ibi homo est subiectū: disputans vero predicatum: et illud verbum / est / dicit esse copula: qr copulat vnum cū altero.

B ¶ Et dicitur categorica a categorizo. zas. zare. quod idem est sicut predico. as. are. vnde dicitur categorica .i. predicatiua.

C ¶ Subiectum est illud de quo aliquid dicitur .s. predicatū. Predicatū est qd dicitur de altero .s. de suo subiecto.

¶ Lectio vnica.

1. No. **A** PRopositionuz alia categorica ⁊c. Post diffinitionē ꝑponis sequit eius multiplex diuisio .s. quo ad ei⁹ substātiā / ꝗ ad quātitē / ⁊ quo ad ꝗlitatē ⁊c. ꝗ sunt ei⁹ accidētia. Prima diuisio est in propositionē categoricam ⁊ hypotheticā, que dicitur diuisio substantie qr diuisio gñis in suas species. ¶ Cui⁹ primū mēbrū .s. ꝑpō categorica diffinit, ꝙ sit illa que habet subiectū ⁊ predicatum ⁊ copulam tanꝗ partes principales sui, vt homo disputat. Vbi ly hō (inquit) est subiectum, ⁊ ly disputat est predicatū ⁊ copula. Sed vt oēs tres partes distincte appareant, resoluit verbum per suū participiū. ¶ Partes principales sunt ille, ꝗ non sunt aliarū partium. Vel exactius partes principales sunt, copula principalis ⁊ partes totales per copulam principalē immediate cōiuncte. Igitur tanꝗ partes principales, dicitur ad differentiā propositionis hypothetice. Hec eñ. v. g. petrus arguit ⁊ paulus respondet / subiectū habet / predicatū et copulā, sed non tanꝗ partes principales. Cum dicte partes sint partes categorice, que est pars principalis hypothetice. Et aduerte plurale illud accipi loco copulati ex tribus terminis singularis numeri constantis quoꝝ singuli singulis partibus precedētibus respondeant. Vt sit sensus. Que habet subiectum tanꝗ partem principalē sui, ⁊ predicatū tāꝗ partem principalem sui, ⁊ copulam tanꝗ partē principalem sui. Vnde distinguendū est in hac ꝯña. Hec hypothetica / petrus est iustus ⁊ paulus est doctus, habet subiectum ⁊ predicatum ⁊ copulā, et subiectū ⁊ predicatum ⁊ copulā tāꝗ partes principales sui, ergo habet subiectū ⁊ predicatum ⁊ copulam tāꝗ partes principales sui. Nam si ly partes in antecedente includat sex membra singularis numeri, sex partibus precedentibus respōdentia, ꝯña est bona ⁊ añs est falsum sicut ꝯñs. Sed si tñ includat duas partes, vt sit sensus, habet subiectū ⁊ predicatum ⁊ copulā tanꝗ partem principalē sui scꝫ tāꝗ categoricā, ⁊ subiectū ⁊ predicatum ⁊ copulam tāꝗ alterā partē, añs est verū, sed ꝯña nihil valet, vtpote in qua variatur relatio de ly partes. Per hoc documentum cunctis argumentis que hic multiplicari solent facile obuiabis.

2. No. **B** ¶ Et dicitur categorica ⁊c. Categorizo nescio an sit grecū. Sunt autem. Agoreuo. ⁊ agoreo. qd est / de alio predico. Vnde cum cata, catagoreuo, ⁊ catagoreo, sine aspiratione. Nam illud. a. simplicium verboꝝ initiatiuū, spiritu tenui profert. Et. a. secundo verbo (autore lucerino ceterisqꝫ grecoꝝ grāmaticis) deducitur categoria, quod est predicamētū / ⁊ / categorica, quod est predicatiua ꝑpositio. Vnde nō cathegoreuma, sed categorema, sine aspiratione ⁊ sine. u. habet ꝑferri. Qd nomē nō est forsan nisi apud dialecticos.

3. No. **C** ¶ Subiectum est illud ⁊c. Subiectum et predicatū relatiue inuicē dicunt. Nō eñ d: aliquis tm̄ subiectū nisi respectu alterius qui dicitur de eo, nec predicatū nisi respectu alterius de quo dicitur, vnde bene sequitur, subiectū est ergo predicatū est, sicut cōtra. Nō tam exacte diceres, subiectum est cui aliud denotatur cōuenire. Nempe adiectiuum dicit quidem cōuenire seu adiacere suo substantiuo, etiā extra ꝑpōnē, sed / dici de alio / explicat ꝓpriā habitudinē inter ꝑdicatū ⁊ subiectum. Et accipit loco huius qd est / enūtiari / qd est cōe ad / verificari, falsificari, affirmari et negari. Quare non opus est dicere, subiectū est de quo aliud enuntiat aut denotatur enunciari, etenim in affirmatiua, in negatiua, in vera, in falsa, etiā in impossibili propositione, predicatū enūtiatur de subiecto. ¶ Et propter necessitatem quātitatis propositionū distinguitur duplex subiectū .s. enuntiationis, qd diffinitum est ⁊ distributionis, quod vez est terminus in fronte propōsitionis distributus, vt ly hominis in hac / cuiuslibet hominis equus currit.

¶ Circa hāc diuisionem tripliciter cōtingit debitare. Primo circa nōnullas propositiones ꝗ partim apparent categorice partimqꝫ hypothetice. Scdo. Circa quasdā categoricas in quibus difficile est extrema discernere. Tertio demū circa syncategoremata. Que nā videlꝫ efficiantur partes extremoꝝ ⁊ que non. ¶ Primū habet terminari capite hypotheticarū, vbi cunctas earū species recēsentes, monstrabimus, propositionē temporalem, qualis est, quando sol lucet dies est iocundus, aduersatiuā, qualis est, ꝗꝗ petrus frequentius disputet, nunꝗ erit doctus, propositionem de relatiuo referente antecedens positum ante priorem copulam, qualis est, petrus est doctus qui assidue disputat, ceterasqꝫ id gen⁹, esse formali hypotheticas. ¶ At circa

secundū arguitur sic. Ne omnes propositiones sunt categorice. Prima. Tedet aīam meā vite mee. Scda. Urbē quā sta tuo vestra est. Tertia. Ita est ꝙ homo est animal. Quarta. Deū amat petrꝰ. Quinta. Sole lucēte dies est iocūdꝰ. Sexta. Homo est animal ⁊ econuerso. Septima. Petrus ⁊ paulꝰ est doctus (ly et diuisiue tento.) Octaua. Propositionum alia categorica alia hypothetica. Et tñ nulla earum habet subiectum predicatū ⁊ copulam, ergo diffinitio nulla.

4. No.

¶ Circa huiusmodi propositiones triplex error potest contingere. Quidā eñ existimantes, in mēte nullam reperiri categoricam nisi cuius ambo extrema sint expressa in recto, fingunt primam propositionē subordinari huic. Anima mea habet tediū de vita mea, vel huic. Quod tedet de vita mea est anima mea. (En mōstra, que hominum irrisioni dialecticam exponunt). Et scda huic. Urbs quā ista tuo vestra est, ⁊ tertia huic. Uerum est ꝙ homo est animal. Sꝫ isti aperte cōtrauenīūt oīm intellectui, nedū arti recte loquendi. Quid nā rogo vetat posse ꝯcipi ab intellectu orationes similes illis que in voce, ornatꝰ gratia, proferunt. Rursus, stat aliquē concipere significata dictarū propositionum qui tñ nesciat an equiualeant illis quibus isti dicunt subordinari, ergo reuera non subordinātur illis. ¶ Item, opinantes id vir esse subiectū qđ p̄cedit copulā, dicūtin quarta propōne subiectum esse ly deū amat, aut ly deū amās, verūtamē hoc non est iuxta naturā ꝓbi aut adiectiui adiectiue tēti (vt debet ibi accipi ly amans) vtpote quibus ex modo sue significationis repugnat esse subiectū, sicut repugnat reddere suppositum verbo. ¶ Rursus censentes, sic oīa in mente debere esse explicita, vt nullus ibi sit ꝯceptus per plures alios resolubilis, asserunt quatuor vltimas propositiones esse formaliter hypotheticas in mente. U.g. quinta (inquiunt) subordinatur alicui istarum / si sol lucet dies est iocundus, qꝛ sol lucet dies est iocūdus, sol lucet ergo dies est iocūdus. Et sexta subordinaē huic / oīs homo est animal ⁊ omne animal est homo. Dicunt eñ ly ecōtrario nihil significare absolute, sed dependenter tantū q̄rum cōuertens propositionis cui additur. Itaqꝫ in dicta propositione ly ecōtrario significat omne animal esse hominē, ⁊ in hac / lapis est substantia ⁊ econtrario / significat synonime cū hac / substantia est lapis, cui subordinatur. Et septima subordinaē huic copulatiue, petrꝰ est doctus ⁊ paulus est doctus. Ultima deniqꝫ huic / propositionū alia ꝓpositio est categorica, ⁊ propositionū alia ꝓpō est hypothetica. Hic autem modus loquēdi gratis negat posse reperiri in mente ablatiuū absolutū, illud aduerbium ecōtrario, aut ly et copulatim diuisiue tentū. Apparet tñ ad experientiā ꝙ me audiente, sole lucente dies est iocundus, solos quinqꝫ cōceptus formo, significantes naturalr eodē modo significatione logicali ⁊ grammaticali, sicut ille quinqꝫ voces significāt ad placitū. Et simile apparet in ceteris. Itē stat latinum antequā sit dialecticus percipere significationē quinte propōnis, qui tñ nescit an equiualeat alicui illarū consequētiarū, ⁊ stat ipsum percipere significationē sexte, qui tñ nescit an ly econtrario equiualeat cōuertenti preiacentis simpliciter, an conuertenti per accidens. Ad hec tandē contra id quod dictum est de significatione dependēti illius aduerbij econtrario, arguitur. Me audiēte hāc solam vocē / econtrario / sine aliqua ꝓpositione, preter eius cōceptum nō vltimatum quē pariter formaret rusticus, ego formo conceptum vltimatū illius, nā percipio eius significationē, ⁊ rogatus, responderē ꝙ significat vice versa, ergo formaliter non significat dependenter sicut hec vel illa propositio, sed cōmuniter ⁊ absolute qualiter exprimitur per ly vice versa, ac proinde nec subordinaē ꝓpositioni, nec cum preiacēti cōstituit propositionē hypotheticā. ¶ Igitur pro hoꝝ intelligentia. Notato primum ꝙ aliud est propositionē aliquā equiualere alteri in cōsequēdo (quod est tales propōnes sese mutuo inferre) aliud equiualere in significando (quod est alterā alteri subordinari seu mediante altera significare (U.g. hec propositio tñ homo est animal, q̄uis equiualeat in consequēdo huic copulatiue, homo est animal et nihil nō homo est animal, tñ in significando subordinatur mentali ex quatuor solū notitijs constanti. Potest eñ intellectus huic mētali / homo est animal addere ly tñ significās naturaliter sicut ly tñ in voce, cui proinde dicta vocalis subordinaē. ¶ Scdo notato propositiones vocales aut scriptas terminoꝝ vniuocoꝝ vniuersaliter subordinari mentalibꝰ ex tot cōceptibus, quot sunt voces in tali vocali, significantibꝰ naturaliter eodē modo logicaliter ⁊ grāmaticaliter sicut tales vocales. Eodē inq̄ modo grāmaticali, qui veritatē propositionis mutat, propter declinationē ac ceteras proprietates, que nō reperiunē in mente. Dixerim terminoꝝ vniuocorum. Nam hec / canis est substantia, non vni tñ vt iacet, sed tribus subordinatur. Hoc notabile admiñus mihi suadeo, cum qꝛ alias non dicerēē voces omnino expressiue cōceptuū que tñ teste Arist. 1. perih. ad id solum sunt imposite, tū maxime qꝛ eodē omnino ordine ⁊ modo videmur nobis cōcipere sicut audimus aut legimus. Unde ꝙ aliqua ꝓpositio sit hypotheca vel categorica habet considerari penes illā cui in significādo subordinaē, quare si ly / a / imponaē ad significādū sicut hec categorica / petrus disputat, est categorica, ⁊ si tantum significet, sicut hec categorica / petrus arguit ⁊ paulus respōdet, est hypothetica. ¶ Tertio notato ꝙ subiectum propositionis est terminus ille, qui reddit suppositū verbo, siue precedat siue sequaē. Idem eñ sonant / subiectū ⁊ suppositū verbi. ¶ His habitis, per doctrinā secundi notabilis, oēs proposite orationes subordinātur mētalibus eiusdē omnino forme, quā in voce habēt. Et in prima accusatiuus / animā / est subiectum, vtpote q̄ reddat suppositum verbo (que est verbi ipsius natura) ⁊ ly tedet est copula, ipsumqꝫ cū illo genitiuo est totale predicatū, vel vt loquunē alij est eñ de nomina disputatio) ubi est illud verbum absolutū sine supposito. Nec omnis propō categorica, adhuc mentalis, hēt subiectū formaliter. Sufficit eñ ꝙ habeat equiualēter in ꝯsequendo. Equiualet eñ huic / anima mea tedet vite mee (reperitur nanqꝫ et actuū rarissime.) ¶ In scda pariter accusatiuꝰ ille, qui causa ornatus ponit pro nominatiuo, reddit suppositū verbo. Idē in hac / quas credit esse has, non sunt vere nuptie, ly has reddit suppositū verbo. Nā obliquus, q̄uis loco sui nō possit reddere suppositum verbo, potest tñ loco recti positus. ¶ In tertia itidē illud aduerbiū / ita / qꝛ ponitur loco nominis / verum / est subiectum reddēs suppositū verbo. Idē contingit in hac / bene est ꝙ petrus valet, ⁊ alijs similibus. Nam q̄uis aduerbiū nō possit loco sui reddere suppositū verbo, potest tñ qñ poniē loco nominis, qđ pariter contingit verbo. Quare in his / nō est verius cōtradicere, q̄ toti propositioni negationē preponere / mea interest docere / vobis ꝯuenit scribere / me delectat disputare / vos incipit tedere. Uerba infinitiui posita loco nominis sunt subiecta, que reddunt suppositū verbo. ¶ Itē in quarta, per doctrinā tertij notabilis, subiectū est ly petrus, ⁊ predicatum deum amat / sicut in his / doctus est petrus (adiectiuo adiectiue tento) in aula est petrus, pariter ly petrus est subiectū, et ly doctus aut ly in aula est, est predicatū. Repugnat eñ verbo ⁊ adiectiuo adiectiue tēto ex modo sue significationis, esse subiectum. Quare si prima ⁊ tertia resoluātur in sua participia, cū debeant accipi adiectiue sicut tenenē ipsa verba, siue ponanē a parte subiecti siue a parte predicati, vtrobiqꝫ sunt ꝑdicata. Nō pro multis locis accurate nota. ¶ In quinta ly dies est subiectum, ⁊ ly iocundus cū ablatiuo absoluto potest dici predicatū. Sed cōgruentius apparet, ablatiuū non esse partem extremi, sed totius propositionis, rōne cuius redditur tota ꝓpō resolubilis per conditionalē, causalē / aut rationalē, aut fortasse per tēporalē. ¶ Pariter in sexta ly ecōtrario est syncategorema additum toti propositioni, reddens ipsam exponibilem. Itaqꝫ sicut ly tñ additū principio categorice reddit ipsam exponibilē, ita ly ecōtrario additum fini. Quod quidē exponiē per conuersionē simplicē preiacentis. Hinc habes in his propōnibus / homo est aīal ⁊ econtrario / lapis est substantia ⁊ ecōtrario / ly ecōtrario non teneri equi

Prima propositio cui subordinatur.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

voce (nec eñ significat formaliter illic aial esse hominē / nec
hic / substātiā esse lapidem, sed vtrobiq3 aduerbialr qualr
exprimit per ly vice versa). Et sicut dictum est de relatiuis,
immo sicut vniuersaliter dicit de nominibus cōmunibus, q̄ð
vez vbicunq3 ponant significant idē, nihilominus alibi acci
piūtur pro aliis, et alibi pro aliis significatis, ita suo modo
ly ecōtrario, retenta eadem significatione, in prima tenetur
loco huius. animal est homo, et in scda loco huius substātia
Septima est lapis. ¶ Septima oro per doctrinā eiusdē secūdi notabi
lis subordinat mētali in qua nō sunt plures ↄcept⁹ q̄3 in illa
vocali sunt voces, et hoc pro manifesto supponit sicut eñ au
dio possum concipere.) Sed hoc dato, ad nomē fortasse expe
ctat, sit ne formalr hypothetica, an cathegorica. Potest eñ
dici q̄ ille due partes copulati cum eode numero v̄bo et pre
dicato cōstituant formaliter duas categoricas, q̄ð non ab re
diceret. Potest pariter teneri, esse formaliter categoricā, q̄
non exprimitur ibi nisi vnū verbum et vnum predicatum. Et
tunc dicendum est, subiectum esse illas duas partes vnitas
per ly et. Nec inde sequitur ly et esse partem subiecti. Sicut
nō sequit, ly homo distributum a ly ois est subiectum huius
propositionis / omnis homo est animal, ergo ly ois est pars
subiecti. Quinimmo sicut ly omnis, q̄ confundit predicatū
nō efficitur pars subiecti, pari rōne nec ly et. Habetq3 prom
de tale subiectum verificari mediante ly vel, vniuersalitate
in particularitatē mutata, more aliarū vniuersalitatū q̄ non
sunt partes extremorum. Ob idq3 in hac propositione. Petr⁹
et lapis est homo, subiectum supponit pro petro sicut predi
catum. Nec inde sequitur talē propositionē esse veram, q̄ vl
tra hoc virtute vniuersalitatis de ly et, requirit predicatum
vtriq3 parti subiecti cōtingere. Qui aūt nequiuerit percipe
re partes illi⁹ copulati facere vnū per ly et quin ly et sit pars
totius, habet concedere talia copulata nullatenus suppone
re nisi sint partes cōuertibiles. Et preter hoc male substine
ret ly et esse vniuersalitatē cū eius virtus vltra subiectū pro
greditur. Quare melius diceretur primo modo. ¶ At vero
quidam suadere nititur talē ꝓpositionē / petrus et paulus est
iustus / non reperiri in mēte nisi formaliter ex septē terminis,
hoc modo. Ly et habet ꝓ obiecto copulam verbalē, quippe
cuius tempus cōfundat, ergo nō potest in mente formari an
te talem copulā verbalem. Et cū pari ratione talis copula
nequiuerit produci quin prius producant extrema, fit vt to
talis categorica prius formet q̄3 ly et. Et cum non sit maior
ratio de vna q̄3 de alia, fit vt ambe precedant dictam coniun
ctionē, ac subinde nō reperiatur in mēte nisi cōiūgens inter
propositiones. Pensate quanti faciant isti maximā illā quā
ipsi soli pepererūt, quod vez actus syncategorematic⁹ nō pro
ducatur quoad vsq3 oēs termini qui ab eo determinant fue
rint producti. Quā tamen existimo satis fuisse superi⁹ infra
Octaue, ctam. Igitur negat prima ↄña. ¶ Pro octaua oratione sci
to diuisionē posse congrue fieri tā in mente q̄3 in voce, et per
hypotheticā et per categoricam et per orationē que nō sit pro
positio. V.g. potest diuidi genus aial sic. Animalium aliud
est rationale, et aliud est irrationale. Et talis diuisio tam in
mente q̄3 in voce est formaliter hypothetica, q̄3q̄3 non expri
matur subiectum nisi semel. Vel sic. Omne animal est ratio
nale vel irrationale. Et talis diuisio est formaliter categori
ca. Vel sic. Animaliū aliud rationale aliud irrationale, et ta
lis diuisio nec in mēte nec in voce est propositio. Etenim sicut
diffinitio nō est propositio, ita potest esse diuisio sine ꝓpōne
vnde superuacuū est querere ibi subiectum et predicatū. Ve
rūtamen fortasse talis oro accipit loco propositionis. ¶ De
subiecto huius propositionis / hō est aial est ꝓpō, satis in in
tro. dictum est, esse vez illā ꝓpositionē materialiter acceptā,
que sm representationē quā ibi tenetur subordinat, aut con
ceptui simplici collectiue significāti illas tres partes, aut tri
bus naturalibus similitudinibus illorum terminorum.

5. No. ¶ **Circa tertiū solet constitui hec regu**
la. Nullum signū cuius virtus transit vltra terminū cui im
mediate additur efficit pars extremi cū illo, sed omne cuius
virtus non transit vltra terminū cui addit efficitur pars ex
tremi cū illo. V.g. in hac ꝓpositione / nō homo est animal /
si ly nō accipiat negāter, nō efficitur pars extremi, q̄ virtus
eius transit in copulam et predicatū. Sed si accipiatur infini
tanter efficitur pars, q̄ virtus eius nō transit in terminos se
quentes. Ratio regule non est quā quidam imaginant. Nō
vez si ly non cadit in copulā, prius producitur copula ac sub
inde ambo eius extrema q̄3 ly non. (nihil eñ valet prima con
ditionalis) sed ratio videt esse, q̄ si virtus signi cuiuspiā pro
greditur vltra terminū cui additur, nō censet alligari cum illo
et si non transit videt alligari illi et efficere cum illo vnū. Et
fortasse idem est de modo determinante verbū, si eñ modus
huius propositionis / deus necessario est creās / fertur in pre
dicatum videtur non effici pars copule. Hinc mihi apparet
regula hec intelligenda de solis signis quorum virtutes sunt
apte nate trāsire vltra terminos quos determināt, sicut sunt
signa vniuersalia. Nam de particularibus non est eadem ra
tio. Si eñ ly quidam in hac propōne / quidā homo disputat
nō transit vltra subiectū, hoc est q̄ nō habet virtutē transeū
di, et ideo non est hoc sufficiens indicium q̄ tale signum sit
pars extremi. Quod reuera existimo esse verū. Maxime q̄
potest dici virtute de ly quidam transire vltra subiectum. s. in
totam propositionē denominādo eam particularē. Idem cē
sendum est de pronomine demōstratiuo. Et hic modus est ar
ti oppositionū acomodatior (vt ibidē videbit.) Sed arguis.
Ergo ly omnis est pars subiecti hic / omis homo in hoc instā
ti est petrus, q̄ virtus eius non transit vltra subiectū. Nega
tur ↄña, sufficit eñ q̄ quantū est ex se est apta nata transire.
¶ Queris autē signa quib⁹ dignoscas q̄n talia syncategore
mata sint partes et q̄n non. Notato signū vniuersale aut me
diās inter partes complexi accepti vnica acceptione, aut po
situm a parte predicati post copulā effici partem extremi, vt
ly omne in hac / deus est omne bonum / et ly cuiuslibet in hac
equus cuiuslibet hominis est animal, sed in hac / deus omne
bonum est / aut in / hac hois quilibet equus est aial. signum
nō est pars. Hoc notabile intelligat de rigore sermonis, vez
nisi supponat oppositū, si autē q̄nq3 supponatur talia signa
non esse partes (vt inter sophistas sepe sepius fit) admitten
dum est grā disputationis. Possunt nāq3 et hoc modo perci
pi ab intellectu. Immo in hac / petrus qui ois homo est, cur
rit, q̄3q̄3 signum mediat inter partes cōplexi vnica acceptio
ne accepti, q̄ tñ ponitur ante copulā implicationis, reputat
tanq̄3 non pars. Sed q̄n tale signum siue affirmatiuū sit siue
negatiuū situatur in frōte propositionis, de rigore sermonis
accipit tanq̄3 non pars subiecti. Si autē vis designare ipm
esse partem, addito aliquod signū supra totum complexum.
V.g. in his propositionibus, omis homo est animal / non hō
est animal / illa signa non sunt partes, sed in his / aliqd omis
homo est animal / aliquid nō homo est animal / partes efficiū
tur. Unde hec propositio / deus est omne bonū / habet cōuer
ti in hanc / aliquod omne bonū est deus. Pariter in hac / oēs
apostoli dei sunt duodecim / signū collectiuum non efficitur
pars, nisi oppositū suppones, vel aliquod signum addas.

¶ **Solēt hic nōnulli argutari. Scriba** 6. No.
tur (inquiunt) in hac propositione / petrus est petrus albus,
subiectum et altera pars predicati miraculose, ex eodem atra
mento. Tunc ibi nullū est subiectum tanq̄3 pars principalis
(q̄ ly petrus a parte subiecti, est pars partis principalis, q̄
pars predicati) et tamen dicta propositio est categorica, ergo
Imprimis cōtra secundā diffinitionē partis principalis nō
militat argumētū. Nā ly petr⁹ est pars immediate et p̄ncipa
liter vnita ꝑ copulā principalē. Sed nec ↄtra primā. Nā illa
dr pars principalis, q̄ in tali situ, aut sm tale officiū, non est
pars alteri⁹ partis, q̄ð certe ↄuenit subiecto dicte ꝓpōnis, et
tñ nō cōuenit ei in hac copulatiua / petr⁹ est iustus et petrus
est doct⁹, cū in illo situ et sm illud officiū sm q̄ð est subiectū
sit pars categorice, q̄ est pars p̄ncipalis dicte hypothetice.

7. No. ¶ Arguūt etiam. Sequeret̄ (inquiūt) ex dictis, idem esse naturalr̄ subiectū ⁊ predicatū. Itē idem esse subiectū tāq̄ partē pncipalē, ⁊ simul partē partis principalis. Si eñ hac propōne / homo est aīal / scripta, petrus legeret prius subiectū q̄ predicatū, paulus autē legeret cōtra verificaret̄, inquiūt, prima pars corollarij. Et si scripta hac propōne / risibile est animal rationale, petrus legeret sicut iacet, ⁊ paulus legeret ly animal pro subiecto ⁊ ly risibile rationale, pro predicato, verificaret̄ secūda pars. Nā id qđ concipit petrus pro subiecto, concipit paulus pro parte predicati. Hec corolloria pluraq̄ id genus ꝯcedunt, nescio tñ an vere. Nā si volunt dicere, q̄ per hoc qđ ego legā aut concipiā hāc propositionē scriptā / hō est aīal, vice versa, in tali scripta ly animal efficit̄ subiectū, ⁊ ly homo predicatū, re vera nō videtur mihi neq̄ apparētiā habere. Sed si velint pbaret q̄ in illa vocali aut mentali quā ego cōcipio, ly aīal sit subiectum ⁊ ly homo predicatū, hoc dato, nō probāt q̄ in aliqua propositione idē sit subiectū ⁊ predicatū, nec respectu eiusdem, nec respectu diuersoꝝ. Nā in ppōne scripta quomodocūq̄ ego concipiā, semper ly hō est subiectū, ⁊ ly aīal predicatū. Et in vocali aut mētali id qđ prius pfero aut ꝯcipio est subiectū, ⁊ qđ posteri⁹ p̄dicatū, quod si ꝯcipiā / aīal est hō, re vera illa scripta nō subordinat̄ huic mētali. Neq̄ sequit̄: hic tn̄s scriptus subordinat̄ cōceptui, qui in mēte est subiectū, ḡ ipse in voce est subiectū. Nā eodē modo pbarem q̄ talis tn̄s script⁹ extra ppōnem, si quispiā ipm legēs adderet in mēte / est aīal, eēt subiectū. Igit̄ ab hmōi q̄squilijs iure duxim⁹ abstinēdū.

8. No. ¶ Est autē scitu dignum: in hac. v.g. propositione mētali / homo est aīal, quare poti⁹ hic ꝯceptus sit subiectū, illeq̄ p̄dicatū, q̄ ꝯtra, si simul ꝯcipiāt̄. ¶ Qui dicūt copulā non posse produci ante eius extrema, nec posse eandē copulā diuersis extrema, aut eadem diuersimode vnire, facile id attribuūt nature act⁹ vnitiui, qui vel sic vnit animal tanq̄ predicatū cū subiecto homo, vt non possit vnire ly hō tāq̄ predicatū cū subiecto aīal. At vero hoꝝ falsa imaginatione gratis eis cōcessa, adhuc nō eneruant oīno dubium. Cū qr si potentia infinite virtutis (q̄ hic admittit̄) simul videret, cōciperetq̄ / homo est aīal, nō dicunt, quare potius hunc actū vnitiuū q̄ illū formaret. Cū maxime qr in hac ppōne homo est homo, cū extrema sint eiusdē speciei, vix pōt intelligi aliquē actū vnire hunc cōceptū tanq̄ subiectū ⁊ illū taq̄ predicatū, qui non possit vnire vice versa. ¶ Igitur q̄uq̄ intellectus simul ꝯcipiat hanc propositionē / homo est animal / immutatur nihilominus ad concipiendū / animal de homine ⁊ nō hominē de animali, ac proinde ly aīal tanq̄ predicatū, ⁊ ly homo tanq̄ subiectū. Et q̄uq̄ simul concipiat homo est homo, ille cōceptus quē concipit per modū illius qui de alio dicitur, est predicatum ⁊ ille quem cōcipit per modum illius de quo aliud đr est subiectū. Hoc argumentū solet cōtra opinātes, propositionē cōponi ex partibus, pertinax estimari, sȝ vel fallor, vl̄ omnino restat hoc modo solutū. Scđo membro huius diuisionis in finem hui⁹ tractatus, reiecto, primū scȝ propositionē categoricā subdistinguit.

¶ Caput Octauum.

A Propositionū categoricarū: alia vl̄is: alia particularis: alia indefinita: et alia singularis. ¶ Propositio vl̄is est illa in qua subijcitur terminus cōis signo vl̄i determinatus: vt oīs hō disputat. Terminus cōis est: qui apt⁹ natus est p̄dicari de pluribus: vt hō de petro ⁊ paulo. Signa vl̄ia sunt hec / oīs / null⁹ / quilibet / neuter ⁊ similia. ¶ Propositio particularis est illa in qua subijcit̄ terminus cōis signo particulari determinatus: vt quidā hō disputat. Signa particularia sunt hec / quidā / aliquis / alter ⁊ similia. ¶ Propositio indefinita est illa: in qua subijcit̄ termin⁹ cōis sine signo: vt hō disputat. ¶ Propositio singularis est illa: in qua subijcitur terminus discretus: vel terminus cōis cū pnomine demonstratiuo primitiue speciei: vt petr⁹ disputat / hic homo disputat. Terminus singularis vel discretus est: q̄ aptus natus est predicari de vno solo: vt petrus de seipso.

¶ Lectio vnica.

Propositionuȝ categoricarum ⁊c. 1. No.
A
Dictu est, propositionē, instar rei naturalis, ex partibus duabus essentialr̄ constare, nomine. s. ⁊ verbo, illo tanq̄ materia, hoc aūt tanq̄ forma se habentibus. Vbiq̄ sicut rei naturali duo accidunt, quantitas. s. que dicitur materialis condicio, ⁊ qualitas que dicitur formalis, ita in propōne, dispositio extremoꝝ quo ad suppositionē dicitur quantitas, et dispositio verbi quo ad affirmari vel negari appellat̄ qualitas. Unde quandoq̄ vocatur quātitas propositionis, suppositio cuiuscūq̄ termini tam a parte subiecti q̄ etiā a parte predicati existētis. Queadmodū accipitur quādo audias ad similitudinē forme requiri similitudinem quātitatis. Hic autem solum accipitur quātitas ex parte subiecti, a quo solo propositio denominatur quanta. Et sicut in predicamentis prius agitur de quantitate rei q̄ de eius qualitate, eodē hic ordine obseruato, diuiditur ppō quo ad eius quātitatem in vniuersalē / particularem / indiffinitā / ⁊ singularē. Pro quorum intelligētia. P. h. monstrat per suas vtriusq̄ diffinitiones, quid terminus cōis ⁊ quid sit termin⁹ singularis, que ex prima. p. intro. satis sunt manifeste. Ostenditq̄ per exempla que sint vniuersalia que ve particularia. Vbi notato q̄ (vt exactius capite de oppōnibus manifestabit̄) signū vl̄e est syncategorema efficiēs sensum copulatiue resolubilem vt / oīs / nullus / tm̄ / necessario. Et signū particulare est syncategorema efficiēs sensum disiunctiue resolubilē vt alquis, possibilr̄ ⁊c̄. vtrūq̄ est duplex. s. modificatiuū verbi vt necessario, possibiliter, ⁊ determinatiuū extremoꝝ. Qđ adhuc est duplex, nā aliud đr in presentiarū quātificās ppōnē, aliud v̄o nō. ¶ Vl̄e signū quātificās est syncategorema efficiēs supp̄onem distributiuā, determinatā aut singularē subiecti in qđ fert̄, vt oīs quidā / hic. Dicitur syncategorema, nā ly petrus q̄uq̄ in hac ppōne / hō petrus disputat / faciat illū terminū cui apponit̄ singlr̄ supponere, non tñ dicitur signū quātificans. Dicitur distributiuā ⁊c̄. ad excludendum ly / tm̄ / ceteraq̄ signa exponibilia, que licet confundant subiectū non tñ sunt signa quātificantia. Dicitur / subiecti / ad differentiā dicti signi exponibilis, quod licet predicatū distribuat nō dicitur in presentiarum signū quantificans. Additur deniq̄ in qđ fert̄, nā ly non infinitans quāq̄ in hac propōne / nō petrus est homo / sit quodāmodo causa quare totū subiectum determinate supponat cōstituendo terminū cōmunē, non tñ est signum quantificans, qr nō tribuit talem suppositionē termino in quē fert̄. Omnia ergo signa quātificātia sunt. Primo, vniuersalia affirmatiua vt hec oīa / oīs / quicūq̄ / ⁊ similia. Negatiua, vt hec / null⁹ /

neuter/ꝛ similia, ꝛ hec aduerbia/nō/nequaq̄ ꝛc̄. Secundo, Particularia, vt hec nōia/quidā/aliquis/ꝛ similia. Singularia, vt pronomina/hic/iste/ille/cū demonstratiue accipiuntur. ¶ Hinc habes nullū signum aut exponibile, aut speciale cōfusionis, dici in presentiarū quātificans. Itē habes nec signum vniuersale, qn̄ efficit pars extremi, quātificare propositionē, q: tunc nō distribuit subiectum. Non em̄ potest distribuere terminū cuius est pars. ¶ Igitur omnis ꝓpō categorica, aut est de subiecto cōmuni/aut singulari. Si de singulari, est singularis. Si de cōmuni, aut tale subiectum aliquo signo determinatur, aut nullo, si nullo est indefinita. Si aliquo, aut vniuersali, aut particulari, si particulari, est particularis, ꝛ si vniuersali, dicitur propositio vl̄is. Quequidē diffiniuntur a. P.h. et ratione partiū materialiū ex quibus cōstat, ꝛ ratione forme. s. ipsius modi significandi, vt textus ipse manifestat. ¶ Per hec dicta, diffinitiones alioꝝ membroꝝ pariter clarescunt, His aūt adnotatis, cū prima/scda/ꝛquarta diffinitionibus dicitur/in qua/subijcitur terminus determinatus tali aut tali signo, subintelligatur/quod est pars ipsi⁹ propositionis. Ad excludendum preiacentes harū propositionum/omnis hō currit/quidam homo currit/hic homo currit. ¶ Preiacens in presentiarū dicit propositio, que restat dempto signo quātificante. ¶ Scdo cū dicitur/ determinat⁹ non sic audias quasi sit necesse tale signum anteponi subiecto. Idem em̄ esset si in dictis propōnibus, ornatus gratia, diceres/homo quilibet/hō quidā/hō iste ꝛc̄. ¶ Tertio denique cum dr̄ signo, intellige aut signis nō se impediātib⁹. Signis inq̄ propter hanc cuiuslibet hōis quilibet equus currit/non se impedientibus/ad excludendū hanc/non ōis homo disputat/que solet appellari particularis, qḋ duo illa signa, signū valeant particulare. Ex dictis intelliges propositionē hypotheticā, eo nō appellari quantā, ꝙ nō habeat subiectū tāq̄ partem principalem sui. ¶ Rursus circa ꝓpositionē vniuersalem aduertito ꝙ cum signū vniuersale est duplex, completū scilꝫ quod pure copulatiue resoluitur, ꝛ incompletum, quod partim copulatiue ꝛ partim disiunctiue (vt late habes capite de suppositionib⁹) vtrūq̄ efficit propositionē vniuersalē. Et em̄ he propōnes/omne animal fuit in arca Noe/vterq̄ homo disputat/qualislibet homo legit/ꝛ similib⁹, quāq̄ signa illa sint quodā modo particularia, absolute tñ dicuntur vniuersales, vtpote que sint apte modum syllogisticū vniuersalē conficere. Et pari ratione hec/totus petrus est minor petro/ vbi ly totus accipit syncategorematice. Hec aūt/ōes apostoli dei sunt duodecim (vbi signū collectiuū non sit pars) q̄libet iuxta ea que dicta sunt nō sit appellanda vniuersalis, est tñ in valore, q: potest esse premissa modi vl̄is. At de secunda parte huius copulatiue/omnis hō est aīal et ipsemet est risibilis/loquitor vt libuerit, q̄q̄ melius diceret vl̄is, sicut hec/ ipsemet ōis homo est quarū virtualiter subiecta signo determinantur vniuersali. ¶ Item cū in tertia diffinitione legis, nullo signo determinatus, intellige, qḋ sit pars ipsius propositionis, propter preiacentem huius/nullus hō est lapis q̄ est indefinita. Circa eandē diffinitionē aduertito hmōi propositiones/incipit homo disputare/tm̄ homo disputat, esse indefinitas, quia illa signa non sunt quātificātia, ꝛ ideo nec dicuntur a. P.h. vniuersalia nec particularia. Item hec aliquid est, si ly aliquid accipiatur absolute, et he pariter/ōis homo est totum in quantitate/petrus est dictio dissyllaba, q: subiecta materialr̄ accepta nulloq̄ signo determinata, pro similibus terminis cōmuniter accipiūtur. Rursus hec/omne aīal esse sensibile est necesse, si ly omne sit pars dicti, nam si accipiatur vt distribuat totum dictum sequens, vniuersalis est. Primo modo reddit hūc sensum ꝓpositio/omne animal est sensibile/est necessaria, ꝛ in scdo, reddit hunc/ōis talis ꝓpositio/animal est sensibile est necessaria. Item circa secundā ꝛ quartā adnotato cōgruentius dici signa particularia ꝛ singularia nō esse partes subiectoꝝ, q: alias non tā proprie dicerent subiecta determinari illius modi signis, cū nullum signum determinet id cuius est pars. Rursus circa quartā cū

dicitur/propositionē singularē esse in qua subijcit terminus cōis ꝛc̄. intellige singularizabilis. Propter hanc hec essentia diuina est deus, quā nō censeo singularē vtpote cui⁹ subiectū (vt dictum est) de pluribus verificet quantūcūq̄ pronomine demonstratiuo determinetur. At non continue subinferas/nec hanc petrus imaginarie est paulus esse singularem. Nam prima. p. intro. monstratū est illud subiectū, adhuc s̄m talē acceptionē esse terminū singularē, nec supponere nisi ꝓ solo petro. Tādē notato/pronoīe primitiue speciei. Nā hec/ meus pater est hō/nō est singularis, sed potius indefinita.

¶ Contra hec aūt arguitur. Hec propositio/cuiuslibet hōis equ⁹ currit, est vniuersalis, cū possit esse premissa in barbara, ꝛ tñ subiectū non determinat signo vniuersali, ergo diffinitio nō est bona. Primum argumentū ¶ Secūdo cōtra secūdam diffinitionē. Hec propositio/quidā hō disputat/est indefinita, ꝛ tñ subijcit ibi terminus cōmunis cū signo particulari, ergo diffinitio nō est bona. Secundū Probat maior. Tale signū in mente nō facit apprehēdere intellectū alr̄ per terminū cui additur, aut aliter ipsum accipere q̄ apprehēderet, aut ipm̄ acciperet sine tali signo, ergo in mente non reperit, ac proinde dicta propositio est indefinita. ¶ Tertio contra diffinitionem termini singularis arguit. Tertium Hic terminus petrus est tr̄s cōmunis, ergo nullus est singularis, adminus supponēs pro rebus corruptibilib⁹. Cōsequētia est nota q: nulla est de alio potior ratio q̄ de illo, ꝛ probatur aīs. Dictus tr̄s supponit pro petro iuuene ꝛ pro eodem sene, ꝛ petrus senex non est ille qui erat iuuenis, cū eius materia que est imperpetuo fluxu non sit eadem, ergo supponit pro pluribus.

¶ Circa materiā primi argumenti notato ꝙ qn̄ subiectū est terminus cōplexus, si aliqḋ signū quātificet totū vnica acceptione, censendum est ac si esset tr̄s simplex. 1. No. V.g. he ꝓpōnes / quilibet equus hōis currit/omne hō et equ⁹ currit, sunt quidē vl̄es. Dixerim/omne/ in neutro genere ad denotandū ipsum ferri in totū cōplexū. Quod inde signum s̄m vsum dialecticoꝝ absoluit ibidem a numero, vt distribuat tale copulatū singulariter ꝛ pluraliter. Sed quando singule partes/singulis signis, plurib⁹ acceptionib⁹ quātificant aut aliqua pars quātificat aliquo signo ꝛ alia nullo, tunc dicunt quidā tales ꝓpōnes esse indefinitas, q: in totale subiectū non fert aliqḋ signū. At cum partes accipiant pluribus acceptionibus nō recte metiuntur illi quantitatem penes totum. Alij dicūt esse mixte quātitatis. V.g. dictam propositionem esse vniuersalem ꝛ indefinitam copulatim. Sed vix aliquod copulatum dicit de aliquo nisi vel quelibet eius pars dicat de illo, vel aliqua de aliqua parte, ꝛ alia de alia. Cum igitur dicta propositio nec sit vniuersalis (vt diximus) nec particularis, nec aliqua eius pars sit vniuersalis et alia indefinita, nō recte diceretur vniuersalis ꝛ indefinita. ¶ At vero quicquid sit de huiusmodi rationibus, quia hec omnia ad nomen cōsistunt, placet loqui de quantitate propositionis iuxta modū arti syllogistice acōmodatiorē. Igitur quātitatē propōnis vir considerato penes priorē partem subiecti, itaq̄ signum fronti ꝓpositionis appositū denominat ipsam hui⁹ aut illius quātitatis. Unde dicta propō est vniuersalis. Et ad argumentū supposita distinctiōe subiecti/in subiectū enūtiationis ꝛ subiectū distributiōis superiori capite prefixa, cōcessa maiori distinguit minor. Ad primū. Nā ꝙ q̄ subiectū enūtiatiōis (qḋ est id de quo predicatū enuntiat) non determinetur signo vniuersali, tñ subiectū distributionis (qḋ est terminus a quo propositio quātitatē sortitur. s. qui in fronte propositionis situatur) signo determinatur vl̄i. ¶ Hinc fit, has ꝓpōnes/ōis homo vel equus currit/ōis homo ꝛ equus currit (signis in solas primas partes cadentibus) esse vl̄es, q̄q̄ ly vel maneat particulitas. Et has/hōis q̄libet equ⁹ currit/hō vel quilibꝫ equus currit/esse indefinitas, ꝛ hāc/petrus non vel hō disputat esse singularē. Et si arguas. Hec nō petrus vel hō disputat, est vniuersalis, q: subijcitur terminus cōmunis scꝫ totuꝫ disiunctū, signo vniuersali determinatus, ergo hec/petrus

nõ vel homo disputat, cũ idem sit preponere aut postponere negationẽ termino singulari. Negatur ɔña, qꝛ quãuis idem sit preponere aut postponere ꝛc. quo ad veritatẽ propõnis, non tñ quoad quantitatẽ. Quinimmo cũ in secunda subiectũ totale determinetur vnico signo, penes ipsum totum cõsideratur quantitas propositionis, sed cũ in prima accipiatur pluribus, habet considerari penes primã partẽ. Sequitur scdo, hanc esse dicendam singularem/istius hominis quilibet equus currit, & hanc vniuersalẽ/cuiuslibet hois brunellus currit. Quinetiã he propositiones/quotienscũq3 fuisti rome fuisti homo/vbicũq3 est deus/ appellabuntur in syllogismis ppositiones vniuersales, quãuis in hac secunda subiectũ (qđ est ly deus) nec aliqua eius pars distribuatur.

3. No. ¶ Ad secundũ dicunt nõnulli signum particulare facere intellectũ cõcipere significata termini cui additur disiunctiue, qualiter sine illo non conciperet. Unde per subiectũ indefinite non cõcipit, inquiũt, intellectus significata nisi incõiunctim. Hoc autem. 1. par. intro. dãnatũ est. vbi suasimus, nullum signũ quicq3 agere quo ad significationem termini cui additur, ac proinde, nec quo ad hoc qđ intellectus significata talis termini sic aut sic cognoscat. Signa ergo solum efficiũt vt intellectus sic vel sic accipiat terminos quibus adduntur. Unde signũ particulare est signũ certum quo intellectus immutatur vt accipiat terminũ cui additur disiunctiue. Et quãuis terminũ cõem nullo signo determinari, pariter habetur pro signo similis acceptionis, nõ tñ est vel tã certum vel tã vniuersale. Immo apud sapientes, propositiones oẽs doctrinales, sub indefinitarũ forma, pro vniuersalibus accipiũtur. Sed in propõne particulari certo & vñr denotatur subiectũ accipi disiunctiue. Et ob hanc forsan caussam fuerunt signa particularia inuenta.

Ad scdm. ¶ Igitur ad scdm negatur maior, & ad eius probationẽ negatur ɔña. Nam esto sine tali signo subiectũ illud aliquãdo acciperetur disiunctiue nihilominus signũ particulare idipsum certius denotat.

4. No. ¶ Tertium argumentũ e capite de termino singulari abscisum, maiorem discipulorũ idoneitatẽ expectantes, in hunc locũ reiecimus. Pro cuius solutione distinguũt iuniores ly idem. Quod vez accipiatur tripliciter. Primo pro re cuius nulla essentialis pars est variata, vt deus, celũ ꝛc. Scdo. pro re cuius vna principali parte inuariata, ceterere eodem situ & figura succedunt, vt petrus, cui, inuariata forma, alie partes corporis, alijs per nutritionẽ iugiter succedunt. Tertio deniq3 pro re cuius partes, cum oẽs varientur succedũt tñ alie alijs eodem situ & figura, vt dr nunc esse idẽ tormes qui fuit decem hinc annis. Iam ad argumentũ negato antecedenti, negant subinde q ly petrus supponat pro iuuene & p sene vniuoce, quod requiritur vt sit cõmunis, sed supponit pro illis equiuoce, qꝛ petrus iuuenis & petrus senex nõ sunt idẽ primo modo. Atvero quãuis gradus isti idẽptitatis nõ abs re distinguantur, verũtñ negare q petrus senex, absolute sit idem qui fuit iuuenis, ea idẽptitate que sufficit vt idem cõceptus singularis supponat pro illis (vt sic de eodẽ loquar) certe est abijcere modum loquendi, & pluriũ, & sapientiorum, vnde rationes nominũ sumende nobis sunt. Dicimus nãq3/ hic senex olim fuit iuuenis/hic senex fuit baptizatus, hic pauper est ipse qui diuitijs abundabat. Quequidem sermones nõ nisi oblique nimis, tunc saluarentur, vez q hic senex successit illi qui fuit iuuenis, aut illi qui fuit baptizatus ꝛc. Item Aristo. 4, metha. t. co. 22. irridet Eraclitum & Cratilum qui dicebant, non posse hominẽ bis intrare eundem fluuiũ, propter iugẽ aque fluxũ. Quinimmo teneremur tunc concedere q nunq3 est possibile naturaliter vere dicere/ hic homo augetur/hic homo erit, immo omnes propositiones significantes actionem temporalẽ essent tũc impossibiles, subiecto supponẽte pro re corruptibili. s. homo ambulat/homo currit ꝛc. Nam nũq3 est idem petrus qui aliter & aliter se habet in diuersis partibus temporis, qđ tñ requiritur vt dicatur augeri, aut ambulare ꝛc. Hec est eadẽ omnino opinio dictorũ philosophorũ, qui ob hanc rem dicebãt non esse loquendum ore, sed citissimo digito insinuãdã eẽ rerũ veritatẽ, ne interim res ipsa laberetur & esset iam propositio falsa anteq3 assereretur esse vera. Ad hec tandem. Nõ solũ. S. tho. sed omnes theologi qui inter theologos quidam auctoritatis adepti sunt, consentiũt 44. d. 4. eundẽ ipsum petrum resurrecturũ in die iudicij, q mortuus est & qui natus est, non obstãte perpetuo fluxu materie. Nec posset aliter tute glosari illud Job. Quem visurus sum egoipse & non alius. Satis eñ noceret sacro textui qui diceret ipsum accipi improprie. i. alius qui succedet mihi visurus est ꝛc. ¶ Igitur, sub aliorũ cẽsura eũdẽ dicerẽ absolute petrum, et senem, & iuuenẽ, nõ quidem q3 idẽ est aut celũ aut angelus qui fuit & qui est, sed q3 sufficit vt vnus singularis conceptus vniuoce de eo dicatur, hoc eñ sonat apud sapientes nomen idẽ absolute dictum. Adderem q non est solũ idẽ propter omnimodã idẽptitatem anime, sed q habet etiã eandem carnem & ossa. Nam cũ homo ex corpore & anima rationali essentialiter constet, vtriusq3 idẽptitas requiritur (quod S. tho. 1. q. 119. et. qt. 8. docet) vt vere dicatur idẽ homo. Unde nõ solũ inquit Job/quem visurus sum egoipse & nõ alius/ sed premittit/& rursum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum, vbi non solum hominis, sed idemptitas carnis astruitur. Sed queris/quomodo stat idem corpus esse per totam vitã, & tamen materiã perpetuo fluere. Arist. 1. de gene. t. co. 36. id docet, cum inquit, esse eandẽ carnem & ossa fm speciem, nõ autem fm materiã. i. (S. tho. 1. q. 119. ar. 1. expositore) manet caro in nutritione fm eandem naturã & dispositionem, situm. s. & figuram, sed non est ex eadẽ omnino materia, que est pars compositi, cũ materia cibi ei addatur & alia parua pars corrũpatur. Itaq3 eo q in quolibet instãti est insensibile quid materie additum & totũ habet eandẽ speciẽ, dicitur id quod additur transisse in preexistens & manere idẽ eo modo quo sufficit (eo eñ tendunt hec omnia) vt cõceptus singularis vniuoce dicatur de carne que est & que fuit. Sed si totalis materia simul mutaretur, totũ non diceretur idem manere, vt ponit ibi Aris. t. co. 39. exẽplũ de igne, qui cũ per applicationem cõbustibiliũ crescit, dicitur manere idẽ, sed si altaz totalem materiã de nouo informaret, diceretur generari alius nouus, quãuis incõpositis, vbi tã forma q3 materia noua additur in augmentatione, non est tanta idẽptitas q3 in homine, immo forsasse non est illa que ad vniuocationem conceptus sufficit, sed est de illis grossa minerua loquendũ, q vez si aliqua portiũcula addatur aut dematur, dicitur idẽ, quia quod parum distat a re nihil distare videtur, sed si sensibilis pars addatur, certe aliud restat suppositum.

¶ Sed contra id qđ de idemptitate hominis dictum est arguitur. Reproducat deus materiã quam ego habui cum duorũ essem annorũ, cuius vez nulla pars tã nunc restat in me (vt suppono) que informetur anima mea, & dicatur illud cõpositum. a. tũc sic/ Dominicus non est. a. qꝛ nulla pars materie. a. est pars dominici, ergo dominicus nõ est ille qui fuit duorum annorũ, q si dicas (vt quidam opinãtur) esse omnino idem suppositum, propter omnimodã vnitatem forme, quãuis sit omnino alia materia, (qꝛ dicũt sicut compositum non habet esse a materia, ita nec esse idẽ aut plura) adminus concluderetur, q non habet idem corpus qđ tunc habuit, q si dicas ab eadem vnitate forme dici eandẽ carnẽ & ossa, arguitur de equo, q si teneas pariter in equo esse eandẽ formã indiuisibilẽ sicut in homine, posset fieri argumentũ de arbore, cuius est eadẽ difficultas. Igitur de equo supposita eius forme extẽsione arguitur. Reproducat deus materiã eandẽ et formã, quã habuit brunellus cum esset duorũ annorũ, & dicatur. a. Nunc brunellus qui supponitur decẽ annorũ, nõ est. a, qꝛ nihil materie aut forme est vtriusq3. s. brunelli & a. ergo nõ est ille qui fuit duorum annorum. Quod si concedas consequens, vt apparet, arguitur sic. Ille equus qui erat immediate post. a. qui videlicet restabat portiuncula parua per nutritionem addita dicatur. b. & qui immediate post, dicatur. c. & sic: 5. No.

deinceps vsq; ad brunellum qui nunc est. Tunc sic.b.fuit.a. (nā alias haberes dicere ꝙ nūꝗ̄ per duo instātia manet idē equus, quod apparet cōtra modum cōcipiendi) ⁊.c.fuit.b.et sic deinceps vsq; ad brunellū, ergo de primo ad vltimū brunellus fuit.a.per maximā illam. Quecunq; sunt eadem vni vni tertio, sunt eadem inter se. ¶ Reuera argumentum hoc pressum videtur vigere, vt negemus in nutritione rei cuius forma cum materia acquiritur ⁊ deperditur, manere idē, sufficienter ad vnitatē conceptus. Nisi forte (nec abs re quidē) diceremus ꝙ ꝗ̄ꝗ̄.b.fuit.a, et.c.b, et brunellus.c.nō tamen sequitur ꝙ brunellus sit.a, nam illa maxima nō tenet, nisi in his que sunt omnimode idem, modo si.b.fuit.a (phisice) ⁊.c.b, ⁊c̄.est q; succedebant aliud alio immediate, imperceptibili particula variata, vnde, cum brunellus nō successerit post a.illo modo, nō sequitur ꝙ brunellus sit.a, nullatenus enim concederem in illo casu brunellū esse.a. ¶ Unde sequitur ꝙ si equa nō peperisset nisi vnum equū, qui durasset viginti annos, ⁊ in fine deus reproduxisset omnē materiā et formā per nutritionē deperditā, restarent plures equi, sicut contingeret de arbore ⁊ ceteris huiusmodi.

6. No. ¶ Sed adhuc ad principale intentum arguit̄. Ly petrus supponit pro toto petro, ⁊ pro residuo dēpta manu, ⁊ illud nō est hoc, ergo supponit ꝓ pluribꝰ. Qui dicunt petrū senem non esse eundē qui fuit iuuenis, dicūt subinde, petrū non esse eūdem qui est petrus dempta portiuncula carnis. Quare ad argumentū negant maiorem, vez ꝙ idē conceptus supponēs pro toto, supponat pro illo residuo. Et cum arguitur contra. Illud residuū est homo, ⁊ non videtur quis alius ꝗ̄ petrus, distingunt maiorē, nā ly homo (dicunt) dupliciter accipit̄.s.vt supponit pro quocunq; ex corpore et anima rationali composito. Et sic dicit̄ esse terminus absolutus, supponens ⁊ pro toto supposito, ⁊ pro quacūq; eiꝰ parte integrali. Alio modo vt sit nomen suppositi, ⁊ sic dicit̄ esse cōnotatiuus, supponēs pro aliquo cōnotando ꝙ non sit pars alterius. Quare secundū talē significationem ly homo nunc non supponit pro residuo mei dempto digito, pro quo tā̄ supponeret eo absciso. ¶ Sed contra primum membrum huius distinctionis arguitur. Ly homo, vt oēs philosophi fatentur est nomen suppositi humane nature, caput autem. v.g.aut manus hominis non est suppositū humanū, quippe cui repugnet per se subsistere in humana natura, ergo abusiue talis pars dicit̄ homo. Contra secundā arguit̄. Ly homo secundū acceptionē qua est nomē suppositi habet terminū petrus quiditatiue inferiorē, quādoquidem sicut ly homo est nomen cōmune suppositoꝝ, ita ly petrus singulare huius suppositi, sz ly petrus non est cōnotatiuus (vt visum est) ergo nec ly homo secundū quod est nomen suppositi. Uetat eñ doctrina predicamentoꝝ, terminū absolutum esse quiditatiue inferiorē connotatiuo. Et confirmat̄, q; homo, vt suppositū, est ꝑ se in predicameto substantie, quis autē terminos talis predicamenti dicat cōnotatiuos? ¶ Igitur vt sub peritioꝝ cēsura diperim ly homo vt est nomen suppositi predicamēti substantie nō solum pro homine totali verum pro quacūq; eius parte forsan supponit, que, abscisa alia, per se subsisteret in humanitate, scz pro residuo dempto digito, dempta manu ⁊c̄.sed pro capite aut manu nullo modo supponit, vtpote quibus repugnat per se in humanitate subsistere. Nolumus dicere, adhoc ꝙ aliquid sit suppositū, sufficere, ꝙ nō repugnet ei per se subsistere, nam tunc quantitas mea esset suppositū, et humanitas christi, quod est falsum. Sed ꝗ̄ꝗ̄ adhoc qđ sit suppositum requiratur ꝙ actualiter per se subsistat, opinamur tā̄ ꝙ pars petri dempto digito, adhuc quādo habet digitū, per se subsistat, q; nullo modo dependet in subsistēdo a tali digito, immo eadem omnino subsistentia subsisteret illo absciso qua nunc subsistit, quod non cōuenit quātitati aut humanitati christi. Et ideo est idem suppositum ante abscisionem digiti, quod erit post, adminus idem suppositum phisice, nō disputamus hic an subsistētia distinguat̄ ab essentia, sed quicquid de illo sit, procedit ratio. Uidetur eñ contra modū concipiendi, ꝙ abscisa quantulacūq; portiūcula carnis nō maneat idem suppositū. Eadem eñ facilitate posses dicere ꝙ abscisis vnguibus aut capilis nō maneret idem. ¶ Unde ad argumentum principale concessa maiori negat̄ minor, immo sunt idē suppositum phisicū sufficienter ad hoc qđ vnus cōceptus singularis vniuoce dicat̄ de illis. Quod eo addiderim q; cum residuum dēpto digito sit pars totius (non eñ aliter possum percipere quādoquidē ipsum ⁊ digitus componunt totum) sit, vt non sit omnino idem cū toto, sed idē suppositū phisicū. Quo fit vt ly homo nō sit conceptus cōnotatiuus, sed absolutus, ⁊ adhuc vt nomen suppositi ꝓm talem significationem dicitur de toto me, ⁊ de quacunq; parte que per se subsisteret homo, alia abscisa. Et quibus hic noster modus dicendi non placeret, non proinde deberent fingere ly homo esse cōnotatiuum, nam certe absolute significat suppositum. Nec est certum et vniuersale indiciū quo cognoscatur terminus cōnotatiuus, hoc, qđ nunc nō supponat pro residuo mei dempto digito, et post abscisionē supponat ꝓ illo. Nec potui summulistis hoc argumentū non vtcūq; tractare, nec ipsum, nisi eorum terminos egressus, intelligibile facere,

¶ De significatione autē pronominis demōstratiui potes forsasse dicere sicut de alijs terminis syncategorematicis, quod vez eius significatio est cōmunis ⁊ independens. Nam audita hac voce, iste, sine aliquo addito videmur eius cōmunem significationem percipere. Sed in hac propositione/hic homo disputat/ly hic solum demonstrat singularem hominē ⁊ ideo efficit ꝓpositionē singularem, quia quodāmodo (vt sic loquar) accipitur pro vno solo singulari. Et idem omnino pronomē adhuc in mēte vltimata posset demonstrare equū, nec teneret̄ propterea equiuoce, esto, quodāmodo acciperet̄ pro diuersis. Uel dic si mauis non esse eandem rationē de pronomine demonstratiuo ⁊ de ceteris terminis syncategorematicis, q; pronomē non solū videtur exercere officiū circa terminū cui addit̄, ipsum singularizando, sed videtur habere respectū ad significatū ipsum, ob idq; apparet habere se suo modo veluti se habet noticia singularis et intuitiua obiecti. Unde actus demōstratiuꝰ huius est singularis in significādo, nec potest aliud demōstrare. Obidq; ad argumētū in oppositū dicendū ꝙ ꝗ̄ꝗ̄ tale pronomē categorematice acceptū habeat significationē cōem ⁊ absolutā, tā̄ cū demōstratiue accipit̄ nō habet nisi singularē ⁊ depēdentē ab illo qđ demōstrat. Per hunc modū disputato an subiecta harū singulariū/ego disputo/tu disputas/sint singularia in significādo, an cōmunia potius, singulariter accepta. 7. No.

¶ Caput nonum.

Propositionum categoricarū: alia est affirmatiua/alia negatiua. Affirmatiua est illa/in qua predicatum affirmatur de subiecto: vt homo disputat. Negatiua est illa/in qua predicatū negatur de subiecto: vt homo non disputat. A

¶ Diuisa propositione tripliciter: sciēdum est ꝙ triplex est quesitiuū per quod querimus de ipsa propositione: scilicet/que/qualis et quanta. Que/querit de substātia propositionis. Unde ad questionem factam per/que/respondendum est/categorica vel hypothetica. Qualis/querit de qualitate B

ppõnis. Unde ad questionē factā per qualis/respondendum est/affirmatiua vel negatiua. Quāta/querit de quātita te. Unde ad interrogationē factā per/ quāta: respõdendū est vlis: vel particularis: vel indefinita: vel singl'aris. Unde versus. Que: ca: vl': hyp. Qualis: ne. vel.aff. U.quāta.par.in.sin.

¶ Lectio vnica.

1. No. Propositionum categoricarum rc. Secundu accidens propõnis categorice est qualitas. Uiuac tertio distribuit ppõ penes qualitatē, in affirmatiuā et negatiuā. Quarū diffinitiones, vt essent categoricis ⁊ hypotheticis cões, hoc modo essent costituēde. Propõ affirmatiua est cuius principalis copula affirmat. Et negatiua. Cuius principalis copula negat, verum qr nulla hic propõnis hypothetice ratio habet, statuūtur diffinitiones solis categoricis peculiares, hoc modo. Affirmatiua est illa cui⁹ predicatum affirmat de subiecto/ vt hõ disputat. Nec opus est addere propter affirmatiuas falsas/vel denotatur affirmari. Est enī affirmari/cõe adhoc qđ est predicari in propositione affirmatiua, siue vera siue falsa. Negatiua, est illa cuius predicatum negatur de subiecto, vt homo nõ disputat. Subintellige a negatione q̄ est pars ipsius propositionis, vt excludas preiacentē dicte propõnis, q̄ est affirmatiua. Hinc habes eandē propositionē esse affirmatiuā ⁊ negatiuā cõplexiue, quia dicta ppõ est tota ⁊ sua pars. Nulla tñ potest esse diuisiue, nisi sit equiuoca, vt hec/nullū albū esse nigrum est necesse, que si ly nullum sit pars dicti est affirmatiua, si autē nõ sit pars, sz distribuat dictū sequēs, est negatiua. Quāq̄ diffinitiões auctoris, explicātes habitudinē predicati ad subiectū, exponāt subinde exacti⁹ naturā huius qđ est affirmari vel negari, tñ vt hypotheticas etiā cõplectaris, vtere si libet primis diffinitionibus. Presertim cū predicatū affirmari, idem sit qđ copulam principalē affirmari, ⁊ predicatū negari, idem, qđ copulam principalē negari. quāuis negatio non ferat in predicatum, vt hic/homo lapis non est.

2. No. ¶ Ubi secūdo notato copulam propositionis esse duplicē, principalē.s. ⁊ minus principalē. Principalis est illa qua mediāte predicatū totale propõnis enunciatur de subiecto (loquor de categoricis tñ, nam in hypotheticis copula principalis est illa, q̄ iungit categoricas). Copula minus principalis est illa, que significatiue sumpta efficit pars extremi totius propõnis. U.g. in hac ppõne/homo est doctus, est ppositio que solet esse vera, ly est in scđo loco est copula principalis, ⁊ tā ly solet q̄ ly esse, dicunt copule minus principales, at ly est a parte subiecti neq̄ est copula principalis nec minus principalis, sm significationē qua ibi tenet. Et ideo diximus/que significatiue sumpta rc. Unde ampli⁹ se extendit copula minus principalis q̄ copula implicationis. Nā copula implicationis ea sola est, que cū relatiuo/qui/reduplicata, efficit pars extremi, vt ly solet. Quare ly esse lz sit copula minus principalis, nõ tñ implicationis. ¶ Rursus copula principalis qñq̄ est simplex, vt homo est aial, qñq̄ complexa, qđ dupliciter cõtingit, vel qñ est verbū cū modo, vt homo possibilr est aial, vel qñ est disiuncta aut copulata ex duobus verbis, vt homo est ⁊ fuit iustus/homo est vel nõ fuit iustus. Jam qualitas propositionis nec habet attēdi penes copulā principalē, nec penes modū, sed penes solā copulā principalē, aut penes verbū quod est pars copule principalis. U.g. hõ nõ est aial, est propositio q̄ non solet esse vera, propositio est affirmatiua, ⁊ homo possibilr nõ est iustus/est negatiua, q̄q̄ velis tenere ly possibiliter esse partem copule. ¶ Est aūt dubiū de hac/hõ est vel nõ est aial. Dicunt enī multi talem propõnē esse affirmatiuā, partim q̄ ly vel sit copula principalis et affirmet, partim vero q̄ lz sit minus principalis nihilominus plures eius partes affirment q̄ negent. Et vero quēadmodū in hypotheticis sola cõiunctio q̄ non est verbum est copula principalis, ita vt existimo in categoricis solum verbū, cum categorica idē sit quod predicatiua, ⁊ predicatio nõ fiat nisi per verbum. Et ideo ratio prime opinionis nõ me mouet. Cum etiā q̄q̄ ly vel sit pars minus principalis copule (potest enī ibidem cõplexiue teneri) nõ tñ penes talem cõiunctionē arbitror qualitatē ppõnis cõsiderandā esse, qr non est coniunctio qua fit pdicatio. Obidq̄, cū hec ad nomen expectent, magis placet in similib⁹ propositionibus penes sola verba qualitatem dignoscere. Unde he ppõnes/hõ est vel non fuit aial/homo nõ est ⁊ fuit aial (negatione in solum primū verbū cadente) sunt formalr mixte qualitatis. Nõ q̄ altera earū sit propõ affirmatiua ⁊ propõ negatiua, sed qđ sit propositio cuius alterū verbū affirmat ⁊ alterū negatur, nec diuidit hic nisi propõ, q̄ non est mixte copule. Nõ est par ratio qua propositionē mixte quātitatis suadere possis, cum quātitas penes terminū in fronte ppõnis sitū cõmodius attendat. Sed nota. formalr, nā (vt capite de cõuersionib⁹ docebimus) parū refert sic vel sic formalr dicant. Solum enī respiciendū est ad qualitatem quā equiualēter habent, Unde equiualenter nulla est mixte qualitatis, sed prima. v.g. illarū est mere negatiua ⁊ scđa mere affirmatiua. ¶ Sed arguis. Negatio mētalis naturalr fertur in oēs terminos sequētes, ergo in hac propositione/hõ qui nõ currit mouet non potest negatio nõ negare secundū verbū. Distinguit añs. Quādo virtus eius nõ alligat subiecto, conceditur, sed qñ alligat (qđ cõtingit in dicta propõne in qua negatio efficit pars subiecti) negat. Jdē cõtingit in hac/equ⁹ nullius hoīs currit/vbi ly nulli⁹, qr efficitur pars subiecti, nõ negat copulā. Et hoc in rigore sermonis, nā potest admitti nõ esse partē. Sed contra ergo admittuus in hac/hõ non est ⁊ fuit aial, nõ est possibile quominus negatio ferat in secundū verbū. Negatur q̄ña nam põt intellect⁹ concipere pro obiecto negationis solū primū verbū, mõ natura negationis est nõ ferri nisi in id qđ tā q̄ eius obiectū concipit. Jn tractatu hypotheticarū docebit, quenā negationes ferunt in cõiunctionē hypothetice, et que in solos tños categoricarum. ¶ Hinc habes oēs has propositiões/nescio nec in bello nec in pace viuere/nolo male agere/nego q̄ñam/cęterasq̄ id genus/affirmatiuas esse, quippe quarū verba principalia affirment. Sic nāq̄ resoluūtur es sciens/sum nolens/sum negās. He aūt. Nõ scio nec in bello nec in pace viuere/nõ volo rc. sunt negatiue. Nõ enī sequit sine cõstantia. Nõ volo, ergo nolo. Jtē hec est negatiua/nõ parū conducit assidua disputio ad dialecticam cõparandā, quāq̄ oratores, ornatus grā, tali locutione vtant, loco hui⁹ affirmatiue/plurimū conducit rc. Pariter vtunt hac negatiua/nihil refert/loco huius affirmatiue/idē est. Quēadmodum ediuerso, hac affirmatiua/peritiorē te vidi neminē, vtitur loco huius negatiue/neminē peritiorē te vidi.

¶ Contra diffinitiones aūt arguitur. Primum argumētū

Hec ppositio/nemo non appetit bonū/est affirmatiua, ⁊ tamen predicatum negatur de subiecto, ergo diffinitiones minus bone/maior est omnium dialecticorum, dicentium duas negationes vnam affirmationem constituere, ⁊ minor patet. Utralibet illarum negationum per se negaret copulam, ergo a fortiori ambe simul, nam duo agētia eiusdem speciei se inuicem iuuare solent. ¶ Secundo, hec propositio/homo nõ est animal/est negatiua, vt omnes fatentur, ⁊ tamen predicatum non negatur de subiecto, ergo secunda diffinitio nulla. Secundū Probatur minor. Jbi est paritas negationū, nam est tota ipsa negatio et pars eius que, expuncta particula alicuius littere, restaret, que itidem est negatio sufficiens negare copulam, ergo altera negatio impedit alteram. ¶ Tertio, sit Tertium aliqua propositio cuius copule congrue preponantur infinis

te negationes, tūc talis ꝓpositio nec esset affirmatiua nec negatiua, qꝛ numerus negationū illarū, cum sit infinit⁹, nec est par nec impar, ergo dicta diuisio excedit mēbra diuidētia.

Pro solutione primi notato regulā

3. No. Prima regula negationis. apud dialecticos celebrē. Negatio est malignātis nature, ꝙ quicqd post se inuenit, destruit, ꝛ eius oppositū ponit. Quicquid inꝗ/eoꝝ in que fertur. Propter negationē cuius virtus alligata termino precedēti nō ferꝛ in subsequētes. Hinc elicito ꝙ qñ vna sola negatio fertur ad copulam, destruit (vt sic loquar) eius affirmationē, ꝛ negat eam, qñ autem superuenit scḋa, destruit negationē prime, ꝛ copulā affirmat. Sed si adhuc tertia superueniat, rursus destruit affirmationem ambarū, ꝛ negat copulam. Ex hoc cōcludunt dialectici duas alias regulas. Prima. Paritas negationū cōstituit ꝓpositionē affirmatiuā, imparitas aūt, negatiuā. Scḋa. Quicqd mobilitat immobilitatū, immobilitat mobilitatū, quod est dicere. Quēcūqꝫ terminū distribuit aut negat aliqua negatio nō impedita, nec distribuit nec negat qñ impeditur. Quam aūt speciē suppositionis ambo simul signa tribuant termino in quē ferūtur, videbiꝛ capite de oppositionibus. Nō eñ eodem modo supponunt subiectū huius/nō omnis hō disputat et predicatū huius/nullus homo nō disputat. Igiꝛ ad primū principale negaꝛ minor. Ad cuius ꝓbationē negaꝛ ꝯña. Nam ꝗꝗ agentia ꝗ effectus positiuos suapte natura ꝓducunt, quāto plura simul cumulātur, maiorē generēt effectū, tamen qꝛ negationē negare est remouere id in qḋ cadit, quicquid illud sit, fit vt que fertur in copulā affirmatam, eam neget, ꝛ que in copulam negatā, eam affirmet. Queris autē an ambe simul affirment copulam, an potius sola prima impediendo secundā. Non videor mihi plene sentire quonā pacto ambe simul affirment. Nam id maxime esset (vt quidam imaginantur) qꝛ mutuo sese impediunt, ꝛ sic restat ꝓpositio affirmatiua. Sed vꝫ isti existimāt sic alterā negationem alteri obstare, vt neutra agat in copulā, vel ꝙ ex eo se impediūt ꝙ ambe eque feranꝛ in copulam. At vix potest intelligi primum. Nā negatio nō videtur agere in aliam negationē, nisi agēdo in copulā aut in terminos que sunt eius obiecta. Sed scḋm peius adhuc intelligitur, qꝛ certe si ambe feranꝛ in copulam, cū sint actiōes eiusdē speciei, iuuabunt se ꝛ negabūt copulam, potius ꝗ se impediant. Et ideo ad meā opinionē. Quādo sunt due negationes cōgrue precedentes copulam, prima ferꝛ in secundā tanꝗ in obiectū, que proinde destruit negationē ipsi⁹ secūde, ꝛ hoc est affirmare copulam. Vñ prima affirmat, ꝛ scḋa nec affirmat nec negat nec impedit primam, qꝛ non posset impedire nisi per actionē quā haberet in copulam, ꝛ tñ ab omni sua actione suspendiꝛ. Sed arguiꝛ ergo prima negat, postꝗ non impediꝛ. Certe concedo ꝯñam et ꝯñs. Nam negationem negare nihil aliud est ꝗ remouere id qḋ inuenit. Cum ergo remoueat effectū secūde negatiōis recte dꝛ negare negationē copule, ꝛ hoc est ipsam affirmare. Sed insistis adhuc. Ergo si tales negatiōes simul intellectus ꝯciperet, talis ꝓpositio esset negatiua, qꝛ cū non potius hec destrueret effectum illius ꝗ contra, ambe eque cadentes in copulā negarēt ipsam. Negaꝛ prima ꝯña. Nam ꝗꝗ intellectus simul tempore cōcipiat duas negationes, nihilomin⁹ potest cōcipere alterā tanꝗ in alterā cadentē, et alterā tāꝗ alterius obiectum. Unde actione secūde negationis impedita, prima negatio affirmaret. Sed fateor ꝙ si intellect⁹ duas aut tres aut quotcūqꝫ conciperet equalr in copulā tendētes talis propositio esset negatiua. Per hoc doceris quid dicēdum de tribus negationib⁹, vt si dicas nunꝗ nullus hō non est lapis. Ubi scḋa est obiectū prime, ꝛ tertia obiectū secūde. Quare prima nullo modo impeditur, sed remouēdo actionē secūde negat copulā. Sꝫ arguis. Prima remouet actionē secūde, sed actio secūde est remouere actionē tertie, ergo nō remouet, ac proinde tertia negat, et cū prima pariter neget, ergo talis ꝓpō restat affirmatiua. Imprimis hec vltima ꝯña nō valet. Nā prima non impedit tertiā, ꝛ ideo ꝗꝗ ambe negarēt, nihilominus talis ꝓpō esset negatiua, qꝛ poti⁹ sese mutuo iuuarent. Scḋo potest distingui maior primi añtis. Nō vꝫ prima negatio nō remoueat actionē secūde qua scḋa impedit tertiā, sed remouet effectū qui exinde sequereꝛ .s. affirmationem copule. Ob idqꝫ dicēdū est ꝙ sola prima negatio negat copulā. Sūt qui rogati quenā illorū negatio neget obligatorie respondeāt. Dicunt eñ propone ꝛ videbis. Nā si proponas primā, negant, si deinceps secūdā, pariter negāt. Sed cū tandē tertiā proponas, dicūt ipsam negare. Quod si vice versa prius ꝓponeres tertiā, ꝛ deinde secūdam, negarent, ꝛ si tandē primā cōcederent. Itaqꝫ quaslibet pro libito prius ꝓponas, negant ipsas negare, sed quālibet tertio loco proponas, cōcedunt qḋ illa negat. At vero cū negationes in mēte vltimata, a natura habeāt negare, aut impedire, ꝗd refert ꝙ ego sic pro libito interrogem ad hoc vt hec aut illa neget. Igiꝛ sola prima negat. Unde fit nullā negationem impedire precedentē, sed solū sequentē, quo ad negationem copule. Et quāuis dicas. v.g. in hac ꝓpōne/nullus hō non est aīal/secūdā negationē impedire primā ne distribuat predicatū, nō tñ ꝓpterea agit ante se .s. agēdo in primā, sed dꝛ impedire primā, agēdo post se .s. qꝛ cū ambe feranꝛ in ꝓdicatū, restat nōdistributū. Sequiꝛ scḋo, negationē, vnicam solā significationē habere. Sunt eñ qui dicāt, negationē triplicē significationē habere .s. distribuere/negare ꝛ impedire, vnde inferunt posse negationē in mēte vltimata equiuoce teneri, ꝛ cadere ab aliqua sua significatione. V.g. prima negatio hui⁹ ꝓpōnis/nūꝗ nullus hō nō est lapis/negās copulā, distribuēs predicatū, ꝛ impediēs secūdā negationē ne distribuat subiectū, teneꝛ (inquiunt) equiuoce, ꝛ si expungeres illā primā negationē, ly nullus caderet a significatione qua impediebat ipsam primā ne distribueret subiectū. Uisum est autē 1.p. intro. cōceptui cuiuis vltimato equiuocationē repugnare. Unde eadē est omnino significatio qua tria illa officia exerceret ſm diuersas dispositiones obiectoꝝ, sicut sol, qui eadem actione ſm diuersam dispositionē passi diuersos effect⁹ in his inferioribus generat. Unde eadē actiōe ly nullus, in hac ꝓpōne/nullus hō est aīal/remouet (vt sic loquar) affirmationē copule, et in hac/nullus hō non est aīal/remouet negationē, ꝛ eadē vtrobiqꝫ distribuit subiectū. Et ꝗꝗ nunc ola officia exerceat, nunc solū vnū, non tñ propterea dꝛ cadere a sua significatione, sed si nō exercet officiū sue significationis est propter aliam ꝛ aliam dispositionē obiecti.

Ad secundū argumentū facile patet

ex dictis solutio. Negatur enim minor. Et ad probationem negaꝛ cōsequētia. 4. No. Ad scḋm. Nā ille due negationes partiales nō sic se habent vt altera feratur in alterā, sed ambe per modū vnius feruntur in copulā. Idē dicito de partibus secundū intensionem eiusdē negationis mētalis, si teneas tali modo fieri intēsionē qualitatis. Queris autē hic si eadē numero negatio bis poneret in eadem ꝓpōne supra naturalr admodū huius non homo nō est animal, esset ne talis ꝓpositio affirmatiua an negatiua. Certū est imprimis negationē in plurib⁹ locis positā in oib⁹ simul negare ac si essent plures negatiōes. Nō vt quidā dicūt sicut petrus, qui cū nō possit portare nisi quatuor libras, positus tñ in duob⁹ locis, portaret in altero quatuor, ꝛ in altero simul alias ꝗtuor (est eñ hoc impossibile, nisi ei⁹ virtus ad duplū augereꝛ, qḋ non contingit ꝑ hoc qḋ ponaꝛ in duob⁹ locis) sed sicut ignis vt quatuor, ꝗ posit⁹ in duobus locis, in omnibus simul produceret diuersos colores vt quatuor. Uerū hoc dato vix possum percipere quō eadem negatio esset obiectū suijpsius, ita vt se impediret. Ob idqꝫ arbitror dictā ꝓpōnem esse negatiuā. Qui aūt id perceperit teneat (nō inhibeo, esse affirmatiuā, sed tunc hꝫ ꝯcedere esse cōtradictoriā suijpsius, ꝗꝗ nulla eius pars teneaꝛ equiuoce.

Ad tertiū. Quidā non admittunt ne 5. No.

gationes infinitas ꝯgrue posse in eandē copulā ferri. At data infinita potētia, quam deus creare potest, posset quidē concipere vnā ꝓpōnem cuius subiectū eēt infinitū copulatū hoc

modo. Nullus homo & nullus equus & nullus lapis &c. est accidens. Que quidē negationes congrue in eandē copulam tenderēt. Sed dato casu dicunt nōnulli in arbitrio cōcipientis situm esse talem propositionē esse affirmatiuā aut negatiuam. Itaq; si intellectus cōcipiat oēs illas propositiones se impedire, tunc est affirmatiua, sed si relinquat vnam solā que neget copulam, erit negatiua, q; si duas, iterū erit affirmatiua &c, ob idq; pro libito potest esse nunc affirmatiua & nunc negatiua. At cū negationes ille non possint in intellectu consistere, cum sint actus quidā, quin actualiter oēs ferantur in copulā, non possum percipere qualr intellectus per hoc q; sic vel sic cōcipiat, mutet naturā talium negationū. Igit̄ q̄; non abs re intellectui illi infinito responsum hoc esset contendū, quippe qui . . . scire eiusmodi propōnis qualitatē, verūtamen potest concedi prima sequella, vz q; talis ppositio nec eēt affirmatiua nec negatiua, vt argumentū satis apparēter probat. Nec diuidit̄ in hoc capite (vt dictum est) nisi propositio simplicis inherentie consueta. Et si arguas talis propō nō est affirmatiua, ergo addita negatione fiet affirmatiua, & tunc habebit infinitas negationes, ergo propō infinitarū negationū erit affirmatiua. Negat̄ prima ɔña, sed solū sequit̄, hec ppō est negatiua, ergo addita negatiōe fiet affirmatiua, cuius añs est falsum, aut sic, hec propō nō est affirmatiua, ergo addita negatione q̄ cum precedentibus faciat numerū parem, efficiet̄ affirmatiua. Nulla aūt superueniens negatio potest cū infinitis negationibus numerū parē reddere, eadē rōne nec sequit̄. Hec propō nō est negatiua, ergo addita negatione fiet negatiuā. Dicito si mauis, (sunt enim hec puerilia) talem propositionem esse affirmatiuā. Nā cum nulla sit ibi negatio que nō impediat̄ ab alia, perinde est ac si nulla poneretur.

6. No. ¶ Queris fortasse quare vt copula negetur requirit̄ negatio & non requirit̄ quicq; aliud ab ipsa copula vt affirmet̄. Re vera q; modus ipse essentialis vniendi verbi, est denotare predicatū affirmari de subiecto, nisi talis effect⁹ negatiōe aliqua impediat̄. Sicut illa cōiūctio/et/per suū modum significādi copulat categoricas, & sic in ceteris. Fuit Paul⁹ vene. q̄ asseruit nullā negationē reperiri in mēte, sed sicut sunt ṽba simplicis q̄ suapte natura denotēt affirmationē predicati de subiecto, ita sunt (inquit) alia verba denotātia negationē. Hāc tñ opinionē nullus post ipm amplexus est, & q; vr̄ hoc contra naturā verbi, & q; in exponibilib⁹ vt si dicas/non tm̄ hō est aīal/nō omne aīal preter hoiem currit, nō pōt negatio euitari in mēte. Nā si tm̄ verbū esset negatū et nulla negatio precederet signū, essent tales ppōnes copulatiue exponibiles, qđ capite exponibiliū falsū demōstrabit̄. ¶ Solet hic distingui ppō affirmatiua in pure affirmatiuā & affirmatiuā pregnantē. Pariter negatiua, in pure negatiuā & negatiuā pregnātē. Pure affirmatiua est affirmatiua q̄ nō infert̄ formalr ex negatiua, vt hō disputat. Et pregnans, est affirmatiua q̄ infert̄ formalr ex negatiua, vt/deus nō contīgēter nō est creatura. Pure negatiua est negatiua que nō infert formaliter affirmatiuā / vt nullus homo disputat. Sed pregnās est negatiua q̄ formalr infert negatiuam, vt/deus contingēter non est creatura. Sed de his capite de conuersionibus.

7. No. ¶ Diuisa propositione tripliciter &c. Docet deinde. P.h. quomodo loquēdū nobis sit de his propositionū differētijs. Inquit eñ tria interrogatiua trib⁹ propositionis sectionib⁹ accomodari. s. que/quāta/qualis. Quorum primum querit, sit ne propō categorica an hypothetica. Quanta. Sit ne vlīs an particularis. Qualis vero. Sit ne affirmatiua an negatiua. Uñ nō est idē querere/que ppō est hec? & que predicatio est hec? Nā primū querit, sit ne categorica an hypothetica. Et scdm (vt videbit̄ in predicabi.) sit ne directa an indirecta, sicut/qualis propositio/querit sit ne affirmatiua an negatiua, sed qualis predicatio/ sit ne essentialis an accidentalis.

¶ Caput decimum.

Propositionū triplex est materia. s. naturalis/cōtingēs/ et remota. ¶ Naturalis est in qua predicatū est de essentia subiecti vel propriū ei⁹: vt homo est animal/homo est rōnalis/hō est risibilis. ¶ Cōtingēs est illa: in qua predicatū pōt adesse & abesse subiecto p̄ter subiecti corruptionē: vt homo est doctus. ¶ Remota est illa: in qua predicatum nō potest conuenire subiecto: vt homo est lapis.

¶ Propōnum triplex est materia &c. 1. No.

Postq; categorica propositio diuisa est penes quātitatem q̄ est dispositio subiecti, & penes qualitatē q̄ est dispositio verbi, distribuit̄ tertio penes eius materiā, que est predicati ad subiectū certa habitudo. Extrema eñ propōnis, materialia eius principia (vt dictū est) appellant̄. Unde s̄m triplicē eiusmodi habitudinē, triplex est ppōnis materia. s. naturalis cōtingēs & remota. Quorū diffinitiones pro sui exacta intelligentia multa presupponūt, q̄ vsq; ad librū predicabiliū punctum tractari non pñt. At ṗo postq;. P.h. necessitate legum oppositionū cōstituendarū adductus, huius hic meminit disputationis, supponat̄ opus est predicationū, qđ est, ppōnum categoricarū aliā esse idēpticā. i. in qua p̄dicat̄ synonimū de synonimo, voce & sig̃tione (qui tñ potius dicūtur idēptici q̄; synonimi) vt hō est hō, aliā esse disparatā. i. in qua predicat̄ disparatū de disparato, vt hō est lapis (horū diffinitiones. 1. p. intro. habes expositas) aliā esse nec idēpticā nec disparatā. Et hec est duplex scz directa. i. in qua predicat̄ superius quiditatiue de suo inferiori, aut cōnotatiuū de absoluto aut magis cōnotatiuū de minus cōnotatiuo/aut eque ɔnotatiuū de eque cōnotatiuo/cui⁹ subiectū nō est superi⁹ ad p̄dicatū, vt hō est aīal/albū est coloratū/hō est albus/comedēs est cenās albū est dulce. Cap. de diffinitiōe, habes quātū hic sufficit, er positū, qui tñ dicant̄ superior & inferior quiditatiue. Terminus magis cōnotatiuus q̄; alter est ille qui supra cōnotationē alteri⁹ aliquid copulatiue addit, vt tħs cenās / que supra cōnotationē de ly comedēs, addit determinationē tpis. Uñ si. a. sub disiunctione cōnotaret comestionē vel potationē, nō esset magis cōnotatiu⁹ q̄; comedēs, sed esset superior ad ipm. Ultima particula diffinitionis addita est ppter hanc/coloratū est album q̄, q̄q̄; in ea predicet̄ eque ɔnotatiuū de eque cōnotatiuo, est tñ indirecta, q; subiectū est superius ad predicatū. Predicatio indirecta, per oppositum, est illa in qua predicatur inferius de superiori, aut absolutū de cōnotatiuo aut minus connotatiuū de magis connotatiuo. ¶ Item predicationum directarum/alia est essentialis/ et alia accidentalis. Essentialis est illa cuius predicatū est de essentia subiecti. i. cuius predicatum formaliter significat aut essentiam aut partem essentialē significati formalis subiecti. Formaliter inq̄;, aut absolute, aut connotatiue de formali, vt homo est animal/homo est rationalis/album est coloratum. Unde cum essentia rei sit quiditas que exprimitur per diffinitionē, sola diffinitio quiditatiua, aut ei⁹ genus aut differentia, predicatur essentialiter, genus quidem essentialiter quiditatiue et differentia essentialiter non quiditatiue. Alij, antiquorū diffinitiones immutantes, dicūt p̄dicatonē essentialē eē, cui⁹ predicatum non connotat extrinsece. Uerum pura negatio non explicat rei naturam. ¶ Predicatio autē accidentalis

(vt distinguitur cōtra essentialē.s.vt simul complectitur pre-
dicationem proprij)est illa cuius predicatū cōnotat aliquod
accidens subiecti. Que est duplex.s.trāsmutabilis ⁊ intrans
mutabilis. Predicatio transmutabilis, que dicitur predica-
tio accidentis, est predicatio cuius predicatū pōt vere affirma-
ri ⁊ vere negari de subiecto, ipso supponēte, omni ampliatiōe
seclusa, vt homo est iustus. Predicatio intransmutabilis, que
dicitur predicatio proprij, est illa cuius non stat subiectū sup
ponere quin predicatū vere affirmetur de illo distributiue et
exclusiue sumpto, vt homo est risibilis, qr omnis et tm̄ homo
est risibilis. Dixerim ipso supponente ⁊ seclusa ampliatione
quia alias hec predicatio/homo est risibilis/esset transmuta-
bilis, qr potest predicatum negari de subiecto, aut ipso non
supponente, aut in hac propōne/homo possibilr nō est risibi-
lis/(procedimus hic ac si talia extrema nō supponant natu-
raliter). Itē hec esset predicatio proprij/corpus possibilr est
albū. Tu ipse subintellige/in propōne de modo loquendi cō
sueto/cū ceteris sophistarū importunitatibus. Nam ly risibi
le non predicatur transmutabilr de homie quāuis negetur de illo
in hac.s.homo non est risibilis/ hō risibile nō est, nec ly aial
predicatur de angelo accidētalr transmutabilr, quāuis nege
tur de illo, ⁊ affirmetur hic/non tm̄ angelus non est aial. Itē
subiecto supponente, accipitur cōditionalr.i.quātum subiectū sup
ponat. Nam qꝫ nullus sit homo nihil vetat, hanc predicatio
nem/homo est albus/esse accidētalem ⁊ hanc/homo est risibi
lis esse proprij. Quinetiā si.a.cōnotasset accidens chimere
et.b.eius propriū, hec/chimera est.a.esset predicatio accidē
tis, ⁊ hec chimera est.b.esset proprij. ¶ His habitis aliquid
esse de essentia alterius/stat dupliciter scꝫ realiter(qđ dicunt
prime intētionaliter)⁊ logicalr(quod secunde intētionaliter
appellant.(Realiter est, esse partem essentialē cōpositionis
alterius, sine qua proinde res esse non potest, vt anima ratio
nalis aut corpus respectu hois. Sed logicalr est essentialiter
predicari de altero. Proprium itidem accipitur ⁊ realr pro
accidente seu modo accidētali inseparabili a subiecto, vt ap
titudo hominis ad ridendum, et logicaliter pro termino qui
predicatur de altero accidētaliter ⁊ intrāmutabiliter. Quare
solū proprium quarto modo cōstituit materiā naturalē. Pa
riter adesse ⁊ abesse/ accipitur ⁊ realr scꝫ pro hoc quod est in
esse ⁊ nō inesse subiecto preter subiecti corruptionē, vt calor
aque, ⁊ logicaliter pro termino qui accidentaliter transmuta
bilr predicatur de altero. Rursus cōuenire alicui stat dupli
citer, ⁊ realiter, qđ est rem alterā alteri inesse aut quomodoli
bet alteri cōtingere, ⁊ logicaliter, quod est terminū de altero
termino vere affirmari. ¶ Igitur in diffinitione textus, esse de
essentia, esse propriū, adesse ⁊ abesse, cōuenire, accipitur logi
caliter, per que tibi clarēt dicte diffinitiōes. Que subinde so
lis categoricis adaptantur. Nā hypothetice, cū non habeāt ex
trema, que sic aut sic predicentur tanq̄ partes principales sui,
non dicuntur esse in aliqua materia, nisi fortasse rōne categori-
carum. ¶ Sunt qui non dicāt propositionē esse in materia,
sed ex materia.i. ex extremis q̄ sunt talis aut talis materia.
At sicut forma dicitur esse in subiecto, ita forma propositio-
nis, que est affirmatio aut negatio, cōgrue dicitur esse in tali ha
bitudine extremorum tanq̄ in subiecto.

¶ **Ex his sequitur primo/omnē propo**

1\. No. sitionē ex eodem subiecto ⁊ eodem predicato.s.verā, falsam,
affirmatiuā, negatiuā, de presenti, de extrinseco tpe aut mo-
dalem, exponibilē, non exponibilē esse in eadem materia, vt
homo est animal/nullus homo est animal/omnis hō necessa
rio est animal, tm̄ homo est animal, sunt in materia naturali
Dixerim ex eodem subiecto ⁊ eodem predicato, qr nō sufficit
ex eisdem extremis. Etenim cōuertens ⁊ cōuersa non sunt vni-
uersaliter in eadē materia, qđ diffinitiones ipse autoris ma-
nifestant. Non enim inquit in diffinitionibus/cuius alterū ex-
tremū est de essentia ⁊c̄, sed/cuius predicatum est de essentia
subiecti, aut cuius predicatū est propriū, aut cuius predica-
tum potest adesse ⁊c̄. Modo in hac ppōne/animal est homo
predicatum nō est de essentia subiecti, qr inferius, cum nō in
tret diffinitionē superioris, nō dicitur de eius essentia. Quin
immo potest superius reperiri sine inferiori. Rursus in hac/
risibile est homo/predicatum nō est propriū subiecti, ob idq̄
quāuis earum cōuertentes stat in materia naturali, nō tm̄ sunt
ipe. Item quāuis hec/homo est hō albus/sit in materia contin
genti, re vera hec/hō albus est homo, nō potest dici in mate-
ria contingenti, cū predicatum non possit negari de subiecto
supponente ⁊c̄. Itē materie solum sunt hic tradite propter le
ges oppositionū, in quibus dicit. P.h.qꝫ in materia natura-
li cōtrarie nō possunt esse false(qđ restringi solet, si sint de in-
esse)sed he/omne animal est hō, nullū aial est homo sunt fal-
se, ergo nō sunt in materia naturali. Sed queris in qua ma-
teria igitur sunt dicte ppositiones. Re vera sm̄ autorē, immo
sm̄ antiquos oēs, in nulla, quia predicationes indirecte non
sunt in aliqua materia/nisi fortasse reductiue. ¶ Unde sit ti
bi pro regula. Quādo aliqua p̄dicatio directa est in aliqua
materia, si eius cōuertens sit predicatio directa sicut conuer
sa, cōuertens est per se in eadē materia in qua eius cōuersa,
vt contingit in materia remota, ⁊ in materia cōtingenti quā
do predicatur eque cōnotatiuū de eque connotatiuo. Si vero
cōuersa est in materia naturali ⁊ cōuertēs est indirecta, talis
cōuertens in nulla materia est p se, sed reductiue est in mate
ria naturali. Quod si cōuersa est in materia cōtingenti ⁊ cō
uertens est indirecta, potest talis cōuertens quoqꝫ esse in ma-
teria naturali. Inquit enim. S.tho. 10.dis.tertij.q.1.qꝫ hec/
homo est aial albū/est per accidens.i.in materia cōtingenti,
sed hec/homo albus est aial/est per se.i.in materia naturali
vnde idē cōtingit his/homo est hō albus/homo albus est hō.
Quo fit/hāc propositionē/aial est risibile/in rigore in nulla
esse materia, qr nec ipsa nec eius cōuertens est directa. Sunt
qui asserāt esse in naturali, sed certe nec p̄dicatū est de essen-
tia nec proprium subiecti, nec contra.

¶ **At vero quāq̄ hoc pacto tibi de ma-** 2. No.
terijs loquendū sit quādo punctim de ipsis disputaueris, cū
tm̄ summulistā agis, pro legibus oppositionū paulo latius li
tibi de materijs loqui. Igitur supposita hic distinctione illa
terminorum in terminos pertinētes ⁊ impertinētes, ac pertinen
tium in terminos pertinētes sequella et terminos pertinētes
repugnantia. Supposito deinde qꝫ in terminis pertinentibus
sequella, ille terminus ex cuius affirmatione sequitur affirma
tio alterius dicitur inferens ⁊ alteri illatus, vt contingit in
inferiori ⁊ superiori, sit tibi regula. ¶ Omnis ppositio extre
morum pertinentiū sequella, siue fuerint conuertibiles, tā syno
nimi q̄ non synonimi, siue se habeant tanq̄ superius ⁊ infe-
rius, tā quiditatiue q̄ nō quiditatiue, est in materia natura
li, dūmodo subiectū sit inferens ⁊ predicatū illatum, vt exclu
damus hanc/animal est homo. Omnis vero ppositio extre-
morū pertinentiū repugnātia, seu disparatorum, est in materia
remota. Sed ois extremorum pertinentiū est in materia contin
genti. Et hoc siue tales propositiones fuerint directe siue in
directe, immo quāuis sint idēptice, de terminis complexis vel in
cōplexis. U.g.he oēs ppositiones/petrus est petrus/risibi-
le est animal/petrus est materia ⁊ forma/chimera est hō vel
non homo/chimera est aial si est homo / hois equus est aial
(quāuis nullus homo habeat equū)sunt in materia naturali, ⁊
dicuntur esse in eadem materia, nā materia similis in specie di
citur in presentiarū eadē. Et quascūqꝫ propositiones, veras
falsas/modales ⁊c̄.(vt dictum est)cōficeres ex illis extremis,
essent in eadem materia, quod in alijs pariter materiarū spe
ciebus vniuersaliter obseruato. He autē sunt in materia cō-
tingenti/petrus est omnis hō quāuis hec/petrus ois homo est,
que cum illa conuertitur sit in materia naturali)coruus est ni-
ger/homo est rationalis ⁊ dialecticus/ homo possibilr est nō
albus/quodlibet fingas predicatum sm̄ talem acceptionē non
posse de aliquo verificari/petrus est ab hoie differens/homo
est species. Sed he sunt in materia remota/ petrus imagina
rio est paulus, (quāuis sit necessaria)albuꝫ erit nigrū, (quāuis sit

cōtingens) petrus est differens ab hoīe/chimera est homo si
est animal. De hac autem/hec est falsa sm̄ hanc significatio
nem/ad libitū potes loqui. Nā si teneas q̄ predicatū adesse
subiecto est ita esse sicut per talem propositionē significat̄, est
in materia naturali, q̄r predicatū non potest abesse subiecto,
sed si teneas q̄ est verificari de illo, est in materia remota, q̄r
predicatum nō potest adesse subiecto. De autē/omnis propo
sitio est particularis/nulla propō est negatiua/in nulla mate
ria sunt per se, quia predicat̄ in illis, inferius de superiori,
sed reductiue sunt in materia naturali, q̄r cōuertentes earū
scʒ/propō particularis est propō, nulla ꝓpō negatiua est pro
positio/sūt in materia naturali. Hec aūt/hec est in materia
remota sm̄ hanc significationē, est in materia remota, q̄ꝫ q̄ꝫ
nō possit esse falsa, q̄r ex hoc q̄ non sit in materia remota seq
tur esse in materia remota. Sequit̄ em̄ bene. Est in naturali
ergo predicatum adest subiecto, ergo ita est sicut per illam si
gnificatur, sed per illā significat̄ q̄ sit in materia remota, ꝯ
ita est, Q̄ si dicas esse in materia cōtingēti, ergo predicatū
quentem, vt vz, prius terminus quem distribuit resoluat ꝙ̄ sequēs particularitas. Quo fit vt nullū signū vle cōfundat aliquā particularitatē nisi in ordine ad terminum quē distribuit, aut in ordine ad se, vt de ly et diuisiue tento, et de signis exponibilib⁹ infra dicemus. Unde in illa ppōne/cuiuslibet hōis oculus nō est oculus ⁊ in ceteris similibus particularitas media supponit cōfuse in ordine ad vniuersalitates precedētes ⁊ determinate in ordine ad subsequētes (quē nā ordinem rogo hꝫ ly cuiuslibet ad predicatū, vt in ordine ad ipm, cōfundat determinabilē) Quare in illa propōne hoc modo est descendendū, petri oculus nō est oculus, ⁊ ita in ceteris, vt vz resoluta prima vniuersalitate, particularitas media restet determinate in ordine ad sequentes. Re soluebant eñ antiqui dictas ppōnes sine .a.⁊.b, ꝙ̄ littere nondū a viginti hinc annis hoc officiū habent. Igitur ad argumentū datur illas esse ꝯtradictorias, scz/equū quilibet hō habet/quelibet equū homo non habet, ⁊ casu argumenti negatiua est falsa. Nec valet illa ꝯña/brunellū.a.hō non hꝫ ⁊c̄. ꝗ quelibet equū hō non habet. qꝛ arguitur a cōfusa ad determinatā respectu de ly homo in ordine ad ly hꝫ. Quare bene sequit̄/quelibet equū homo non hꝫ, ergo quilibet equus ab hoīe non habet̄, ab actiua ad passiuā, quod ꝯñs, casu argumenti, est manifeste falsum, quā proinde ꝯñam illi negant. Pari ratione contradictoria hui⁹ propōnis/hoīs quilibet equus est animal/ est hec/cuiuslibet hoīs equus non est aīal/vt argumento. 6. praticabitur. Proportionabilr agito in copulatis ⁊ in ceteris terminis cōplexis. Ex quib⁹ omnibus hāc elicito conclusionem. Ad assignādū quoduis genus oppositionis cuicūq̄ propositioni de modo loquendi cōsueto.i. in qua non ponit̄.a vel.b. ꝙ̄ꝙ̄ ex mille terminis cōstet, nō opus est mixta suppositione. Uerūtamen datis fictionibus de ly.a.⁊.b. huic ppositioni/angelus ⁊.a.hō non sunt substātie/nō potes contradicere nisi per suppositionē mixtā, sic scz/oīs angelus ⁊ omnis hō.c.substantie sunt, vbi denotet̄ quod resoluta prima vltate, predicatū restet determinate. Nā si cōtradiceres per hanc omnis angelus ⁊ oīs homo sunt substantie/in casu quo esset vnicus angelus cū multis hominib⁹, essent simul vere. Et si cōtradiceres per hanc/oīs angelus et oīs homo.b.substātie sunt, ambe essent false casu quo esset vnicus homo cū multis angelis. Sed esto ita sit, non tñ opus est post tenorē nostrarū condicionū nouis cōdicionibus mixtarū suppositionū. Non eñ diximus ꝙ vniuersalitas in ordine ad terminū stātem cōfuse tñ, stet in sua contradictoria absolute determinate, sed determinate in ordine ad illum. Nec diximus ꝙ si stet in ordine ad terminū stantem determinate, stet in sua cōtradictoria absolute confuse, sed ꝯfuse in ordine ad illum. Modo cū in hac/angelus ⁊.a.hō non sunt substantie, predicatū supponat distributiue, in ordine ad primā partem subiecti stantem determinate, debet in sua contradictoria stare confuse tñ in ordine ad primam partem, et cum pariter distribuatur in ordine ad secundam stantem cōfuse, habet in cōtradictoria stare determinate in ordine ad illam, ergo in hoc denotat̄ ꝙ habet supponere ꝯfuse ⁊ determinate, quod denotat ly.c. Et pariter suo modo probat̄ ꝙ in cōtradictoria huius/a. angelus et hō non sunt substātie, habet supponere mixtim determinate ⁊ confuse, qđ denotat̄ per ly, d. Sed queris, quenā necessitas illarū litterarum.a.b/ Reuera nulla, sed sophiste huius temporis vt cōuerterent mutuo vniuersalē affirmatiuā, finxerunt ly.a.⁊ vt cōuerterent mutuo particularem negatiuā finxerunt ly.b. vz vt idē esset dictu/omnis homo est aīal/a.aīal omnis hō est/sicut homo nō est animal / omne aīal.b.hō non est/que tñ cōuersiones in vsu sapientiū non sunt. Unde ꝙ̄ꝙ̄ pro iuuenum lusu, huiusmodi fictiones permittātur, nemini tamen est circa ipsas immorandum.

13. No. **Tandem pro completa intelligētia** specialiū condicionū, notato oēs accipi in sensu cōdicionali V.g. cū dr in prima, oīs vniuersalitas ⁊c̄. intellige si aliqua fuerit, nam possunt esse contradictorie de terminis singularibus. Eodem modo intellige secundā, nā possunt esse contradictorie, etiā de terminis cōmunibus, vbi nulla sit vniuersalitas in ordine ad particularitatē, vt homo est animal/ null⁹ homo est aīal, Pariter intellige primā cōdicionē contrariarum, nam possunt esse contrarie vbi nulla sit particularitas. Quāoquidem quāto plures fuerint vniuersalitates in aliquibus propōnibus, tanto propius accedūt ad cōtrarietatē, sicut quāto fuerint plures particularitates tāto propius accedūt ad subcōtrarietatē. Et summe subcōtrarie sunt in quibus nulla est vniuersalitas, sicut summe cōtrarie, in quibus nulla est particularitas. Ex hijs que dicta sunt elicit̄ oēm propositionem in qua est aliqua vltas vel tenta, posse habere contrariā. Nā potest ceteris particularitatib⁹ mutatis in vniuersalitates, manere in vtraq̄ eadem vltas. Immo si sit aliqua appellatio aut restrictio, possent dari cōtrarie sine aliqua vniuersalitate, vt patet de his/noui Clementē pōtificē/ Clemētē pontificē nō noui. Proportionabilr dicito de subcōtrarijs. Elicitur scđo, aliquā propositionē, multis nō cōuertibilibus contrariari, vt huic/nullius hoīs equus currit cōtrariat̄ illa vbi oēs tres vniuersalitates maneāt, ⁊ illa vbi maneāt due, ⁊ illa vbi sola prima ⁊c̄. Proportiōabiliter dicatur de subcōtrarijs.

Lectio secunda.

LEx siue natura contrariarum ⁊c̄. 1. No.

Postq̄ visum est quibus cōdicionibus, queq̄ oppositionis species constituat̄, sequitur videre quenā lex aut natura, vnicuiq̄, virtute suarū condicionū, contingat. Est ergo lex cōtradictoriarū talis ꝙ si vna est vera reliqua est falsa, ⁊ ediuerso si vna est falsa reliqua est vera, ⁊ cōtrariarum, ꝙ si vna est vera reliqua est fala, ⁊ nō ecōtrario, ⁊ subcontrariarū ꝙ si vna est falsa reliqua est vera, ⁊ non ediuerso, et subalternarū, ꝙ si vniuersalis est vera, particularis est vera, ⁊ nō ediuerso.i. ꝙ vlis inferat particularem ⁊ non contra. Que quidem leges sub hoc tenore solent itidem cōstitui (et est idem) Lex cōtradictoriarū est ꝙ eis formalr ⁊ intrinsece repugnet simul eē veris ⁊ simul eē falsis. Lex contrariarū est ꝙ eis formaliter ⁊ intrinsece repugnet simul eē veris, sed nō eē falsis Lex subcōtrariarū ꝙ eis formaliter ⁊ intrinsece repugnet simul esse falsis, sed non esse veris. Et lex subalternarum ꝙ repugnet vniuersalē esse verā, particulari existente falsa, sed nō repugnet ediuerso. Unde sequitur in textu quod cōtradictorie in nulla materia possunt eē vere aut false. Sicut nec contrarie possunt esse false in materia naturali, aut remota. Nam cū in hijs materijs particularis inferat vniuersalē, darentur ꝯtradictorie false. Nec subcōtrarie in dictis materijs possunt dari vere, qꝛ tunc eadem ratione cōtradictorie essent vere. Nec potest dari (eadē ratiōe) particularis subalternarū vera, vli existente falsa. Sed in materia cōtingēti possunt dari contrarie false ⁊ subcōtrarie vere, ⁊ particularis subalternarū vera, vli existente falsa, vt patet in exēplis textus. Quibus tu adde idē contingere in materia naturali ⁊ remota, cū indeffinita, aut particularis nō infert vlem, quod capite precedenti nosti. Ex his sequit̄, subalternas non esse oppositas. Quinimmo nec subcōtrarie (dicunt nōnulli) opponunt̄, qꝛ non constituūt copulatiuā impossibilē, sed ꝙ̄ꝙ̄ propter talem rationē non dicant̄ repugnare, nihilominus fortasse dicuntur opponi, ad quod non requiritur ꝙ simpliciter repugnent, sed sufficit ꝙ repugnent in veritate.

Formalr inq̄ ⁊ intrinsece. Pro quorum primi expositione videndū est que nā propōnes dicūtur similis forme. 2. No. Ubi, qꝛ nomina ad placitū significant, ad euitandum inutilē prolixitatē nō distinguā inter similitudinem forme ⁊ similitudinē acceptionis terminorū, sed absolute nomine similitudinis forme, intellige id qđ solent nōnulli dicere, similitudinē acceptionis terminorū. Nempe similitudo forme quā ipsi a similitudine forme acceptionis terminorū fecerunt, nihil vel ad aliqđ propositū cōducit. Similitudo for

me potest cōsiderari, aut inter duas inuicē categoricas, alte
ram.s. alteri conferendo, aut inter duas aut plures ex vna et
alias duas aut plures et alia, conferendo.s. vnū binariū aut
ternariū ad aliū binariū aut ternariū. Similitudo prima cō
sistit in sex. Ille em̄ categorice dicunt̄ similis forme que sunt
similis qualitatis, quātitatis, acceptiōis, ꝛ situs terminoꝝ,
Prima. similiūqꝫ copularum, ꝛ syncategorematum. ℭ Similis inq̄
qualitatis, quo ad copulas pricipales, nā quo ad minus pn
cipales, fortasse (vt infra videbitur) id nō exigit̄. Quare he
nō sunt eiusdē forme / hō est doct⁹ / hō doct⁹ nō est. Sꝫ modos
copulaꝝ, si fuerint illoꝝ iter quos nō est illatio, op⁹ est eiusdē
esse qualitatis, vt he non sunt eiusdē forme / petrus argute nō
disputat / petrus nō docte disputat, papa fortasse nō orat / pa
pa non fortasse orat. Sed si fuerint coꝝ qui dicuntur vl̃es et
particulares, sufficit, vel ꝙ sint eiusdē qualitatis, vel ꝙ alte
ra illarū propōnū equiualeat vni in qua idē modus sit eius
dem qualitatis cū altera, vt he dicunt̄ eiusdē forme / petr⁹ ne
cessario non disputat / petrus impossibilr̄ disputat / petrus nō
possibilr̄ disputat. Idē dicito de cōiunctione verboꝝ qn̄ pro
posito est de copula mixta, sed tunc requirit̄ ꝙ si in vna pri
ma pars copule affirmat̄ ꝛ scd̄a negatur, pariter fiat in alte
Secunda ra. ℭ Similis quātitatis, quo noīe intellige oēs suppositio
nes omniū terminoꝝ tā subiecti q̄ꝫ predicati. Quare he non
sunt eiusdem forme / ens qd̄ est hō disputat / ens qd̄ est petrus
disputat, qꝛ in prima subiectū supponit cōiter ꝛ in scd̄a singu
lariter, nec he / incipit motus esse / motus incipit esse, oīe ani
mal est masculus / oē aīal est masculus, si in p̄ria sit distribu
tio completa, ꝛ in scd̄a incompleta. Et sic de alijs speciebus
suppōnis. Quinetiā nec he / hō est spēs / hō est aīal / sunt eius
dem forme, defectu generis suppositionis, nam alias he / hō
est animal / hō non est aīal / essent eiusdem forme cum his / hō
est species / homo nō est species, cum tñ (vt ex dictis ꝯstat) pri
me sunt subcōtrarie ꝛ secūde cōtradictorie. ℭ Eiusdem accē
Tertia. ptionis, scꝫ / ampliationis / restrictionis / appellationis, si ta
les proprietates ibi fuerint. Itē ꝙ si aliquis terminus acci
piat̄ vnica acceptione in altera, in altera non accipiat̄ pluri
Quarta. bus. Quāq̄ꝫ hoc, noīe etiā situs includat̄. ℭ Similis situs
et quantū ad numerū ꝛ quantū ad ordinem terminoꝝ.i. ꝙ ex
tot terminis quot cōponit̄ vna, cōponat̄ altera. Ex tot inq̄ꝫ,
aut (si terminos synonimos vocas eundē) quod componat̄ ex
paucioribus, toties repetitis. Quare he non sunt eiusdē for
me / hō ꝛ equus currit (diuisiue) aīal currit, sed he recte sunt
eiusdē forme, hō ꝛ hō currit / hō ꝛ equus currit. Quantū ad
ordinē.i. ꝙ in eodē situ ꝛ loco quo aliquis terminus distribui
tur aut ampliat̄ ⁊c̄. in eodē situ ꝛ loco distribuat̄ ꝛ amplietur
ipse vel alius in altera. Quare he nō sunt eiusdē forme / oīs
hō est aīal / a. hō oīs hō est, nec he / oīs hō ꝛ angelus sunt sub
Quinta. stantie / a. angelus ꝛ oīs hō sunt substātie. ℭ Similiū copu
larū, principaliū.s. Nam minus principales nihil refert simi
les sint an dissimiles. Sed quantū ad modos inter quos non
est illatio, nulla requirit̄ similitudo, he em̄ sunt similis forme
petrus bn̄ arguit / male respōdet / velociter currit ⁊c̄. At vero
modi inter quos est subalternatio, debēt esse oīno similes, vl̄
saltē altera taliū ꝓpōnum debet equiualere formalr̄ vni eius
dem qualitatis in qua ponat̄ modus alteri⁹, vt he sunt simi
lis forme. hō nō possibilr̄ currit / hō impossibilr̄ currit / homo
necessario non currit. Pariter dicito de cōiunctione copule
mixte. Atn̄ in his exigit̄ vt prima pars copule vnius ꝓposi
tionis, sit similis cū prima alterius, ꝛ sic ordinatim. ℭ Tan
Sexta. dem ꝓpōnes similis forme habēt esse similiū syncategorema
tum. Nō restringe ad syncategoremata q̄ dicuntur vl̃ia, aut
particularia. Quare he nō sunt eiusdē forme / hō ꝛ angelus
est substātia (diuisiue) hō vel angelus est substantia / tm̄ hō est
aīal, a. hō omne aīal est / petrus incipit disputare, petrus qui
est vel immediate post hoc erit docet disputare. Sed he bene
sunt eiusdē forme. In hac vrbe viget studiū / sub hac vrbe vi
get studiū. ℭ Per hec noueris ꝙ ad similitudinem forme in
ter duas hypotheticas, nō considerādo aliquā intrinsecā ha
bitudinē inter categoricas eiusdē hypothetice, sufficit ꝙ pri
ma categorica alterius sit similis forme cū prima alterius, ꝛ
scd̄a cū secunda ⁊c̄. ꝛ ꝙ per similes cōiunctiones cōiungātur
Quare hec copulatiua / hō disputat ꝛ hō non disputat / esset
eiusdē forme cum hac / equus vigilat ꝛ canis non dormit.

ℭ At vero ad similitudinē forme inter
duas aut tres categoricas, ex vna ꝛ duas aut tres ex alia cō
ferēdo habitudinē huius binarij ad habitudinem alterius,
requiritur ꝙ singule categorice vnius binarij sint similis for
me cum categoricis alterius, ꝛ vltra hoc ꝙ suus synonimi
tas intrinseca que est inter has seruet̄ inter illas. Synonimi
tas intrinseca (dicunt nonnulli) est illa que s̄m talem mate
riam est seruanda. Sed in huiusmodi loqutiōe circulus cō
mittit̄, cum asserit̄ synonimitatē intrinsecā esse seruandam ꝛ
intrinsecā esse illā que est seruāda. ℭ Igitur synonimitas in
trinseca in vna queqꝫ materia est illa q̄ in eius diffinitione
exprimit̄. V. g. si cōsideres has duas propōnes / oīs hō est
homo / nullus homo est homo / vt oppositas, qꝛ in diffinitione
et condicionibus oppositionis precipit̄, vt subiectū vni⁹ cū
subiecto alterius, ꝛ predicatū cum predicato ꝛ copula cū co
pula sint synonima, ille tales synonimitates sint intrinsece
ꝛ seruande, sed qꝛ non precipit̄ ꝙ extrema eiusdem ꝓpōnis
inter se sint synonima, illa est extrinseca. Quare s̄m hāc cō
sideratione, he sunt similis forme cū illis / omnis hō est aīal /
nullus homo est animal, sed nō he / oīs homo est animal, nul
lus homo est equus. At si considerentur tanq̄ scd̄a sit cōtra
dictoria illius in quā prima cōuertit̄ per accidēs, qꝛ in diffi
nitione conuersionis exprimit̄ ꝙ subiectū alterius sit synoni
mū cum predicato alterius, talis synonimitas est intrinseca
ꝛ nulla alia. Quare he sunt similis forme cum illis / omnis
homo est aīal, nullū animal est homo. Rursus si consideres
illas vt p̄missas dispositas in prima figura, qꝛ ibi precipit̄ ꝙ
subiectū prime sit synonimū cum predicato secunde, talis sy
nonimitas est intrinseca ꝛ nulla alia. Quare he sunt similis
forme / oīs homo est aīal ꝛ null⁹ lapis est hō, sed nōn he / oīs
hō est aīal / nullus lapis est aīal, q̄ sunt in scd̄a figura. Quin
immo cū in singulis modis singuli ordines exprimant̄, requi
rit̄ in syllogismis ꝙ si vl̃is aut affirmatiua p̄cedit particula
rem, aut negatiuā, ꝙ tali ordine disponant̄ alie q̄ habēt esse
eiusdē forme cū illis, ꝛ ꝙ copula prime ꝓpōnis vni⁹ binarij
sit silis copule prime alterius binarij ⁊c̄. Quare he / null⁹ hō
est aīal ꝛ oīe risibile est hō / nō sunt eiusdē forme cū his / oīs
hō est aīal ꝛ nullus lapis est hō, q̄q̄ꝫ sint pariter in prima fi
gura. Nam ille sunt in celarent ꝛ he in fapesmo. Hec latius
practicabunt̄ in syllogismis, vbi pariter cōferemus oēs tres
propositiones vnius ꝯn̄e ad oēs tres alterius.

ℭ Ex scd̄a cōdicione sequit̄ ꝙ termin⁹ 3. No.
supponēs immediate pro essentia diuina non facit silitudinē
forme cū t̃mis creaturū, alias hic syllogismus nō eēt formalis
oīs hō est aīal, petrus est hō, g̃ petrus est aīal, nec hic exposi
tori⁹ / petrus nō est lapis, petrus est hō, g̃ hō nō lapis, qꝛ in si
mili sic instaret̄ / oīs essentia diuina est pater, fili⁹ est essentia
diuina, g̃ filius est pr̄ / filius nō est pater, fili⁹ est essentia diui
na, ergo essentia diuina nō est pater. Igitur ly essentia diui
na distributū, aut particularizatū pro solo significato imme
diato, nō est eiusdē quātitatis cū terminis creaturarū, sed si
posset distribui, aut particularizari cōplete (qd̄ in syllogismis
examinabit̄, esset vtrinqꝫ eiusdē quantitatis, ꝛ he ꝯn̄e essent bo
ne sicut ille. At ly ꝑsona, ly pater ꝛ ceteri termini personales
faciunt quidē similē formā cū terminis creaturaꝝ. ℭ Sequi
tur scd̄o ex eadē cōdicione ꝙ t̃ns includēs syncategorema vl̃e
nō est eiusdē forme cū t̃no nō includēte talē vl̃itatē, qꝛ nō est
eiusdē quātitatis. Et adhuc ꝯfirmat̄, nā alias he / hō est aīal
homo nō est aīal / essent silis forme cū his / a. est aīal / a. nō est
aīal, vt ly. a. valeat tm̄ sicut / oīs hō / cum tñ prime sint subcō
trarie ꝛ secūde cōtrarie. Itē alias hi syllogismi / hō disputat
petr⁹ est hō, g̃ petrus disputat / a. disputat, petrus est. a. g̃ pe
trus disputat / essent eiusdē forme, cū tñ scd̄s sit bonus, p̄mus
ꝟo, nō. ℭ Sequit̄ tertio ex eadē ꝯdiciōe ꝙ relatiuus reciprocus

aut alietatis non sunt eiusdē forme cū terminis nō relatiuis q̄r certe nō seruāt eandē quātitatē. Nam suppositio sigillata nō est eadē quātitas cū absoluta. Dictū enī est distributiuā suppositionē predicati huiꝰ/ois hō est ipsemet equalere particulari. Nō tamē inde pꝫ, nā alr hec ꝯña non esset formalis/ois hō est aial/oē risibile est hō, ḡ oē risibile est aial/hec enī esset similis forme/ois hō est ipsemet, oīe risibile est hō, ergo oīe risibile est ipsemet/relatiuo vtrobiq̄ referēte subiectū maioris que nō valet. Quare ad instandū huic/ois hō ⁊ alius hō sunt aialia/oportet seruare synonimitatē inter illas partes subiecti. Quāq̄ hoc fortasse ad nomē expectet, nā si instaret per hanc/ois homo ⁊ alius equus sunt aialia/recte seruaret eadē quantitas relatiui, cū eius descensus pariter dependeret a suo antecedēti. Uerūtamē relatiuū alietatis nō habet congrue aliud substantiuū q̄ suū añs. At vero relatiuū idēptitatis non reciprocū, cū non habeat suppositionē dependētem ab alri, eiusdem quātitatis est cū termino non relatiuo. Nec inde sequit̄ has subcōtrarias/ hō disputat ⁊ homo non disputat/esse eiusdē forme cum his/homo disputat ⁊ ille non disputat. Nā q̄uis prima categorica sit eiusdē forme cum prima, ⁊ scda, cū scda, est tñ synonimitas intrinseca inter subiecta primi binarij que nō est inter subiecta secundi. ¶ Sequit̄ quarto ex tertia cōdicione q̄ terminus incidens complexū acceptū pluribus, non est eiusdē forme cū complexo accepto vnica aut cū termino simplici. Nam alr he nō essent cōtradictorie: brunellus currit/brunellus nō currit, q̄r instaretur per has/a. currit/a. non currit/si ly. a. valeret tm̄ sicut hois brunellus. Sed queris circa illā condicionē de his binarijs, quilibet equus currit/equus nō currit/quilibet hō currit/homo non currit. Potes dicere eos non esse eiusdē forme, q̄r in primo est talis synonimitas vt nō stet subiectū in negatiua supponere, ipō non supponente in affirmatiua, ⁊ tñ in scdo stat, sed melius est dicere esse eiusdē forme, et negare primas esse formalr contradictorias. ¶ Quinto ex omnibus sequitur q̄ terminus coplexus est eiusdē forme cū termino incomplexo, dū modo tale complexū non includat aliquid contra corollaria proxime precedentia. U.g. he sunt eiusdem forme/hō est animal/equus hois est aial/homo ⁊ equꝰ sunt aialia. Etenī si aliquid deficeret, maxime numerus terminoꝝ, sed cōplexū acceptū vnica reputat̄ vnicus solus terminus, ergo nō sunt plures termini in vna q̄ in alia. Scdo. Hac ꝯclusione data nihil sequit̄ contra formalitatē oppositionis, aut alicuiꝰ modi arguendi dialectici, ergo ipsa nō obstat formalitati ꝓpositionū, etenī per hanc ꝯñam habent examinari cōdiciones similitudinis forme. Ut aūt clarius agas, si opus tibi est ad instandū loco termini incōplexi vel cōplexo, impone aliquā litteram ad significandū incōplexe conuertibilr cū tali complexo. Et si dicas quomodo potest aliquis terminus incōplexe significare cōuertibiliter cū hoc disiuncto/petrꝰ vel paulus. Re vera id potest fieri si ly. a. imponatur ad significandum cōnotando aliquid qḋ solis petro ⁊ paulo potest accidere, vt pote si imponat̄ ad significandū aliquid cōnotando q̄ naturaliter significet per hoc disiunctū/petrꝰ vel paulus. Et hoc modo in ceteris poteris operari. Uel vtere semꝑ lr̄is nō impositis more Arist. in libris prioꝝ, quas postea ad libitū imponito. ¶ Hinc fit q̄ terminus collectiuus aut pluralis numeri est eiusdē forme cum termino singularis numeri nō collectiuo. Fit etiā, vt non requirat̄ ad similitudinē forme synonimitas grāmaticalis. He enī sunt eiusdē forme, equꝰ est hō/equus est holes/equus est hois/seu/equus est ens hois. Sicut he/equus hois currit/equus hō currit. Sed he nō/hois equus currit/homo equꝰ currit, q̄r subiectū prime accipitur pluribus, ⁊ subiectū secūde vnica acceptione. Sicut nec hic binariꝰ/michael est ens/michael nō est ens/cū hoc/michael est ens/michael nō est entia, q̄r in primo est synonimitas grāmatica inter predicata, que nō est in scdo. Huiꝰ gr̄a corollarij nō asseruimus supra, copulas minus ꝑncipales, aut similes debere esse, aut eiusdē quātitatis. Nā/hō disputat/homo qui est disputat/hō qui erit disputat/ certe sunt eiusdē forme nec reputat̄ plures esse terminos in hac q̄ in illis. ¶ Sexto sequit̄ ex quinta condicione q̄ hi duo binarij/ois homo disputat/hō nō disputat/ois homo disputat/homo nō disputat, in primo binario prima copula vniente pro toto tēpore vniꝰ hore ⁊ scda pro medietate illius hore, ⁊ in scdo binario copulis ecōtrario vnientibꝰ, nō sunt eiusdē forme. Nam q̄uis vlis primi binarij sit similis forme cū vniuersali secūdi ⁊ particularis cū particulari, est tñ talis ordo inter copulas primi binarij qualis non est inter copulas secūdi. Quare prime participant legē cōtrariarū, ⁊ secūde subcōtrariarū. Nec he due petrus possibilr currit/⁊ petrꝰ necessario nō currit, sunt eiusdem forme cū his/petrus velociter currit/ petrus necessario nō currit, q̄uis ly velociter ampliaret sicut ly possibilr. Nam licet prima categorica primi binarij sit eiusdē forme cū ꝑma secūdi, et scda, cū scda, est tamē inter modos primarū categoricarū aliqua habitudo subalternationis q̄ non est inter modos secūdarum. ¶ Qui ponūt differentiā inter similitudinē forme ⁊ similitudinē forme acceptionis terminoꝝ, dicunt, ad primā, omnē synonimitatē esse seruandā, tā extrinsecā q̄ intrinsecā. U.g. q̄uis he/homo est hō/homo est aial, sint similis forme acceptionis terminoꝝ, nō tñ similis forme. Hac tñ distinctione omissa absolute dicātur similis forme.

¶ Igit̄ vt ad primū redeamus. Adhoc 4. N°
q̄ he propōnes/hō est aial/homo nō est aial, participent legem cōtradictoriarū, non sat est q̄ ille materialr repugnent in veritate, sed requirit̄ q̄ formalr repugnent. i. q̄ quecūq̄ similis forme cū illis pariter repugnēt seclusa reflexione. Nō dixerim, q̄r he/ hec mulier est alba/hec mulier nō est alba, legem habēt contradictoriarū, q̄uis he in simili/hec propō est falsa/hec propō non est falsa, vtroq̄ pronomine demonstrāte primā, sint false. Nempe quēadmodū nō obstat has esse contradictorias ⁊ falsas, ita nō obstat primas esse ꝯtradictorias et has in simili esse falsas. ¶ Immo nō sufficit illud, sed requiritur q̄ talis repugnātia cōtingat eis intrinsece. i. rōne cōnexionis terminoꝝ explicite in tali materia. U.g. he propōnes/ois hō est vel non est aial/ois hō non est vel est aial, certe formalr repugnant in veritate ⁊ falsitate, nō tñ participant legē contradictoriarū, sed contrariarū, q̄r illa repugnātia in falsitate nō est propter participationē subiecti cū subiecto, predicati cū predicato, aut per talem dispositionē quātitatis, qualiter exprimit̄ per cōdiciones cōtradictionis, sed q̄r prima est formalr necessaria, quare in quibuscūq̄ terminis reperiret̄ talis repugnātia, vt si dicas/hō est vel nō est equus/lapis est et non est aial. Item he/homo est ipsemet/hō nō est ipsemet, q̄uis formalr repugnēt in veritate ⁊ falsitate, non tñ participant legē contradictoriarū, sed subcōtrariaꝝ, q̄r repugnātia in veritate nō est intrinseca rōne habitudinis terminoꝝ que exprimit̄ in condicionibꝰ oppositionis, sed propter habitudinem ꝑdicati vnius ad subiectū eiusdē que habet in relatiuis seruari in silitudine forme. Quare he/hō erit ipsemet/homo non erit ipsemet, respectu copule de extrinseco tempore bene possunt dari vere. Rursus he/deus necessario est substantia/deus cōtingenter est substantia, q̄uis repugnēt in veritate ⁊ nō in falsitate, nō tñ participant legē cōtrariarū, q̄r repugnātia in veritate nō prouenit intrinsece ex habitudine oppōnū (sunt enī affirmatiue,) sed q̄r scda infert formalr ꝯtradictoriā prime q̄ est sua scda exponēs. ¶ Hinc fit has ꝓpōnes/tm̄ hō est aial/tm̄ hō nō est aial, habere legē cōtrariaꝝ, sicut he/nō tm̄ hō est aial/non tm̄ hō non est aial, habēt legē subcōtrariarū. Immo sit tibi pro vlī regula. Oēs ꝓpōnes q̄ inferūt ex se duas cōtrarias sunt cōtrarie, ⁊ que inferunt̄ ex duabꝰ subcōtrarijs, sunt subcōtrarie. Nam sequit̄ bene. He ꝓpōnes inferunt duas cōtrarias, ḡ he non possunt esse vere. Nā alias per legē bone ꝯñe sequeret̄ cōtrarias esse veras. Rursus cū contrarie q̄ inferunt̄ possunt esse false, ꝓpōnes ipse ex quibꝰ inferunt̄, erunt tunc false. Nam alias in bona ꝯña añs esset verū et ꝯñs falsum, ergo inferētes duas cōtrarias participāt legē cōtrariarū. Pari rōne probabis secundā partē regule. Sed

argu͂is. Ille due excluſiue non habent condiciones contra-
riarū, q2 ſubiectū in neutra diſtribuit᷑, nec ſecūde habent cō-
diciones ſubcōtrariarū, q2 ſubiectum in vtraq3 diſtribuit᷑, er
go dant᷑ propōnes oppoſite de lege ⁊ non de modo enūtiandi
Diſtinguit᷑ aħs. Nā q̄ꝗ̄ non habeāt formalr̄ condiciones,
habēt tn̄ equalenter. Unde qn̄ alique ꝓpōnes ſunt cōtrarie
eo ꝙ inferūt ꝯtrarias, ſufficit ꝙ ille contrarie quas inferūt,
virtute quarū ille dicunt᷑ cōtrarie, habeant oēs condiciones
Modo prima excluſiua infert hanc/nihil nōhō eſt aīal, ⁊ ſe-
cūda infert hanc/omne nōhō eſt animal, que habent oēs cō-
diciones cōtrariarū. Sicut tertia excluſiua infert᷑ ex hac/nō
homo eſt aīal, ⁊ quarta ex hac nōhō non eſt animal, de ſubie
ctis infinitis, que habēt condiciones ſubcōtrariarum.

5. No. ¶ Hinc tandē elicitur clara intelligen
tia diffinitionis oppoſitionis. Ubi per hoc qđ dicit᷑/affirma
tio ⁊ negatio, innuitur tertia condicio generalis. Et per hoc
qđ dicit᷑ eiuſdē de eodē, innuūtur due prime .ſ. participatio
in extremis, eodē mō acceptis. Per hoc qđ addit᷑/repugnā-
tes ⁊c̄. innuit᷑ illud nō ſufficere, niſi tales propōnes aliquā le
gem participent. Quare talis diffinitio eſt partim cauſalis
⁊ partim formalis. Formalis eīm ratio oppoſitionis cōſiſtit
in repugnantia, que quidē naſcit᷑ ex cōdicionū cōnexione.

¶ Lectio tertia.

1. No. COngruit deinde pro iuuenū exer-
citio nōnullas regulas ꝯſtituere, quib᷒, ſi exercitium
adhibeat᷑, poſſit quibuſuis propōnibus in quib᷒ aliquis de-
fectus oppōnis cōmittitur inſtari. Eſt eīm ſummuliſte poſtq̄
aſſignauerit defectū, ⁊ cōſtituere caſum in quo ꝓpōnes ꝓpo
ſite, aut alie ſimilis forme, ſint ſimul, aut vere aut falſe, qđ di
cit᷑ inſtare. ¶ Propoſitiones, primū, in quibus cōmittit᷑ pri
mus defectus generalis facilius reperient᷑ et vere ⁊ falſe q̄
que aliqua regula indigeāt. Propoſitis eīm his propōnib᷒
dñicus eſt homo/dñicus non eſt hō/quarū ſubiectū affirma-
tiue accipit᷑ pro me ⁊ negatiue pro dñico ſalmanticēſi, ſi loco
predicati ponas terminū cōuenientē ſubiecto affirmatiue et
diſcōuenientem ſubiecto negatiue, ambe erunt vere, et ſi ter
minū conuenientē ſubiecto negatiue, ⁊ diſcōuenientē ſubie-
cto affirmatiue ambe erunt falſe. Ut he/dñicus eſt ſegobiē
ſis/dñicus nō eſt ſegobiēſis/ſunt vere, ⁊ he/dñicus eſt ſalmā
ticenſis/dñicus non eſt ſalmāticenſis/ſunt falſe. Pariter in
ſtabis ſi extrema ſint ſynonima logicalr̄ ⁊ non grāmaticalr̄.
Sed ſi ſint ſynonima ſignificatiōe ⁊ nō ſint idēptica, vt mar
cus orat/tullius non orat/inſtabis per terminos oīno diſpa
ratos, per has ſcꝫ/petr᷒ orat/paulus nō orat/que ſunt eiuſ-
dem forme. Nec pro tertia condicione opus eſt aliqua regu-
la, ſi eīm ambe ꝓpōnes ſint eiuſdē qualitatis ⁊ ex eiſdē termi
nis ⁊c̄. facilime dabunt᷑ ſimul vere ⁊ ſimul falſe. ¶ Reſtat er
go aſſignare regulas pro defectibus ⁊ ſecūde cōdicionis ge
neralis ⁊ omniū ſpecialiū. Ubi debes cōſiderare ⁊ terminos
inter quos cōmitit᷑ defectus, et terminos inter quos non cō
mitti᷑. Pro primo ſunt octo regule, quatuor circa defectus
Prima regula. acceptionis, ⁊ quatuor circa defectus quātitatis. ¶ Prima
Si terminus aliquis in affirmatiua accipiat᷑ pro plurib᷒ q̄
in negatiua, facito ipſum in negatiua nō ſupponere ⁊ ſuppo
nere in affirmatiua virtute amplioris acceptiōis ꝓ illis pro
quib᷒ nō ſupponit ſm̄ acceptionē negatiue, ⁊ verificata affir
matiua, inuenies ambas ſimul veras. U.g. ꝓpoſitis his dua
bus/omnis hō eſt aīal/quidā homo non eſt aīal (reſtrictiue)
aut his/ hō eſt aīal/nullus homo eſt aīal, pone ſolas eſſe fe-
Secunda minas inter hoīes, ⁊ inuenies ambas ſimul veras. ¶ Scđa.
Si terminus in negatiua nō diſtribut᷒ pro plurib᷒ accipiat᷑
q̄ in affirmatiua, capito pro alia extremitate terminū qui cō
ueniat ei pro ſuppoſitis pro quibus tenetur in affirmatiua ⁊
non pro omnibus pro quibus tenet᷑ in negatiua, ⁊ inuenies
ambas ſimul veras. U.g. propoſitis his duab᷒/quilibet hō
eſt aīal/homo nō eſt aīal, capito loco de ly aīal ly maſculus ⁊
ambe ſunt vere. Si tn̄ talis terminus magis ample tētus in
negatiua diſtribueret᷑, nō poſſent eſſe vere, q2 vt dixim᷒ ſunt
cōtrarie. ¶ Tertia. Si terminus in negatiua pro plurib᷒ ac Tertia.
cipiat᷑ q̄ in affirmatiua, facito talē terminū virtute amplio
ris acceptionis ſupponere in negatiua, ipſo nō ſupponēte in
affirmatiua, ⁊ falſificata negatiua, inuenies ambas falſas
U.g. propoſitis his duab᷒, quilibet hō eſt aīal/hō nō eſt ani
mal/aut he/quidā homo eſt aīal/oīs hō non eſt aīal / ponas
ſolas eſſe feminas inter hoīes, ⁊ ambe ſunt falſe. ¶ Quarta Quarta.
Si terminus in affirmatiua diſtributus pro plurib᷒ accipia
tur q̄ in negatiua, capito pro alia extremitate terminū qui
cōueniat omnib᷒ ſuppoſitis negatiue, ⁊ non oīb᷒ affirmati-
ue, ⁊ inuenies ambas ſimul falſas. U.g. propoſitis his dua
bus/oīs hō eſt aīal/quidā homo nō eſt aīal/ponas loco de ly
aīal ly maſculus ⁊ inuenies ambas falſas. Si tn̄ talis termi
nus magis ample tentus in affirmatiua nō diſtribueret᷑, nō
poſſent ſimul eſſe falſe, q2 vt dictū eſt ſunt ſubcontrarie. Nec
poſſunt alr̄ cōbinari defectus ampliationis aut reſtrictionis
ratione quoꝝ poſſint ꝓpōnes reperiri vere aut falſe. Poſui
mus exēpla per illa ſigna reſtrictiua vt clarius ageremus, qui
cūq3 tn̄ poteſt adhunc modū operari in ꝓpōnibus de extrin-
ſeco tp̄e. Ut ſiq̄s vellet has reddere veras/oīs homo eſt vel
erit aīal/hō nō eſt aīal/faciat illū terminū ſupponere in pri-
ma ⁊ nō in ſcđa, virtute amplioris acceptionis, vtputa ſi ali
quis homo poſthac ſit futurus ⁊ nunc nullus ſit. ¶ Pro de-
fectibus quātitatis ſunt itidē quatuor. Quinta. Si maneat Quinta.
eadem particularitas in vtraq3 ꝓpoſitionū que vident᷑ oppo
ſite, ſtatuetur ibi terminus habēs plura ſuppoſita q̄ aliud ex
tremū, qđ quidē cōueniat tali particularitati ꝓ aliq̄bus ſup
poſitis, ⁊ pro aliquib᷒ nō, ⁊ ambe erūt vere. U.g. captis his
ꝓpoſitionib᷒/quidā homo eſt aīal/quidā homo nō eſt aīal,
q2 ſubiectū manēs eadē particularitas nō poteſt habere plu
ra ſuppoſita q̄ habet predicatū, nō poſſunt dari vere, ſed ca
piant᷑ he in ſimili forma/aliqđ aīal eſt hō / aliquod aīal non
eſt hō/que ſunt vere. Additio. Si talis particularitas deter-
minet᷑ aliquo ſigno incōplete diſtribuēte, tūc tale p̄dicatū cō
ueniat ei pro aliquib᷒ ſuppoſitis ſm̄ exigētiā talis diſtribu
tionis, ⁊ etiā diſcōueniat pro aliq̄b᷒ ſm̄ talē exigētiā. Ut ca
ptis his ꝓpōnib᷒/vterq3 hō diſputat/vterq3 hō nō diſputat/
facito p̄dicatū ꝯuenire duob᷒ ſuppoſitis ſubiecti q̄ requirit
ly vterq3 ⁊ nō cōuenire ꝓ aliis duob᷒. Et in his/alter hō diſ
putat/alter hō nō diſputat/ ponito duo tm̄ ſuppoſita a parte
ſubiecti, quoꝝ alteri cōueniat p̄dicatū, alteri diſcōueniat, vt
ſi dicas/alter polus eſt articus/alter polus non eſt articus.
¶ Sexta. Si maneat eadē vnitas in vtraq3 ꝓpōnum que vi Sexta.
dent᷑ opponi, eodē oīno modo operare, ⁊ dabunt᷑ falſe. Ut ſi
vis dare has falſas/quilibet hō eſt aīal / nullus hō eſt aīal/
cōuerte extrema, ⁊ rebus vt nūc ſunt falſe. Sed reſpectu de
ly vterq3 ⁊ ly alter oppoſito modo operare qn̄ vis cōſtituere
caſum falſitatis q̄ ſi velles cōſtituere caſuꝫ veritatis. Itaq3
ſi vis dare falſas vbi manet ly vterq3, ponito tm̄ duo ſuppoſi
ta ſub tali diſtributione quoꝝ alteri cōueniat predicatū ⁊ al-
teri diſcōueniat, ſicut faciebas reſpectu de ly alter compone͂-
do caſuꝫ veritatis, ⁊ ſi vis dare falſas reſpectu de ly alter po
nito ad minus quatuor ſuppoſita ſicut faciebas de ly vterq3
ad dandū veras. Itaq3 ad dandū falſas has/vterq3 hō cur-
rit/vterq3 homo nō currit/ pone tm̄ duos eſſe homines quoꝝ
vnus currat ⁊ alius non, ⁊ ad dandum falſas has/alter ho-
mo currit/alter homo non currit, ponito ad minus quatuor
homines vel plures quorum duo currant ⁊ duo non currant.
¶ Septima. Si terminus aliquis in aliqua propoſitione di Septima
ſtributus in ordine ad terminū ſtantem confuſe tm̄, in altera
contradictoria aut ꝯtraria maneat cōfuſe in ordine ad illū,
verificetur affirmatiua terminis inter quos eſt defectus ha-
bentibus plura ſuppoſita, ⁊ ambe erunt vere. Plura ſuppo
ſita dicunt᷑ ad min᷒ duo, ⁊ reſpectu de ly vterq3 ad min᷒ qua
tuor, vt he propōnes/omnis homo eſt homo/a. homo non eſt
homo/dabunt᷑ vere ſi ad minus ſint duo hoīes. ¶ Octaua.
Si tm̄s aliquis in aliqua ꝓpōne diſtribut᷒ in ordine ad tm̄
ſtantem determinate, in altera ꝯtradictoria aut ſubcōtraria

maneat determinate, falsificet negatiua terminis inter quos est defectus habentibus plura supposita, et ambe erūt false, vt si sint adminus duo hoies, he sunt false/ omnis homo est. b. homo/ homo non est homo. ¶ Ex his quatuor regulis sequitur q si aliqs terminus sm acceptionē quā habet nō possit habere nisi vnū suppositum, eius distributio equiualet particularitati. Item si terminus distributus aut particularitas que in ordine ad ipsum supponit nō possit habere nisi vnum suppositum, confusa talis particularitatis equiualet determinate et ecōtrario. Immo si propositio non potest verificari ambobus terminis habentib⁹ plura supposita, vt infra declarabitur. ¶ Sed pro aliqs terminis in quibus nō committit defectus, notāde sunt etiā quatuor regle. ¶ Nona. Respectu terminoꝝ qui habent resolui post terminos in quibus cōmittit defectus nulla est particularis habenda cōsideratio, sed illa tm̄modo que requirit ad verificandā propositionē affirmatiuam (si constituit casus veritatis) vel ad falsificandā negatiuam (si constituit casus falsitatis). At circa terminos prius resolubiles obseruandū est, q si aliquis talis fuerit vniuersalitas in vtraqꝫ, et constituitur casus veritatis, constituatur casus respectu cuiuslibet suppositi illius, q si aliqua fuerit particularitas in vtraqꝫ, et constituit casus falsitatis, constituendus est casus respectu cuiuslibet suppositi talis particularitatis. V.g. in his ppositionibus/ ois homo et homo non sunt aialia/ a. homo et ois hō sunt aialia, defectus est tm̄modo inter partes subiecti, et ly aial in vtraqꝫ resoluit post illas ambas partes subiecti. Igit nulla est particularis habēda cōsideratio circa talē terminū, sed siue habeat vnicum suppositum siue plura, dūmodo affirmatiua verificet, singulis partibus subiecti habentib⁹ plura supposita, ambe erunt vere, itaqꝫ, siue sint tm̄ duo hoies et non sint alia aialia, siue etiam reb⁹ vt nunc, ambe sunt vere. Sed in his ppōnibus/ ola animalia, ois hō et hō sunt/ aliqua aialia. a. homo et omnis hō nō sunt, q: ly animalia respectu cuius nullus cōmittit defectus, est prius in vtraqꝫ resolubile qꝫ partes predicati in quibus cōmittit defectus, est cōstituendus casus veritatis respectu cuiuslibet suppositi illius, itaqꝫ requirit nō esse nisi vnicum suppositū, vt pura duo hoies. Pariter ad cōstituendas has falsas/ aliqua animalia omnis hō et b. homo sunt/ aliqua alia hō et omnis hō non sunt/ requirit non esse nisi vnū suppositum de ly aialia, q: est terminus prius resolubilis, sed si poneretur a parte predicati, idem esset q haberet vnū vel plura Hoc est obseruādū in omnibus defectibus siue acceptionis siue quātitatis. Quare in his/ cuiuslibet hois equus currit cuiuslibet hois equus nō currit/ ad constituendū eas veras requiritur q casus constituat respectu de ly hois qui est terminus prius resolubilis, ita q quilibet hō habeat equū currentem et equū quiescentem, sed ex parte de ly currit nulla est habenda particularis consideratio nisi que sufficiet ad verificandam affirmatiuam. Et ad constituendum has falsas/ hominis quilibet equus currit, hominis quilibet equus non currit, constituendus etiam casus respectu cuiuslibet suppositi de ly hois, qui est prius resolubilis/ qꝫ ly equus in quo committitur defectus. ¶ Decima. Oēs vniuersalitates respectu quarū non cōmittit defectus non habeant si possibile est nisi vnū suppositum qn̄ cōstituit casus veritatis, nec particularitates habeant nisi vnū qn̄ cōstituitur casus falsitatis, vt captis his ppositionib⁹/ vterqꝫ homo et quilibet equus sunt animalia/ vterqꝫ hō et quilibet equus nō sunt animalia/ si cōstituat casus veritatis ratione particularitatis de ly vterqꝫ, q: ly equus est terminus respectu cuius nō cōmittit defectus (defectus inqꝫ rōne cuius cōstituit talis casus, sic eñ est semper intelligendū) et distribuit in vtraqꝫ, nō habeat nisi vnicū suppositū. Itaqꝫ sic bñ instabit. Vtrūqꝫ ens et quelibet materia sunt hō, vtrūqꝫ ens et quelibet materia nō sunt hō, si sint duo hoies cōicantes in materia et alia entia. Et ad cōstituendum has falsas/ vtrūqꝫ ens et materia sunt hō, vtrūqꝫ ens et materia nō sunt hō, rōne vlitatis de ly vterqꝫ, ponito tm̄ esse vnum hominē, et instabis per has/ vtraqꝫ pars essentialis et materia sunt hō/ vtraqꝫ pars essētialis et materia nō sunt hō/ vbi obseruasti q ly vterqꝫ respectu cuius cōstituit casus falsitatis, tm̄ habeat duo supposita iuxta tenorē sexte regule, et ly materia que est particularitas in qua nō cōmittit defect⁹ ratione cuius constituit casus, habeat tm̄ vnum. ¶ Undecima. Si in aliquibus ppōnibus modalibus cōmittat aliquis defectus, et nō potueris instare in proprijs terminis, q: rōne taliū modoꝝ sepe constituūtur ppōnes impossibiles aut necessarie, instato in propositionib⁹ de inesse et facito per nouā impositionē q termini habeāt tot adequate supposita respectu taliū modoꝝ, quot habēt respectu copule de presenti. V.g. vis dare has veras/ aliquis hō omne aial pōt esse, aliquis homo non potest esse aial, insta in propositionib⁹ de presenti per quintā regulā, et instabis sic/ aial ois homo est, aial non est hō, vbi requirit q nō sit nisi tm̄ unum suppositū respectu predicati distributi, ponito loco illius ly. a. qđ valeat tm̄ sicut petrus vel chimera et instabis sic/ aial omē. a potest esse, animal nō potest esse. a. Exemplifica per ly necessario et per ly cōtingēter discurrēdo per oēs regulas eodem modo. ¶ Duodecimo. Si ponant alique ppōnes multoꝝ terminoꝝ, attēdito ad illos duos in quibus committit defectus, et insta respectu illoꝝ, et respectu omniū alioꝝ ponito vnū et eundē terminum, qui supponat pro aliquo in quo cōicant alia supposita terminoꝝ ex parte quoꝝ cōmittebatur defectus. V.g. propositis his duabus ppositionib⁹/ ois homo et ois equus, ois homo et equus sunt/ a. hō et equus, homo et ois equus non sunt. Vides defectum esse inter primā partē subiecti et secundā predicati. Insta ergo per istas/ ois homo est hō/ a. homo omnis homo est (quod facies si sint plures hoies) et loco aliorum pone ly materia, et pone omnes hoies cōicare in materia. Itaqꝫ instabis sic/ omnis hō et ois materia, ois materia et hō sunt, a. homo et materia, materia et omnis homo nō sunt. Et idem esset si ly materia distribueret in vtraqꝫ. Nam qn̄ in aliquibus terminis cōmittit defectus respectu cuius nō componit casus, non est habēdus aliquis respectus ad tales terminos ¶ Per has oēs regulas euidentius operaberis si assumas (vt dictū est) veram contradictoriā negatiue, et cōferas cum affirmatiua. Et formata consequētia ex affirmatiua ad contradictoriā negatiue, in casu quo añs est verum et consequēs falsum, dabis ambas veras, et formata ꝯña ex cōtradictoria negatiue ad affirmatiuā, casu quo añs est verum et ꝯñs falsum, dabis ambas falsas. Quod si vis probare propositiōes tibi ppositas nō posse dari veras, vtere hac ꝯña. Ex affirmatiua infert cōtradictoria negatiue, ergo nō possunt dari vere Et si vis probare nō posse dari falsas, vtere hac. Ex cōtradictoria negatiua infert affirmatiua, ergo nō possunt dari false.

Nona. · Decima. · Undecima. · Duodecima.

¶ Est autem pro arte instādi summo opere adnotandū qn̄ vniuersalitas equalet particularitati, vez cū terminus distributus nō potest habere nisi vnicū suppositum vt/ omne ens qđ est omnis homo disputat/ ens qđ est omnis homo disputat. Item qn̄ cōfusa equiualet determinate aut determinata confuse. Quod potest quinqꝫ modis contingere. Primo. Quādo nō tenet in ordine ad vniuersalitatem, vt/ hō disputat/ a. hō disputat. Secūdo. Qn̄ talis vlitas est immobilis, vt/ equ⁹ cuiuslibet hois currit/ equs cuiuslibet hois est currens. Tertio. Qn̄ propō non pōt verificari nisi aut vlitate aut particularitate vnicū suppositū habētib⁹, vt a. hois brunellus qlibet equus est/ hois brunellus quilibet equus est. Quarto. Qn̄ est essentialis dependētia resolutionis vnius tm̄ a resolutione alteri⁹, vt capite de ascēsu dictum est de relatiuo reciproco et relatiuo alietatis, qđ vez eoꝝ resolutio depēdet a resolutione determinationis. Nā tunc determinata illi⁹ tm̄ qui ab alio depēdet equalet cōfuse in ordine ad vlitatē illi⁹ a quo depēdet, et ꝯfusa illi⁹ a quo alt⁹ depēdet equalet determinate i ordine ad vlitatē illi⁹ qui ab ipō depēdet. Quare hec/ ois hō est. b. vidēs se (relatiuo referēte subiectū) equalet huic/ ois hō est vidēs se, et hec/ cuiuslibz hois. b. equ⁹ currit/ huic/ cuiuslibet hominis equ⁹ currit. Sicut hec 2. No.

a.homo nō videt se/equiualet huic/homo nō videt se/ & hec/ a.hois quilibet equus currit, huic hois/quilibet equ⁹ currit Quando particularitas & vniuersalitas virtualr̄ sunt in diuersis categoricis, vt ois homo vel equus est aial; ly vel diuisiue tento, equiualet huic/omnis hō vel.b. equus est aial/sicut hec/omnis hō & equus est animal/huic/ ois hō &.b.equ⁹ est animal/ qz cum tales categorice possint immediate resolui per disiunctiuā aut copulatiuā, vniuersalitas illa & particularitas virtualr̄ sunt in diuersis categoricis. Modo termini vnius categorice nō supponunt in ordine ad terminos alterius. Unde qñ totum disiunctū supponit confuse tm̄, qz talis categorica nō est reducibilis ad hypotheticā anteq̄ vniuersalitas alterius extremi resoluat̄, cōfusa vnius partis nō equiualet determinate in ordine ad vniuersalitatē alterius partis, vt he/ois homo omne rōnale vel.d.risibile est/ omīs homo omne rōnale vel.b.risibile est, non equiualent, nā solis duobus hominib⁹ existētib⁹ prima est vera scda falsa. Sicut nec he equiualēt/omne rōnale & risibile.c. hō est/omne rōnale &.b.risibile.c.homo est, denotat ly.c.q̄ resoluta prima parte subiecti prius resoluatur predicatū qd restat determinate in ordine ad ly et q̄z resoluat̄ per copulatiuā) Nam eodem casu prima est vera, & scda falsa. Hoȝ autem singula infra magis elucescēt. ¶ Solent inter instandū, & fieri impones, et casus cōstitui impossibiles, immo ridiculi, vtpote q̄ duo hoies cōstent ex eadē materia, q̄.a.significet tm̄ sicut pars materie vel binarius hominū &c̄. At cum in dialectica potissimum in hac parte sola forma disputandi inuestiget̄, nimirū si permittatur summulistis, qui nihil circa materiā cōsiderantes, quibuscūq̄ terminus & casibus vtantur. Etenī nō posset intellectus rudiū iuuenū ad materiam & ad formā simul attendere Unde Aristoteles.2.metha. Absurdū est (inquit) simul querere scientiam & modum sciendi.

¶ Lectio quarta.

Superest hec oia argumētis nōnullis magis aperire. Ubi ne opus in infinitū habeat, nec aliqd argumentū intēpestiue preponemus, cuius materia ex sequentibus pēdeat, nec in eadē materia plura multiplicabimus, sed (qd artis cuiusq̄ est) vno eodēq̄ facili exēplo materias singulas explicabim⁹, per quod solertissimi cuiusq̄ erit alia eiusdē generis multiplicare. Nec tractatus singulos circa singulas oppositionis species distinguemus, sed fere contra solā contradictionē argumēta formabimus. Que quidē si cōnexionem omniū specierū occulatius inspexeris, facile poteris ad alias species applicare. Etenī si alique propōnes sunt cōtradictorie, subalternās particularis est cōtraria vniuersalis, et subalternata vlis est subcontraria particularis. Sicut si alique ppōnes sunt cōtrarie, cōtradictorie illarum sunt subcōtrarie, & si subcōtrarie, cōtradictorie illarum sunt contrarie. Ex quibus regulis alias corollarias tuipse infer. Quare postq̄ aliqd argumentū duarū contradictoriarū calueris, mutato in altera illarū aliquā particularitatē in vniuersalitatē, aut aliquā cōfusam in determinatā, aut terminū aliquem distributū in negatiua magis ampliato, & tunc poteris idem argumentū formare cōtra legem contrariarū. Nō si vis ipsum formare contra legem subcōtrariarū mutato in altera aliquam vniuersalitatem in particularitatē, aut determinatam in confusam, aut terminū aliquē in affirmatiua nō distributum magis ampliato.

¶ Igitur cōtra legem contradictoriarum primo arguit̄. He ppōnes/petrus disputat/paulus nō disputat/sunt cōtradictorie, & tm̄ nec in veritate nec in falsitate repugnant, ergo lex nulla. Probat̄ maior. Dicte ppōnes sunt cōtradictorie harū duarū/petr⁹ nō disputat/paulus disputat, qz prima illarū ꝑme harū, & scda, secūde, ḡ sunt cōtradictorie. ¶ Et confirmatur primo. He ppōnes/in hac aula sunt discipuli/in hac aula nō sunt discipuli/sunt contradictorie, & sūt vere, ergo lex nulla. Maior patet, qz oēs terminos precedit negatio in negatiua, preter terminū singularem, qd sufficit ad recte cōtradicendū, & probat̄ minor. Affirmatiua est vera, vt notū est, & ꝓbat̄ negatiua. In hac aula entia nō sunt discipuli, qz in aula libri non sunt discipuli, ergo in hac aula non sunt discipuli. ¶ Confirmat̄ scdo. He ppositiones inter hanc & hanc diem erit petrus/ inter hanc et hanc diem nō erit petrus (primo pronomine demonstrāte diem dñicam et scdo diem mercurij) sunt cōtradictorie, sed ille sunt vere, ḡ Maior videt̄ nota ea ratione qua maior precedētis cōfirmationis & minor itidem videt̄ vera, casu quo petrus erit die lune, nō aūt die martis. ¶ Confirmat̄ tertio. He ppositiones/ omnis homo est animal/nō omnis hō est animal/sunt cōtradictorie, & tm̄ nō repugnāt in veritate, ergo lex nulla. Maior est nota per illud prouerbiū dialecticum. Non est verius cōtradicere &c̄. et probat̄ minor, nam veritas affirmatiue nota est, & negatiua sic cōstat. Nullum aial ois homo est, ergo nō omnis homo est animal. Consequentia tenet per cōuersionē simplicē, & aña patet per ascēsuȝ copulatiuū sub ly aial, aut per falsitatem contradictorie.

1. No. ¶ Pro argumēti solutione notato duplices esse terminos pluralis numeri, alios in q̄bus denotat̄ intrinseca relatio inter partes copulati inclusi in tali termino, vt fratres, amici &c̄. alios in quibus nō denotat̄ talis intrinseca relatio, vt videntes, percutientes &c̄. V.g. hec ppositio/petrus & paulus sunt fratres, quāq̄ nihil aliud addat̄, denotat petrum esse fratrē pauli & econuerso. He vero/petrus et paulus sunt videntes/nisi addas/se inuicem/non denotat nisi q̄ petrus sit vidēs & paulus sit videns, siue se, siue aliud Nec alia est expectāda ratio huius diuersitatis, q̄ cōmunis vsus, ratione cuius, suplētis vicem impositionis, intellectus concipit talr̄ per illos, & aliter per hos terminos. Ly cōtradictorie est primi generis. Per hanc enī/he ppositiones sunt cōtradictorie/ denotat̄ q̄ sibi inuicem sint cōtradictorie. Unde ad argumentum negat̄ maior, & ad probationem negatur ꝯña, vtpote in cuius añti denotatur relatio extrinseca, & in cōsequenti intrinseca. ¶ Sed contra. He propositiones/quidā homo, est hō est/nullus homo, est hō est/sunt ꝯtradictorie ad sensum datū (subiectum enī vtriusq̄ est ly homo, & predicatū illa propositio homo est) et sunt vere, ergo lex nulla. Probatur minor. Propositiones assumpte sunt tres ppōnes vere, vtputa quidam homo est/hō est/nullus homo, est hō est/ergo sunt vere. ¶ Concessa maiori distinguit̄ minor, scȝ q̄ sint vere, vel q̄ sint propōnes vere in quocūq̄ numero, conceditur, vel q̄ sint vere.i. q̄ tota prima s̄m significationē qua est ꝯtradictoria secūde sit vera, & secūda pariter s̄m significationem qua est cōtradictoria prime, negat̄. Modo sensus legis ꝯtradictoriarū huiusmōi est. Si due ppōnes sunt inuicem cōtradictorie, nō potest fieri vt prima sit vera, & simul scda, s̄m significationē qua sunt cōtradictorie. Qd addiderim, qz si essent equiuoce, possent esse cōtradictorie s̄m aliquā significationē, & vere s̄m aliā. Pariter si ex terminis hoȝ propositionū/ois hō est animal/hō non est aial/ alr̄ in alio loco dispositis, fierent alie ppōnes, possent esse ꝯtradictorie in vno loco & vere in altero. ¶ Adhuc aūt arguit̄. He ppōnes/petrus disputat/petrus nō disputat/sunt cōtradictorie, & possunt simul esse vere, ergo lex nulla. Probat̄ minor. Prima nūc pōt esse vera & secūda nūc pōt esse vera, ḡ ambe simul possunt esse vere. ¶ Ad hanc replicā solent nōnulli distinguere minorē, q̄ si ly simul determinet ly possunt, sit vera, vt probat argumētū, qz simul habēt potestatē vt vtraq̄ sit vera. Sed si determinat (dicūt) ly esse, negatur. Nam sensus est q̄ tales propositiones habēt potentiam vt simul sint vere. Sed re vera q̄uis ly simul determinet ly possunt, non concederem q̄ he ppositiones (duabus ꝯtradictorijs demonstratis) simul possint esse vere. Primo sequitur bene. He propositiones possunt simul esse vere, ergo he propōnes possunt esse vere, qd de duabus cōtradictorijs male sonat. Maxime qz in sensu cōposito falsum est dicere/possibile est has propositiones esse veras, et s̄m regulam

modaliū quando subiectū modalis est terminus singularis, sensus cōpositus ꝛ diuisus equiualent. Secundo. si illa ꝯña argumenti valeret, pariter valeret hoc modo / hec propositio potest in hoc instanti esse vera (demōstrato. a. instāti hore future) et sua cōtradictoria potest in. a. instanti esse vera, ergo ambe possunt simul esse vere, adhuc ly simul determinante ly esse. ¶ Igitur ad argumentū negaꝫ illa ꝯña ad eius probationem adducta. Nā cum copulatū inclusum in illo termino pluralis numeri / ambe / accipiaꝫ cōplexiue nō habet resolui per copulatiuā. Sed ad veritatē ꝯiūctiue preter veritatē añtis requiriꝫ ꝙ veritas possit simul cōtingere ambabus. i. ꝙ stet veritas vnius cum veritate alterius.

¶ Ad primā confirmationem. Multi
2. No. propter probationē minoris negāt maiorem, sed certe nō respondent ad eius probationē. Quare concessa maiore negatur minor, et negatur veritas negatiue. Nam cū ly entis nō includaꝫ in ly aula (vt illi falso existimāt) sed in verbo / sunt / quod sequitur negationē, re vera ly entis distribuiꝫ. Ubiqꝫ in illa ꝯña / in aula entis nō sunt discipuli / ergo in aula non sunt discipuli, arguiꝫ a non distributo ad distributū. ¶ Sed cōtra. Isti libri non sunt discipuli, et isti libri sunt in aula, ergo in aula nō sunt discipuli. Quod si dicas argumentari a non distributo ad distributū ex parte de ly entis, que est minor extremitas, ad minus hec ꝯña esset bona / in his hominib⁹ non sunt discipuli / ꝛ hi hoīes disputant in hac aula, ergo disputātes in hac aula nō sunt discipuli, sed casu quo soli discipuli disputarent in hac aula, añs esset verum ꝛ ꝯñs falsum, ergo alius defectus erat in illa ꝯña. Ad hoc. In prima ꝯña solū arguitur a non distributo ad distributū, sed in scđa alius cōmittiꝫ defectus, vꝫ ꝙ minor extremitas nō concludiꝫ in eodem casu in quo stabat mediū in maiori. Igiꝫ concludendū esset, ergo in disputātib⁹ in hac aula nō sunt discipuli, quod est verū sicut añs. Sed de hoc in syllogismis. ¶ Ad secundā cōfirmationē distinguiꝫ maior, nā si ly inter accipiaꝫ aduerbialr, negaꝫ, q: manet eadē particularitas ex parte de ly tpe incluso in ly inter, ꝛ sic sunt vere. Sed si accipiatur vt sit prepositio, cōceditur, ꝛ negaꝫ minor. Nec sequiꝫ in hac die martis nō erit petrus, ꝛ hec dies erit inter hanc ꝛ hanc diē, ergo inter hanc ꝛ hanc diē non erit petrus, sed est cōcludendū in aliquo existente inter hanc ꝛ hanc diē non erit petrus. Nam in prima arguitur a non distributo ad distributū, ex parte de ly tēpus qđ, nō in prepositione, sed in verbo includiꝫ. Nescio tñ an latine possit accipi hic aduerbialr. ¶ Circa tertiam cōfirmationē notato, in prouerbio esse apud dialecticos. Non est verius cōtradicere ꝙ toti ꝓpositioni negationē preponere. Qđ duob⁹ limitaꝫ. Primo. Nisi ꝓpō includat relatiuū depēdens ab añti alterius categorice. Ne enī ipsemet est hō nō ipsemet est hō, si admittaꝫ relatiuū referre subiectū hui⁹ / aliquis homo est / nō cōtradicunt. Secundo, quādo talis propositio haberet infinitas negationes. Quo habito vt cognoscas suppositionē termini in quē duo signa se impedientia feruntꝫ vtere hac regula. Terminus in quē ferūtur talia signa supponit ꝯtradictorio modo ad suppositionē quā haberet dēpta negatione, aut dēpta prima si fuerint plures. V. g. subiectum huius / non ōis homo est aīal / supponit determinate, q: dempta negatione distribuiꝫ in ordine ad terminū stantē confuse, ꝛ predicatū huius / nullus homo nō est aīal / supponit cōfuse, q: dēpta prima negatione distribuiꝫ in ordine ad terminum stantē determinate, et scđa pars subiecti huius / nullus homo ꝛ ōis hō sunt aīalia / supponit confuse in ordine ad primā, ꝛ determinate in ordine ad predicatū. Nota ꝙ non dixerim / supponit cōtradictorio modo ad suppositionē quā haberet in sua cōtradictoria. Primo. Quia cū ad dandā contradictoriā alicuius signate propositionis respiciendum nobis sit ad suppositiones terminoꝝ ipsius signate propositionis, si vellemus probare suppositiones per solum respectū ad cōtradictoriam, esset circulus, aut petitio principij. Secundo. Quia in rei veritate ad cognoscendum suppositiones talis termini non est respiciendū ad contradictoriā, sed solum ad id quod restat dempta negatione. V. g. ad cognoscendū suppositionem predicati huius propositionis / hominis nullus equus nō est animal non debemus respicere qualiter supponebat in hac / cuiuslibet hoīs equus non est aīal / que est sua cōtradictoria, sed qualiter supponebat in hac / hominis equ⁹ nō est animal / sola negatione dempta, q: negatio nō respicit terminos precedentes. Quare predicatū dicte affirmatiue supponit cōfuse, q: ꝙ fingeres ly equus in hac / cuiuslibet hominis equus nō est animal / supponere confuse in ordine ad predicatū, q: hoc dato contradictoria huius nō esset illa, sed hec / hominis nullus equus nō est. b. aīal, aut quilibet equus est. b. animal. ¶ Igitur ad tertiā confirmationē concessa maiori negatur minor, ꝛ negatur negatiua. Et in illa ꝯña quā appellauimus ꝯuersionem arguitur a confusa ad determinatā ex parte de ly homo. Qui defectus in propositionib⁹ multarum negationum passim latet.

¶ Secūdo ad ꝓncipale arguiꝫ. He propositiones / omne aīal fuit in archa noe / aliquod aīal nō fuit in archa noe / sunt cōtradictorie, ꝛ tñ non repugnant in veritate, ergo lex nulla. Maior videꝫ nota ꝛ ꝓbatur minor. Casu quo cuiuscūqꝫ speciei aīalis aliquod animal fuisset in archa noe, affirmatiua est vera, q: hunc ipsum sensum facit, et probatur negatiua. Arist. non fuit in archa noe, et Arist. est vel fuit aliquod animal, ergo aliquod aīal non fuit in archa noe. ¶ Cōfirmaꝫ primo / hc ꝓpōnes / qualislibet homo disputat / qualislibet hō non disputat / sunt cōtrarie ꝛ tñ non repugnant in veritate, ergo lex cōtrariarū nulla. Maior videtur nota ꝛ probatur minor. Si omnes hoīes essent albi ꝛ aliquibus disputantibus alij non disputarēt, ambe essent simul vere, ergo. ¶ Confirmaꝫ scđo hc ꝓpōnes / quasiquilibet homo disputat / quasiquilibet homo non disputat / sunt subcōtrarie et tñ non repugnāt in falsitate, ergo lex subcōtrariarū nulla. Minor claret, nā si dimidia pars hominū disputaret ꝛ dimidia non disputaret, essent simul vere, ꝛ maior pariter videtur vera, q: si quilibet est signum vniuersale, ly quasiquilibet erit particulare, quod remanet in vtraqꝫ.

¶ Prima in oppositiōibus difficultas 3. No.
est ex parte signoꝝ incomplete distribuentiū. Quarū primū est ly omne. Cui bifariā cōtingit incōplete distribuere. Primo. Cum terminos diuinos distribuit pro solis immediatis significatis, de quo in calce syllogismoꝝ disputabiꝫ. Scđo. Qñ terminū genericū distribuit pro generibus singuloꝝ, qđ in hoc argumēto petiꝫ. Unde ly omne distribuere pro singulis generū est distribuere pro cuiuscūqꝫ speciei singulis indiuiduis, et distribuere pro generibus singuloꝝ est distribuere pro speciebus tñ. i. pro cuiuscūqꝫ speciei aliquo indiuiduo. Quarū prima distributio diciꝫ cōpleta, qđ pure copulatiue resoluaꝫ, et scđa incompleta, ꝙ partim copulatiue partimqꝫ disiunctiue. Pariter ly aliquod potest dupliciter particularizare, aut vꝫ complete. i. pro alicuius speciei aliquo indiuiduo, aut incomplete. i. pro alicuius specie quocūqꝫ indiuiduo. Unde talia signa vt existimo alijs actibus subordinantur, qñ cōplete, ꝛ alijs qñ incōplete distribuūt aut particularizant. ¶ Duplr igiꝫ resoluiꝫ propositio de ly ōe incōplete distribuente. Primo. per vnam categoricā exponentē sensum distributionis. V. g. illa vniuersalis argumenti exponiꝫ per hanc / de qualibet specie animalis / aut / cuiuslibet speciei animalis aliquod animal fuit in archa noe. Nec te solicitet, sitne formalis cōsequentia a tali exponibili ad talem exponentem, aut contra. Nam cū ly specie, nullatenus sit synonimū cum aliquo termino exponibilis, re vera non opus est consequentiam esse formalē. Instares enī per hanc / omne animal fuit in archa noe, ergo cuiuscūqꝫ qualitatis animalis aliqđ animal fuit in archa noe. Sed satis est, esse cōsequentiā materialem. Qui autem voluerit fingere aliquam synonimitatem inter ly speciem ꝛ ly animal (non prohibemus) fingat. Opposito modo particularis exponitur, per hanc scꝫ, de ali

qua specie alalis qlibet alal non fuit in archa noe. ¶ Posset scdo hmoi propositiones resolui immediate per ascẽsum aut descẽsum sub termino sic distributo aut particularizato. Unde sub tali termino distributo triplex solet assignari modus descẽdendi ⁊ ascẽdendi. Primus (qui est cõis) copulatiue sub disiunctione. Sic scz q̄ oia indiuidua eiusdẽ speciei demonstrent disiũctiue, ⁊ cũ trãsit ad indiuiduũ alius speciei, trãseat copulatiue. V. g. sub dicta ppõne sic ascendit/hoc alal fuit in archa noe/vel hoc alal fuit in archa noe (demõstratis hominibus) ⁊ hoc alal fuit in archa noe (demonstrãdo equum) vel hoc alal ⁊c̃. ⁊ sic de singulis, ⁊ hec alalia sunt vel fuerũt oia alalia, ergo oẽ alal fuit in archa noe. Sed hec ɔña nõ est formalis. Nã si demonstrares duos hoies disiunctiue et trãsires ad tertiũ hoiem copulatiue ⁊ ita in singulis speciebus talis ɔña eẽt eiusdẽ forme cũ prima, ⁊ tñ ecõtrario añs esset verũ ⁊ ɔñs falsum, si de qualibet specie non fuisset nisi vnum alal in archa. ¶ Scdo modo. ascendit pure copulatiue p terminos specificos contentos sub tali tmõ distributo. V. g. sub dicta ppõne sic ascẽdit/homo fuit in archa noe, ⁊ leo fuit in archa noe, ⁊ sic de singulis, ⁊ homo ⁊ leo ⁊c̃. sunt vel fuerunt oia animalia/seu/oẽs species animalis, ergo omne alal fuit in archa noe. At nec modus hic est formalis, nã hec ɔña/albũ fuit in archa noe, ⁊ nigrũ fuit in archa noe ⁊ sic de singulis. et albũ ⁊ nigrũ sunt vel fuerunt oẽs colores alalis, ergo oẽ alal fuit in archa noe/est eiusdẽ forme cũ illa, cuius tñ añs eẽt verũ ⁊ ɔñs falsum, si cuiuscũqȝ speciei alalis fuissent partim alba ⁊ partim nigra, ⁊ non fuissent in archa noe nisi homines. Et q̄ hec ɔña sit similis forme cũ illa, patet, nã nulla est synonimitas intrinseca inter terminos pme q̄ nõ sit inter terminos secũde. Nisi diceres, in prima terminos per quos ascendit esse inferiores ad terminũ sub quo ascendit, qd̄ non accidit in scda. Sed inferioritas nõ reputat synonimitas seruanda ad similitudinẽ forme. Nec a superiori ad inferius fit ɔña formalis. Itẽ adhuc seruata illa inferioritate, in simili non sequit, homo fuit in archa noe, ⁊. a. fuit in archa noe, et homo. a. sunt vel fuerunt oẽs species alalis, ergo omne alal fuit in archa noe. Etem̃ si non fuissent in mundo nisi hoies, equi ⁊ leones, ⁊ homines ⁊ equi fuissent in archa noe ⁊ nõ leones, ⁊ ly. a. valeret sicut equus vel leo, añs esset verum ⁊ ɔñs falsum. Nec licet libere addere cõstantie, nescio quã aliã propositionẽ quã nõnulli addunt. s. ⁊ quodlibet. a. cum quolibet a. est eiusdẽ speciei, eẽt eñ hoc gratis dictu. ¶ Tertio modo solet fieri ascẽsus pure copulatiue per singularia vaga incõplete singularizantia. V. g. hoc alal fuit in archa noe et hoc alal fuit in archa noe ⁊c̃. singula indiuidua cuiuscunqȝ speciei animaliũ demonstrando. Sed sensus cuiuscũqȝ singularis est huiusmodi/de hac specie alalis cuius est hoc animal aliqd̄ fuit in archa noe. Et hic modus est formalis. Quare cum exigat formalis ascensus aut descensus, assignet hic vltimus. At cũ de hoc nõ fuerit q̄stio vidẽdũ est scdo modo, qui, cum fiat per terminos specificos, videt adaptatus distributioni pro speciebus. Vides qualr in his modis descẽdẽdi, q̄uis diuersimode, tñ in omnibus ascenditur partim copulatiue ⁊ partim disiunctiue. Opposito modo est ascendendũ ⁊ descendendũ sub illo termino aliqd̄. ¶ Per hec facile potes inter propositiones hmoi signoꝝ omnẽ speciem oppositionis constituere, vtpote si earũ exponentes inspexeris. V. g. affirmatiua ratione subiecti ⁊ vniuersalitatẽ ⁊ particularitatẽ includentis omne genus oppositionis potest habere. Nã hec/omne alal fuit in archa noe, subiecto cõpleto distributo, est eius subalternans, ⁊ hec/aliquod animal fuit in archa noe, subiecto cõplete particularizato, eius subalternata. Itẽ hec/oẽ animal non fuit in archa noe, subiecto cõplete distributo, est eius cõtraria, et hec/aliqd̄ animal nõ fuit in archa noe, subiecto cõplete particularizato, eius subcõtraria, quod si incõplete particularizet, est eius ɔtradictoria. Proportionabilr agito circa hanc vltimã negatiuã. ¶ Igitur ad argumentũ distinguit maior. Si eñ ⁊ signum vniuersale complete distribuat, ⁊ particulare cõplete particularizet, conceditur, ⁊ negat

Ad scdm.

vniuersalẽ esse veram. Rursus si ambo signa incõplete accipiant, pariter cõcedit, ⁊ negatur negatiuã esse veram. Et in illa ɔña/Arist. non fuit in archa noe ⁊c̃. arguitur a nõ distributo ad distributum ex parte de ly aliqd̄ animal, nisi acciperes ipm̃ ⁊ in minori incomplete, sed tũc minor esset falsa. Si aũt in assumptis propositionibus primũ signũ distribuat cõplete ⁊ alterũ particularizet incõplete, aut primũ distribuat incomplete ⁊ scdm particularizet complete, negatur esse contradictorias, quia primo modo, cũ maneat virtualiter eadẽ vniuersalitas sunt contrarie, ⁊ scdo modo, cum maneat eadẽ particularitas, subcontrarie.

¶ Sed cõtra illum modum exponẽdi 3. No.

arguitur. Sequeret has duas/omne alal est coloratũ, omne alal non est coloratũ, signo in affirmatiua cõplete ⁊ in negatiua incomplete distribuẽte, non esse cõtrarias, in quibus tñ nullus defectus ad cõtrarietatẽ cõmittit. Et q̄ sequat patet dupltr. Primo. Casu quo singularum specierũ sint plura indiuidua, ⁊ oia colorata, affirmatiua est vera, vt notũ est, ⁊ patet exponens negatiue. s. cuiuscũqȝ speciei animalis aliquod alal non est coloratũ/per ascensum copulatiuũ sub predicato distributo in ordine ad ly alal stans confuse tñ, aut prius sub illo obliquo, dũmodo ly alal maneat confuse. Scdo. Si non esset nisi tñ vnũ animal in mũdo, affirmatiua esset vera et pariter negatiua, vtpote cuius subiectũ nõ supponeret. Nã species animalis, (vt dicunt) est collectio plurium indiuiduorum eiusdẽ speciei. ¶ Ad hanc replicã negat sequi ex dictis assumptas propõnes nõ esse cõtrarias, vnde circa primã probationẽ incõtrariũ notato, q̄ sicut signa incõpleta cõfundũt terminos mediate sequẽtes, ita termini incõplete distributi, qui sunt quodãmodo particularitates, possũt confundi a signis mediate precedẽtibus, sed a signis immediatis incõplete distribuentibus nullo modo cõfundunt. V. g. in hac propositione omne alal omne coloratũ est, ambobus signis incomplete distribuentibus, primũ signũ cõfundit particularitatẽ predicati non tñ cõfundit subiectũ, sed ipsum incõplete distribuit. Unde opinio cõis haberet exponere talẽ ppositionẽ sic/cuiuslibet speciei alalis. b. animal/cuiuslibet speciei colorati aliqd̄ coloratũ est. Et hãc/oẽ alal nõ est coloratũ/sic/cuiuslibet speciei alalis. b. alal nõ est coloratũ. Sed in veritate nõ opus est addere ly. b. Nã (vt supra dictum est) in hac ppõne cuiuscũqȝ speciei alalis aliquod alal nõ est coloratũ ly alal supponit cõfuse solũ in ordine ad precedentẽ distributionẽ, ⁊ in ordine ad sequentẽ determinate. Igitur negat esse vera rebus vt nunc. Nec lz prius ascendere sub predicato q̄ sub ly alal supponente determinate in ordine ad ipm̃. Ex quo sequit q̄ in hac ɔña/omne alal omne coloratũ est/ergo oẽ coloratũ omne alal est, arguit a cõfusa ad determinatã ex parte de ly coloratũ. Et si argueres ecõtrario, cõmitteres eundẽ defectũ ex parte de ly alal. Et idẽ defectus cõmittit in hoc/vbi genitiuũ tñ nolatiuus pcedit, ⁊ tñ nominatiuus vbi genitiuum pcedit, ex parte de ly nolatiuus. Qui quidẽ ibs in ɔñte, q̄uis in ordine ad vltatẽ signi precedẽtis teneat cõfuse, in ordine tñ ad ly genitiuũ tenet determinate, in ordine ad quem tenebatur in añte confuse. Nec satis est (qd̄ quidã falso putant) assignare pro defectu ɔñe q̄ varietur probatio, nã arguẽdo a determinata ad confusam variat probatio, nihilominus est bona ɔña. ¶ Circa secundã probationẽ eiusdẽ maioris magna est inter nominales disputatio, vix potentes cõstituere q̄ nã res sit species animalis, scz species humana, equina ⁊c̃. Dicunt eñ nõnulli aliam esse nunc speciẽ humanã scz colectionem hominũ nunc viuentiũ, ⁊ aliã fuisse tempore Aristotelis, vtputa colectionẽ tunc existentem, ⁊ aliã tẽpore noe ⁊c̃. Unde horum, partim negant hanc propositionem/omne animal fuit in archa noe, quod harum specierũ animalium que nũc sunt nullum fuerit in archa noe, partim concedunt illã sed in sensu (inquiunt) improprio videlicet q̄ cuiuscunqȝ speciei aliquod animal, vel aliud quod fuit similis speciei, fuit in archa noe. Sed quisnã philosophus ɔcedat, plures fuisse

species humanas, aut me non esse nunc eiusdē speciei, cuius fuit auus meus. Alij dicunt speciē humanā non esse nisi vnā: vtputa totā colectionē hominū a principio vsq̧ ad finē mundi. Sed isti asserunt speciē esse ens successiuū, cuius tn̄ indiuidua sunt permanētia. Et negāt q̄ aliqua sit, aut fuerit species humana, verbo vniente pro instanti. Nunc nullus philosophus approbasset. Est qui dicit ly species humana in ordine ad quācūq̧ copulam conuerti cū ly omnes hoīes colectiue. Itaq̧ in hac/species humana est/supponit pro colectiōe que nūc est, ⁊ in hac/species humana fuit, pro colectione hominū qui hactenus fuerunt. Et ita respectu aliarū copulaꝝ. Sed iste ꝗ̄ꝗ̄ saluet veritatem illius/omne aīal fuit in archa Noe, non tn̄ euitat inconueniētia primarū opinionū. Nam habet cōcedere q̄ ego sum nunc alicuius speciei, cui⁹ auus meus non fuit. Immo addit hanc ꝓ̄am non valere. Isti homines sunt species aīalis, ergo sunt vel fuerūt spēs, demonstratis presentib⁹, ⁊ alia id genus q̄ non videtur dialectica. At vero miror istos, qui cū concedāt in his ꝓpositionib⁹/hō est spēs/animal est gen⁹, subiecta materialr̄ supponere, asserantq̧ subinde ly spēs nullo modo pro reb⁹, sed pro solis terminis supponere, inquirūt tn̄ que nā res preter terminos sit species. Igiẗ hec ꝓpō/cuiuslibet speciei animalis aliqđ aīal fuit in archa Noe, iuxta eoꝝ modum/hūc sensum reddit/cuiuscūq̧ termini specifici contētibilis sub ly animal aliqđ suppositū fuit in archa noe, sed ſm modum quē capite de suppositionibus asseruimus ly speciei certe supponit pro quolibet supposito ea ratione qua est cognoscibile per terminū specificum (haud eīn scio que nā alia res sit spēs humana nisi illa pro qua supponit terminus specificus homo.) Quare me demonstrato, verū est dicere/huius speciei aliquod aīal fuit in archa noe, ⁊ sic de singulis suppositis aīalis. Nam certe noe fuit huius speciei. i. eadem est ratio hoīs in me q̄ fuit in noe ⁊ que fuit in adā ⁊c̄. dicente Porphirio. Cōicatione speciei plures hoīes sunt vnus homo. Quare nō fuit in mundo nisi vna sola species humana. Igiẗ ad secundā probationē principalis replice negaẗ q̄ vno solo animali existente, illa negatiua esset vera, ⁊ negatur q̄ tale aīal nō esset alicuius speciei animalis. At si vis fingere illum modū loquēdi, debes concedere illas ꝓpōnes non esse cōtrarias, qr̄ subiectū in negatiua magis restringitur q̄ in affirmatiua.

4. No. ¶ Ex his intellectis potes si libuerit argumenta multiplicare. Istis duob⁹ cōsideratis q̄ vez quādo in aliquibus propositionib⁹ manet idē tn̄ incomplete distribut⁹ a ly oīe, aut incōplete particularizatus a ly aliqđ, tales ꝓpōnes nullā legē participant, quia primo modo manet eadē vniuersalitas ex parte determinationis incluse ⁊ eadem particularitas ex parte determinabilis, ⁊ scđo modo ediuerso. V. g. he, omne aīal fuit in archa Noe/omne aīal non fuit in archa noe nullā legē participant. Nec he/aliqđ aīal fuit in archa noe, aliquod aīal non fuit in archa noe. Item qñ a parte vtriusq̧ extremi situaẗ aliqđ signum incōpletū, si variet probatio, vtr̄ cōmittitur vterq̧ defectus. s. ⁊ veritatis ⁊ falsitatis, ⁊ ideo tales ꝓpōnes nullam legē participant. V. g. he ꝓpōnes/omne aīal omne coloratū est. a. aliqđ animal. b. aliquod coloratū non est/nullā legē participant. Et eīn sicut vnitas de ly animal stās in affirmatiua in ordine ad cōfusam ꝑdicati, in negatiua manet cōfuse, ita ⁊ vnitas eiusdē tn̄ stans in negatiua in ordine ad determinatā predicati, in affirmatiua stat determinate in ordine ad idē predicatuz, quare rōne primi defectus dabunẗ vere, ⁊ ratione secūdi, false. Et constitues casum veritatis per septimā regulā instandi, si ponas multas spēs animalis, ⁊ singularū esse vnicū suppositū, quia ly animal est virtualr̄ determinabile supponens determinate in affirmatiua, et q̄ omnia supposita sint alba, nec sint alia colorata. Et casum falsitatis per octauam, si econtrario ponas tn̄ esse speciem humanam, cuius singula supposita sint diuerse spēi coloris. Nec est artis ad particularia descendere.

¶ Per hec ad primā confirmationem 5. No. Nam sicut ly oīe ita ly qualelibet/ly quātūlibet, distribuūt pro generibus singuloꝝ. Sed est nōnulla differētia. Nam qñ ly omne distribuit terminū genericū ꝯnotatiuū, aut cōplexū ex absoluto specifico ⁊ adiectiuo generico, vt in his/omne coloratū est corpus/oīs homo coloratus disputat, si distribuat pro generib⁹ singuloꝝ, distribuit pro specieb⁹ significati formalis. s. pro cuiuscunq̧ speciei coloris aliquo colorato, vel pro cuiuscūq̧ speciei hoīs colorati aliquo hoīe colorato. Si qñ distribuit terminū genericū absolutū, vt in his, oīe aīal fuit in archa noe/omne animal coloratū fuit in archa noe, tunc distribuit (vt dictum est) pro specieb⁹ significati materialis. At signū qualelibet nūq̄ distribuit nisi pro specieb⁹ qualitatis, ⁊ ly quantūlibet, pro speciebus quātitas, q̄ terminis absolutis adiacedt. Quare dicta signa, proportionabilr̄ ad ly oīe, quādoq̧ accipiūtur cōplete, ⁊ qñq̧ incōplete. Et pariter resoluūtur, ⁊ quantū ad expositionē, ⁊ quātū ad ascēsum vel descensum. V. g. hec ꝓpō qualislibet hō disputat, signo cōplete distribuente, valet hanc/quilibet hō qualificat⁹ disputat, sed incōplete, sic exponiẗ/cuiuscunq̧ speciei qualitatis aliquis homo qualificatus disputat. Itē sub eius subiecto sic formalr̄ ascendiẗ, hic hō qualificatus disputat, ⁊ hic homo qualificatus disputat, ⁊ sic de singulis, ⁊ hi hoīes sunt omnes hoīes qualificati, ergo qualislibet hō disputat. Quarum quelibet singularis facit hūc sensum, hac specie qualitatis aliquis homo qualificat⁹ disputat. Vel qñ nō est questio de formalitate, ascendaẗ sic/homo albus disputat/⁊ hō niger disputat ⁊c̄. Proportiōabilr̄ dicito de ly quātūlz, ⁊ opposito modo de ly aliquale/aliquātū, qñ accipiunẗ vt opposito modo particularizent. Itē illi affirmatiue ratione subiecti particularitatē ⁊ vniuersalitatē includentis potes assignare subalternantē per affirmatiuā, ⁊ contrariam per negatiuā de ly qualislibet cōplete accepto, ⁊ subalternatā per affirmatiuā, et subcontrariā per negatiuam de ly aliqualis cōplete particularizāte ⁊c̄. vt circa ly oīe dictum est. ¶ Et sicut supra dictum est, circa ꝓpōnes de ly omne, pariter in his qualislibet homo quātūlibet aīal est/particularitas predicati stat cōfuse, ⁊ particularitas subiecti, determinate. Et si in cōtradictoria variares probationē, vez cōtradiceres per hanc. a. aliqualis hō. b. aliquantū aīal est/cōmitteres defectum veritatis et falsitatis, Et redderes ambas veras, si poneres plures spēs qualitatis ⁊ singulaꝝ, singula tn̄ supposita, que oīa eēnt eiusdem speciei quātitatis. s. eiusdem magnitudinis, ⁊ non essent alia qualia, aut quanta preter hoīes. Itē casum falsitatis, si ediuerso oēs essent eiusdē speciei qualitatis, sed singula eēnt diuerse magnitudinis. ¶ At qñ ly species a parte ꝑdicati/et a parte subiecti dicit eandē speciē, vt in hac/qualislibet hō qualelibet aīal est/difficilius est instare. Nihilominus respectu copule de extrinseco tempore instares per has/qualelibz disputās qualislibet hō erit/a. aliquale disputans. b. aliqualis hō non erit, si poneres, quod qñ post hac petr⁹ disputabit erit albus, ⁊ qñ nō disputabit, niger, ⁊ paulus ediuerso se habebit, ⁊ q̄ nō erūt alia qualificata. Nam affirmatiua sic ꝓ̄z. Albū disputās. s. petrus. qualislibet homo erit, qr̄ albus hō erit, ⁊ niger homo erit, ⁊ nigrū disputās. s. paulus. qualislibz homo erit, eadē ratione. Et veritas negatiue sic/a. aliquale disputans, petrus qualis nō erit. qr̄ nigrū disputans petrus nō erit. Etenī nigrum disputans non supponit pro petro. Et eadē ratione. a. aliquale disputans paulus qualis non erit. Nam album disputans paulus nō erit, ⁊ transpositis extremis reperies ambas falsas. Sed mediāte copula de presenti pari arte instabis, si loco de ly disputans ponas ly existēs in a. loco, ⁊ petrus in. a. loco sit albus, et miraculose in alio niger, ⁊ paulus ediuerso, in. a. sit niger ⁊ in alio alb⁹. Potest cui libuerit his intellectis formare oppositiones ex ꝓpōnibus de copulato aut disiūcto in quibus inter hm̄oi signa cōmittaẗ talis defectus scđe. s. variationis quantitatis. ¶ Igitur ad primā cōfirmationē distinguiẗ maior. Nā si in vtraq̧

aut solū in altera signū accipiat̄ cōplete, cōcedit̄, ⁊ primo modo in casu argumenti ambe sunt false, ⁊ s̄c̄do, illa est falsa in qua signum tenetur cōplete. Sed si in ambabus signū teneatur incōplete, nullā legē participant, q2 virtualr̄ ex parte subiecti manet eadē vlitas ⁊ eadē particularitas in vtraq₃.

6. No. ¶ Circa secundā confirmationē dicūt nōnulli ly quasiquilibet q̄n q₃ distribuere p̄ octo suppositis, q̄nq₃ pro decem ⁊c̄. V.g. si sint tm̄ decem homines distribuit adminus pro octo, ⁊ si sint quindecim, distribuit. v.g. pro duodecim ⁊c̄. Quare tale signū alio actui subordinat̄ q̄n distribuit pro octo, ⁊ alio q̄n distribuit pro decē ⁊c̄. Rursus dicunt sub subiecto sic distributo descendēdum partim copulatiue, ⁊ partim disiunctiue, talr̄ q̄ existentibus decē suppositis demonstrēt̄. v.g. octo copulatiue ⁊ alia duo disiunctiue. Et existentibus duodecim demonstrētur nouē. v.g. aut decē copulatiue ⁊ reliqua disiunctiue. At neutrū hoꝝ apparet verū. Nā quo ad primū, quid rogo agit numerus suppositoꝝ in re ad hoc q̄ terminus hoc vel illo modo distribuat? Nēpe hac propositione/ quilibet equus currit, existēte in intellectu, potest ipse superaddere ly quasi, quāuis nullus equus sit in rerū natura, igit̄ per hoc q̄ postea plures aut pauciores eq̄ producantur non variabit̄ modus significandi talis ꝓpōnis. Rursus nec modus ille ascendendi valet. Nam si oēs hoies disputarent, ascendētes essent vere, ⁊ vn̄a falsa, videt̄ em̄ ly quasi denotare nō omni supposito subiecti cōuenire predicatū. ¶ Igitur dictum signum simplr̄ distribuit pro quolibet supposito, quotquot fuerint, ⁊ sub termino sic distributo pure copulatiue est ascēdendū, modo ly quasi preponat̄ toti copulatiue totum determinans. V.g. sub subiecto huius propōnis/ quasi quilibet hō disputat, sic est descendēdū. ergo quasi iste hō disputat ⁊ iste hō disputat ⁊ sic de singulis, vbi ly quasi denotat ad veritatē totius copulatiue requiri veritatē omniū partiū demptis paucis que requirunt̄ esse false. Paucis inq̄̄, sm̄ vsum cōiter loquētiū, vt si fuerint decē requirit̄. v.g. veritas octo ⁊ falsitas duarū. Unde si tm̄ essent duo hoies, quoꝝ alter disputaret ⁊ alter non/ dicta propō esset falsa, sicut si eēnt cētū, ⁊. 50. disputātib⁹, 50. nō disputarēt. Nec seq̄t̄. Oēs singulares dēpta vna sunt vere, ergo talis propō est verā, nam eodē modo probares q̄ est falsa, q2 oēs dempta vna sunt false. Sed requirit̄ quod false sint pauciores q̄̄ vere. ¶ Igitur ad secundā confirmationē negat̄ maior, immo sunt cōtrarie, q2 in casibus nunc proxime positis sunt ambe false, et nullo modo possunt esse vere. Unde q̄uis ly quasiquilibet nō sit tā vniuersale q̄̄ ly quilibet, attamen nullo modo includit particularitatē, ratione cuius talis propō possit habere subcōtrariam. Quo fit vt nulli dictarū propōnum possit assignari cōtradictoria nisi solū per prepositionē negationis.

¶ Tertio p̄ncipaliter arguit̄. He due propōnes/ vterq₃ hō disputat, alter homo non disputat, sunt contradictorie, que tm̄ nō repugnāt in veritate, ergo lex nulla. Maior videt̄ manifesta, ⁊ p̄bat̄ minor. Si duo tm̄ homines disputarent, alijs non disputantibus, affirmatiua esset vera vt notū est, q2 aliquoꝝ duoꝝ hominum quilibet homo disputaret, ⁊ pariter videtur in tali casu negatiua vera, cū aliquorum duoꝝ hominum aliquis homo non disputaret.

7. No. ¶ Post signa/ omne/ qualislibet/ quasi quilibet/ quartū signum incomplete distribuens est ly vterq₃ cum suis circūstantibus/ alter/ neuter. ¶ Fuerūt qui dixerē hm̄oi signa non posse congrue accipi nisi cū genitiuo plurali duoꝝ expresso. s. vterq₃ duoꝝ disputat/ vterq₃ oculoꝝ est sanus ⁊c̄. Uerūtn̄ vsus dialecticoꝝ oppositum iam recepit admittētium hanc/ vterq₃ homo disputat ⁊ similes. Ac dicunt talia signa vīr restringere pro supposito duorum. Quo habito dupliciter solent accipi. s. complete ⁊ incōplete, complete vt vez ly vterq₃ tm̄ valeat sicut quilibet duoꝝ, et ly neuter cōtrario modo tm̄ sicut nullus duoꝝ, ⁊ ly alter, subalterno modo particularizans, tm̄ sicut aliquoꝝ duoꝝ aliquis, (non em̄ accipitur hic alter relatiue sed indefinite). Possunt s̄c̄do accipi incomplete, vt vez ly vterq₃ valeat tm̄ sicut aliquoꝝ duoꝝ quilibet, ⁊ ly neuter sicut aliquoꝝ duoꝝ nullus, ⁊ ly alter, incomplete particularizans, sicut quorūcūq₃ duoꝝ aliquis. Unde de ipsis complete acceptis nō est alia particularis consideratio, q̄̄ de illis/ quilibet/ nullus/ aliquis/ adiecta restrictione. Uirtute cuius non sequit̄, quilibet homo disputat, ergo vterq₃ homo disputat, q2 arguitur a non restricto ad restrictum affirmatiue, ⁊ casu quo esset petr⁹ inter hoies solus, ⁊ ille disputaret, añs esset verum ⁊ ꝯñs falsum. Nec sequit̄ ecōtrario adminus respectu copule de extrinseco tempore. s. vterq₃ hō disputauit, ergo quilibet homo disputauit, q2 arguitur a restricto ad non restrictū cum distributione nō restricti. Et casu quo fuissent heri petrus ⁊ paulus simul disputantes, ⁊ preter heri fuisset solus thomas, qui non disputasset, añs esset verū ⁊ añs falsum. Sed mediante copula de presenti. s. vterq₃ hō disputat, ergo quilibet homo disputat, nō potest añs esse verum ⁊ ꝯñs falsum. Adminus verbis valentib⁹ pro instanti, nā si pro tp̄e, perinde esset ac si essent ampliatiua, ⁊ casu quo in aliqua parte illius temporis oēs homines disputent, sed in alia esset solus vnus, ⁊ ille non disputaret, añs esset verū et ꝯñs falsum. Proportionabiliter iuxta regulas ampliationis ⁊ restrictionis, dicito in negatiuis. ¶ At de ipsis incomplete acceptis est maior difficultas. Igitur ꝓpō de ly vterq₃ incomplete potest duplr̄ resolui. Primo per vnam categoricam exponentē sensum talis distributionis. V.g. hec propō vterq₃ homo disputat/ sic cōmuniter exponit̄. Aliquoꝝ duoꝝ hominū quilibet homo disputat. Hec aūt expositio nō cōuertitur cum exponibili. Nō em̄ sequit̄ vterq₃ homo est totalis, ergo aliquoꝝ duoꝝ hominū q̄libet homo est totalis, si causa disputationis a parte subiecti loquamur de hoie totali ⁊ partiali indifferenter, rebus vt nunc. Quaobrē loco de ly quilibet dicendum est/ aliquoꝝ duoꝝ hominū vnus homo ⁊ alius homo disputat (ly et diuisiue tento.) Et ly alter opposito modo exponitur, scꝫ omniū duoꝝ quilibet vel quilibet alius. Et ly neuter, aliquoꝝ duoꝝ vnus ⁊ alius non est ⁊c̄. Sed adhuc in terminis infinitis non sequit̄/ vtrūq₃ non albū disputat, ergo aliquoꝝ duorum non alboꝝ vnū non album ⁊ aliud non album disputat. Nam casu quo petrus ⁊ paulus sint nigri ⁊ ex eoꝝ materijs ⁊ formis transpositis fiant ioannes et thomas albi, añs est verum, q2 hoc non album disputat et hoc non album disputat, demonstratis petro ⁊ paulo, ⁊ ꝯñs falsum cū ly duoꝝ non alboꝝ non supponat. Falsum em̄ est dicere/ petrus ⁊ paulus sunt non albi (vt visum est de terminis oppositis) immo sunt albi. Igitur in toto rigore hoc modo deberet dicta propositio exponi/ aliquoꝝ duoꝝ que sunt nō album et non albū, vnum nō album ⁊ aliud nō albū disputat. At vero categorica hec, q̄uis formalr̄ ꝯuertatur cū dicta exponibili, nihilominus q2 obscurior est q̄̄ illa, nomen exponētis perdit. Et ideo q̄n non fuerit questio de rigore mutue ꝯñe, vtēdum nobis est expositionibus primo positis, scꝫ ly vterq₃, aliquorum duoꝝ quilibet, ly alter, omniū duoꝝ aliquis, ⁊ ly neuter aliquoꝝ duoꝝ nullus. ¶ Potest secundo talis propō resolui per ascēsum disiunctiuū sub copulatione. Qđ est dicere per vnam disiunctiuā compositā ex pluribus copulatiuis quaꝝ quelibet habet duas partes. V.g. vterq₃ hō disputat, posita cōstantia, ergo hic homo duoꝝ disputat ⁊ hic hō duoꝝ disputat vel hic homo duoꝝ ⁊c̄. pariter descendatur sub subiecto huius/ neuter homo disputat (equiualēt em̄ neuter ⁊ vterq₃ non). Et ꝯtradictorio modo sub subiecto huius/ alter homo non disputat, scꝫ copulatiue sub disiunctione, qđ est dicere p̄ vnam copulatiuā compositā ex pluribus disiunctiuis quarū quelibet habeat duas partes. V.g. alter homo disputat, ergo hic homo disputat vel hic homo disputat, ⁊ hic homo disputat vel ⁊c̄. Respectu copule presentis tēporis, in affirmatiuis, nō opus est dicere duoꝝ, sed satis esset dicere vnus homo disputat ⁊ alius hō disputat, sed in negatiuis si tm̄ esset vnus homo nō sequitur, vterq₃ homo nō est aial, ergo vnus homo non est aial ⁊ alius non est aial nisi dicas vnus duoꝝ.

Nec in affirmatiuis de extrinseco tempore sequitur ediuerso qne ly duoꝝ/ vnus homo fuit animal, ꝛ alius homo fuit aīal ergo vterq; homo fuit aīal/ nam si soli fuissent duo homines in diuersis temporibus, ꝛ nunq̄ simul, añs esset verum ꝛ ꝯñs falsum. Qu. q̄ forte aiic subiectum huius/ vterq; homo fuit animal/ non tñ restringitur vt solum supponat pro supposito duoꝝ que sunt vel fuerunt simul, sed satis est talis supposita fuisse successiue. Unde illa consequentia/ vterq; homo disputauit (signo complete distribuente) ergo quilibet homo disputauit/ supra negata, potest asseri esse bona. Loquere in hac re vt plures.

8. No. ¶ Ex hoc modo ascendendi sequitur ad veritatem ꝓpōnis de ly vterq; sufficere ꝛ requiri duas singulares esse veras sub termino supponente, ꝛ a tali signo distributo. Dixerim supponente, qꝛ ad veritatem negatiue aut ad falsitatē affirmatiue non requirit̄ subiectum supponere. Et ad veritatē propositionis de ly alter sufficit ꝛ requiritur q̄ oēs sint vere, aut omes dempta vna. ¶ Ex hoc corollario sequūtur alia duo. Primū. Termino habēte tria tñ supposita, idē est ipm distribui a ly vterq; vel a ly alter, equiualent eñ/ vterq; homo disputat / alter hō disputat/ si soli sint tres homines, nam idē requirit̄ ad veritatē vtriusq;. Secūdum. Omnis propō affirmatiua de totali extremo distributo a ly vterq; vltimo probabili est impossibilis in creaturis. Et ois propositio negatiua de ly alter proportionabilr se habēs est necessaria. V.g. hec est impossibilis/ ois homo vtrumq; aīal est/ et hec necessaria/ ois homo alterum aīal nō est. Affirmatiua inq̄, qꝛ hec est vera/ omnis hō vterq; equus nō est. De totali extremo ꝛc̄. qꝛ hec est vera/ omnis homo vtraq; pars ꝛ vtraq; pars est. Ultimo ꝓbabili, qꝛ hec est vera/ vterq; hō est aīal. In creaturis, qꝛ hec est vera/ essentia diuina vtraq; persona est. Idem est si totale extremū habens plura duobꝰ supposita cum ceteris cōdicionibus iam nunc positis particularizet̄ a ly alter, q̄ vez esset pariter impossibilis. Sed q̄d corollaria multiplico. Etenī per regulas resolutiōis superiꝰ datas cognosces possibilitatē, contingentiā, ꝛ cōuertentiam omniū similiū propositionū. ¶ Arguis verūtamen cōtra hoc corollariū q̄ hec sit vera/ petrꝰ vterq; numerus est, qꝛ est binarius ꝛ ternarius, immo alter numerꝰ est, cū sit pariter quaternariꝰ ꝛc̄. qꝛ est due medietates ꝛ tres tertie ꝛc̄. Sꝫ, ego admissus, nego q̄ petrus sit binarius aut ternarius, q̄uis sit duo entia ꝛ sit tria, qꝛ (vt. I. p. intro. dictum est) ly quātitas discreta, ac subinde eius termini inferiores, dicūt actualē separationē vnitatū. Sed insistis, ergo ad minus petrus est vtrūq; a. si ly. a. valeat sicut/ duo entia vel tria entia ꝛc̄. negat̄ ꝯñs denotat eñ ly vterq; pluralitatem suppositoꝝ, modo due medietates petri sunt idem suppositum quod tres tertie.

9. No. ¶ Per hec facile potes inter propōnes huiusmodi signoꝝ omne genus oppositionis cōstituere. Nā illa affirmatiua, vterq; homo disputat, ratione subiecti incōplete distributi, cum particularitatē ꝛ vniuersalitatem includat, habet hanc subalternantē/ vterq; homo disputat, ꝛ hāc contrariam neuter homo disputat, signis complete distribuētibus. Item hanc subalternatā/ alter homo disputat, ꝛ hanc subcontrariā/ alter homo nō disputat/ signis complete particularizantibus. Et hec vltima negatiua, signo cōplete particularizante, est eius cōtradictoria. Proportionabilr ergo circa hanc vltimā negatiuam. ¶ Igitur ad argumētum distinguit̄ maior. Nam si signum vle cōplete distribuat ꝛ particulare complete particularizet, conceditur, ꝛ negatur affirmatiuam esse veram. Rursus si ambo signa incōplete accipiantur, itidem cōceditur, ꝛ negat̄ negatiuā esse veram. Si autem in assumptis propositionibus primū signum distribuat complete ꝛ secundum particularizet incōplete, aut primū distribuat incōplete ꝛ particulare particularizet cōplete, negatur esse cōtradictorias. Immo primo modo, cum virtualiter maneat eadē vniuersalitas, sunt cōtrarie, ꝛ scdo modo, cum maneat eadē particularitas, subcōtrarie.

¶ Repetenda hic nobis sunt: q̄ supra 10. No.
circa ly oīe annotauimus. Primū. Uniuersalitas de ly vterq; ꝛ de ly alter confundit particularitates mediate sequētes, ꝛ terminus distributus ab vtrolibet hoꝝ signoꝝ ratione sue particularitatis confundit̄ a signo vli mediate precedenti. V.g. in hac propositione/ alter hō vterq; hō est/ particularitas subiecti supponit determinate, ꝛ particularitas p̄dicati, confuse. In cuius proinde exponēte. s. omniū duoꝝ hominum aliquis homo, aliquoꝝ duorum hominū quilibet homo est, particularitas subiecti stat determinate in ordine ad predicatū (nec opus est addere ly. c. vt supra visum est) ꝛ particularitas predicati confuse in ordine ad subiectū. Quare non sequitur, alterum aīal alter hō est, ergo alter homo alterum animal est. Nec sic, ab vtroq; homine vtrūq; animal differt, ergo vtrunq; aīal ab vtroq; hoīe differt. Si eñ inter animalia sint tñ duo hoīes cū vno equo, añs esset veruꝫ vtrobiq; ꝛ ꝯñs falsum. Nō si fuerint plures q̄ duo termini, memēto q̄ particularitas intermedia nunq̄ confundit̄ in ordine ad vniuersalitatē sequētem, nisi per aliquā litteram hoc designet̄, sed solū in ordine ad precedentē. Nam (vt dictū est) nulla vniuersalitas cōfundit aliquem terminū, nisi in ordine ad terminum quē distribuit. V.g. in hac ꝓpōne/ alter hō ꝛ alterū animal quilibet homo est, scda pars subiecti in ordine ad primā stat cōfuse ꝛ in ordine ad predicatū determinate. Nec opus est, ad hoc designādū ponere ibi ly. c. Sed si vis q̄ dicta secūda pars supponat simplr confuse, id designa per ly. a. ¶ Secundū. Nulle propōnes in quibus manet ly vterq;, aut ly alter incomplete, aliquā legem participant, qꝛ manet eadē vniuersalitas ꝛ eadem particularitas. V.g. he/ vterq; hō disputat/ vterq; homo nō disputat, aut (quod idē est) neuter homo disputat, nullam legē participāt. Sicut neq; he/ alter homo disputat/ alter homo nō disputat. ¶ Tertiū. Propositiones habentes ceteras condiciones ad contradictionē hoc dēpto q̄ inter hmōi signa variat̄ probatio, nullā legem participāt. V.g. he propōnes/ alter hō alterum aīal est/ a. vterq; homo b. vtrūq; animal nō est/ nullā legem participant. Etenī sicut vniuersalitas de ly homo stās in affirmatiua in ordine ad cōfusam predicati, manet in negatiua cōfuse, ita vniuersalitas eiusdē termini stans in negatiua in ordine ad determinatam predicati manet in affirmatiua determinate. Et casu quo inter aīalia sint tñ duo homines cū vno equo, sunt simul false et transpositis extremis sunt vere (cū audis trāspositis extremis intellige/ transpositis terminis categorematicis, manentibus signis in propria forma). Sed he vterq; homo vtrūq; animal est/ a. alter homo. b. alterum aīal non est, q̄q̄ ambo defectus cōmittant̄, attñ nec possunt dari vere nec false, quia prima est impossibilis ꝛ scda necessaria vt dictum est.

¶ Fastidiosum eēt argumēta hic multiplicare in terminis cōplexis. Quippe in quibus nō potest 11. No.
noua difficultas submoueri. Que proinde solertissimꝰ q̄sq; potest ex dictis iuuante exercitio, ꝛ formare ꝛ soluere, obseruata semper regula illa qō vez ad reddendū ꝓpositiones veras, instandū est ꝯñe ab affirmatiua ad contradictoriā negatiue, ꝛ ad reddendū falsas instandū est ꝯñe a contradictoria negatiue ad affirmatiuā. V.g. propositis his ꝓpositionibꝰ/ vterq; homo ꝛ alter equꝰ quodlibet animal sunt/ a. alter homo. b. vterq; equus animal nō sunt/ in quibus ex parte partium subiecti cōmittitur defectus veritatis ꝛ falsitatis, si vis dare veras, forma hanc ꝯñam/ vterq; hō ꝛ alter equus quodlibet aīal sunt, ergo. a. vterq; hō et. b. alter equus quodlibet animal sunt/ cuius ꝯñs est cōtradictoria negatiue, ꝛ casu quo dederis añs verū ꝛ ꝯsequens falsum, dedisti ambas veras, vtpote si loco de ly homo ꝛ de ly equus ponas ly pars essentialis, ꝛ non sit nisi vnū animal. Et casu quo econtrario arguendo dederis añs verum et ꝯñs falsum, dedisti ambas falsas, vtpote si in eodē casu loco de ly pars essentialis dicas/ pars integralis extremalis. Et q̄ in primo casu añs sit verū ꝛ ꝯñs falsū, clarū est. Sed q̄ in scdo econtrario añs sit verū patꝫ. Nā

quelibet singularis sub scḋa parte subiecti stante determinate est vera, q2 dabũtur due singulares vere, vtpote demõstrãdo residuũ a parte demonstrata per secundã, ꝛ demonstrãdo tale residuũ cũ parte partis demonstrate. Et ꝙ ꝯñs sit falsuʒ patet, nam quamcũqȝ partem demõstraueris per primã partem subiecti, dabis plures singulares falsas sub scḋa, scʒ demonstrãdo ꝛ partem demonstratã ꝛ partem eius. Ubi inemẽto qualr in predicato respectu cuius nõ cõmittitur defectus, non ponit̃ nisi vnicũ suppositũ, vt nihil referat, hoc vel illo modo supponat. Quod si cõpellaris ponere plura, ponito ꝙ paucissima potueris, vt si vis dare has veras / vterqȝ homo, alterũ .a. ꝛ vtrũqȝ .b. est, alter homo vtrũqȝ, a. et .c. alterum .b. non est, ponito duos esse tñ hoies cõmunicantes in materia et ly .a. valeat tñ sicut pars extremalis materie, ꝛ ly .b. sicut pars integralis hois, ꝛ transpositis significationibus dictaꝝ litterarũ, sunt ambe false. Sed de his satis hic, nam capitibus de hypotheticis inter disputãdũ de complexis terminis amplius.

Lectio quinta.

Quarto ad principale arguit̃. He due ꝓpositiones / oẽs apostoli dei sunt duodecim / aliqui apostoli dei non sunt duodecim (signo collectiue tento) sunt cõtradictorie, attamẽ non repugnãt in veritate, ergo lex nulla, maior videtur nota, ꝛ probat̃ minor. Existentib⁹ nunc oñibus apostolis, affirmatiua esset vera, ꝛ in eodẽ casu probat̃ negatiua. Petrus ꝛ paulus nõ sunt duodecim, petr⁹ et paulus sunt apl̃i, ergo aliqui apostoli dei nõ sunt duodecim.

1. No. Secũda difficultas est de signis specialibus cõfusionis, ita appellatis, ꝙ cũ non habeãt virtutẽ distribuendi, ad minus formalr ꝯfundunt tñ. Ad differentiã signoꝝ vniuersaliũ, que distribuendo terminos propinquos cõfundunt distantes. Que signa, duplicia sunt, scʒ confundẽtia confuse tñ disiunctim, de quibus argumento sequenti, et cõfundentia confuse tñ copulatim. Cuius generis est ly oẽs collectiue tẽtum. Ubi notandũ ꝙ ly oẽs in numero plurali, aut in numero singulari, qñ additur termino collectiuo, põt accipi duplr. s. et distributiue, de quo officio tractatu introductionũ visum est, et collectiue, qḋ est facere terminũ cui addit̃ teneri pro tota collectione suoꝝ suppositoꝝ simul, vt in ꝓpositione argumenti, ꝛ illic / oĩs populus erat suspensus audiẽs illum ꝛc̃. Uerũ est autẽ ꝙ proprie noĩa / cunctus / vniuersus / accipiunt̃ collectiue opposito modo ad nomẽ diuisiuũ / singuli / sed vtimur noĩe / omnes / pro noĩe vniuersi. Et tale signũ facit terminũ qui sequitur supponere cõfuse tñ copulatim. Unde alio actu subordinat̃ qñ distributiue, ꝛ alio qñ collectiue accipit̃. Igit̃ propõ ratiõe signi collectiui duplr resoluit̃ Prio. Per vnã categoricã in qua loco termini sumpti cuʒ signo collectiuo ponat̃ ly tota collectio, aut ly vniuersa multitudo ꝛc̃. U. g. propositio argumẽti sic resoluit̃, tota multitudo apostolorum dei est duodecim. Potest scḋo resolui per ascensum aut descensum copulatũ. i. per vnũ copulatum cõplexiue sumptũ in quo numerentur oĩa supposita determinata ab ipsomet signo. U. g. sub dicta ꝓpõne sic ascẽditur / oẽs isti apostoli dei, ꝛ isti apostoli dei ꝛ sic de singulis, sunt duodecim, ꝛ isti apostoli dei sunt oẽs apostoli dei, ergo oẽs apostoli dei sunt duodecim. Huiusmodi aũt ꝯña (vt capite de suppositionibus visum est) q̃ȝq̃ȝ sit mutua nõ est tñ veritatis manifestatiua, quare nec est proprie ascensus. Nã ipsummet signum collectiuũ virtute cuius ascendit̃, ponitur non solum in cõstãtia, verũ in ipsis singularibus ascendẽtib⁹. Cõducit tñ nõ nihil cõtra ꝓteruũ ad manifestandũ pro quo supponat talis terminus cõis. Sunt q̃ dicũt sub toto cõplexo ex termino categorematico ꝛ signo collectiuo esse disiunctiue ascẽdendũ, scʒ / isti oẽs apostoli sunt duodecim, vel isti omnes ꝛc̃. Sed ascẽsus hic nihil ad rẽ. Nã querit̃ ascẽsus qui fiat virtute talis signi sub tẽo ab ipso determinato. Quare ad manifestandã veritatẽ ꝓpõnis sola prima resolutione vtere.

Suboritur autẽ hic dubiolũ quoddam. 2. No.
An vez casu quo petrus habeat duos equos et paulus duos alios ꝛ non sint plures, hec propõ sit vera / oẽs equi hominis sunt quatuor. Et videtur ꝙ sic per ascensum, nam oẽs hi equi hois, ꝛ hi equi hois sunt quatuor (primo pronomine, equos petri, et secundo, equos pauli demonstrãtibus). Sed ex alia parte videt̃ falsa, sequitur nãqȝ inde ꝙ equi hominis sunt quatuor, cuius tñ extrema non supponũt pro eodẽ, nam ly equi hois nõ supponit pro omnibus illis quatuor, q2 non sunt equi vnius hominis sed hominũ. Notato hic (quod supra sepe tactum est) terminũ pluralis numeri resolui ꝑ vnum disiunctum ex multis copulatis, quoꝝ primum habet duas partes secudũ tres ꝛc̃. U. g. ly equi eñ valet in consequendo sicut equus ꝛ alius equus, vel equus ꝛ alius equus et alius equus ꝛc̃. Nec obstat tale disiunctũ non posse naturalr cõcipi, q2 per tale disiunctum nõ exprimimus nisi illa pro quibus terminus pluralis numeri non repugnat ex modo sue significationis supponere. Unde qñ est aliqua determinatio cadẽs in terminũ pluralis numeri, cadit subinde in totũ vnica acceptione. Quãobrem capite de terminis oppositis diximus ly nõ videntes non resolui per hoc cõplexum / nõ videns ꝛ nõ videns, sed per hoc / non vidẽs ꝛ videns, negatione cadente in totũ. Et ideo singulis hominibus singulos equos habentibus hic terminus / equi hois / non supponeret pro illis, q2 nõ sufficit ꝙ sint equ⁹ hois ꝛ equus hominis ꝛc̃. sed ꝙ sint equ⁹ ꝛ alius equus hominis vel equus ꝛ equus ꝛ equus hois, determinatiõe totũ copulatũ vnice determinãte, quare nec supponit casu argumenti pro omnibus quatuor. Et cõfirmatur hoc, q2 alias de omnib⁹ partibus continuoꝝ que sunt in mũdo verũ esset dicere ꝙ sunt partes continui cõtra cõmunẽ modum cõcipiẽdi. Unde plurale de ly equus hois nõ est ly equi hominis, sed equi hominũ. Sed non cõtinuo sequitur propositionẽ argumenti. s. omnes equi hois sunt quatuor / esse falsam, vtpote cuius sensus sit / omnia supposita huius termini / equi hominis / simul sumpta, sunt quatuor, qḋ certe in illo casu est verũ. Et ꝑ hoc patet argumẽti solutio. Qui quidẽ sensus accurate notet̃, quippe ex cuius inconsideratione multi in hac re minus bene opinantur. Existimãt eñ sensum dicte propõnis hmõi esse / oẽs isti equi, ꝛ isti equi ꝛc̃. hominis (vt determinatio determinet totuʒ copulatũ vnica) sunt quatuor. Unde inferunt hanc propositionẽ / omnes apostoli dei sunt duodecim, esse falsam, q2 sensus (inquiũt) est / oẽs isti ꝛ isti ꝛc̃. duo apostoli sunt duodecim, vt ly duo determinet totũ predicatum. Cum tñ descẽsus (vt per se est manifestũ) debeat fieri sub toto simul termino determinato a signo collectiuo. s. oẽs isti duo ꝛ isti duo ꝛc̃. sunt duodecim. i. omnia supposita illius termini / duo apl̃i / sunt duodecim. Quare dicta propõ est vera si sint duodecim.

Ex quo sequitur a propositione de signo collectiuo ad suã iaciacentẽ ꝯñam non valere. 3. No.
Etenĩ sicut non sequitur oẽs equi hois sunt quatuor, ergo equi hois sunt quatuor, ita nõ sequitur / oẽs duo apostoli dei sunt duodecim, ergo duo apl̃i dei sunt duodecim. Neqȝ sequit̃ / omnes apostoli dei pauciores duodecim sunt duodecim, ergo apostoli dei pauciores duodecim sunt duodecim. Nam in consequenti repugnat subiecto supponere pro illo pro quo supponit predicatũ, ꝛ in añti denotat̃ ꝙ tota collectio suppositorũ illius termini apostoli pauciores duodecim est duodecim, qḋ est verum. Itẽ si teneas totũ non distingui a suis partibus, nõ sequit̃. Oñes partes minores toto sunt totũ, ergo partes minores toto sunt totum, q2 añs est verũ. s. tota collectio suppositoꝝ illius termini partes minores est totum. Et ꝯñs est falsum. Nã ly partes minores toto nõ supponit pro omnib⁹ que simul constituũt totũ, q2 vt. 7. ca. exponibiliũ videbit̃ tertia eius exponens est / totum nõ est ita magnũ sicut partes simul sumpte / que est falsa. Qḋ adhuc confirmat̃, nam idẽ est assertu / oẽs partes simul sumptas esse minores toto, qḋ oẽs angelos simul sumptos esse pauciores oñibus, qḋ nemo asse-

Cuius rationē nō potest assignare qui negauerit in dictis cōsequentijs argui a non distributo ad distributū, ⁊ in conuersentibus a distributo ad non distributum ex parte de ly hoīs. ¶ Sequitur scd̄o q̄ determinatio vnica, sicut vlr oīs terminus cōīs, opposito modo equalēter supponit in ambabus cōtradictorijs. Etenī ob inaduertentiā hm̄ōi regule de modo supponendi determinationis accepte vnica, nusq̄ hactenus cōstitutū est inter summulistas an eiusmodi determinatio eodem modo supponat in ambab⁹ contradictorijs, quibusdā dicentibus sic, quibusdā non, quibusdam vero quodāmodo sic quodāmodo nō. Potissime rōnes primoꝝ hę sunt. Prima. Eo complexū aliquod dicit accipi vnica q̄ sub toto ⁊ nō sub partibus sit ascendendū et descendendū, ergo determinatio sub qua nec ascēditur nec descendit, eodē modo debet supponere. Sed ad hoc añs iam dictum est q̄ vez q̄ꝗ̄ immediate totū sit prius resoluendū, nihilominus in qualibet singulari potest determinatio resolui. Nempe proteruo neganti hanc/ brunellus hoīs est brunellus/ nō posset probari nisi per singularia de ly hoīs, que sunt sensui manifestissima. Scd̄a eorum ratio est. In his contradictorijs/ petrus habens albedinem est homo/ petrus habens albedinē non est homo/ determinatio/ albedinē/ eodem modo supponit, ergo. Sed iam negatū est añs, immo in negatiua equiualenter distribuitur vt patet per eius exponentē. Tertia. Si determinatio accepta vnica diuersimode supponeret in cōtradictorijs, sequeret q̄ ly hoīe in hac/ petrus non differt ab hoīe/ supponeret determinate, qꝛ in sua contradictoria. s. petrus differt ab homine/ distribuitur, sed inde rursus sequeretur predicatū negatiue sic esse verificandū/ hoc est ab hoīe differens, ex quo rursus sequeretur predicatū in negatiua supponere et nō in affirmatiua. Item sequeret ambas ꝯtradictorias esse simul falsas. Ad hoc data prima sequella scꝫ q̄ ly hoīe determinate supponat, non tn̄ proinde sequit q̄ totū predicatū habeat verificari sic/ hoc est ab hoīe differēs. Immo cū accipiatur vnica, quomodocūq̄ supponat determinatio, habet totū verificari in propria forma, scꝫ/ hoc est differens ab hoīe. Quarta. Si determinatio posset diuersimode supponere in ꝯtradictorijs sequeret has esse cōtradictorias/ quilibet equus cuiuslibet hoīs est aīal/ equ⁹ hoīs non est animal, que tamē sunt false, si quilibet homo habeat suū equū, ⁊ nullus a quolibet homine possideatur. Ad hanc rationē negatur sequella, nam si ly cuilibet sit pars, vt est de rigore, non participant in extremis, qḋ si admittat non esse partem, manet eadem vniuersalitas, ex parte determinationis. Et reuera qui hunc defectū nō cōsiderant, nō possunt aliū assignare, cum tn̄ sint contrarie, qꝛ casu argumenti sunt false, ⁊ nullo modo possunt esse vere. Quod si dicas argumētum cogere determinationē nō posse diuersimode manere in ambabus cōtradictorijs, et illum esse defectum, arguitur de his/ equus hoīs currit/ quilibet equ⁹ cuiuslibet hominis nō currit (que sunt manifeste contradictorie, cum tn̄ determinatio diuersimode supponat, quāobrem dixerūt aliqui determinationē debere manere quādoq̄ eodē modo, quādoq̄ diuersimode, sed certe id gratis asseruerunt nō considerantes defectum esse in primis, qꝛ manet eadē vniuersalitas, ⁊ nō q̄ alicubi requiratur determinationē eodem modo manere. ¶ Sequitur tertio solutio rationis qua nōnulli coguntur opinari determinationē vnicā restringi a suo determinabili. Que est hec, qꝛ cum non viderent aliquē defectum cōtradictionis inter illas/ quilibet equus cuiuslibet hominis est animal/ equ⁹ hominis non est animal, cogebantur dicere esse contradictorias, quare, qꝛ negatiua est manifeste falsa, singulis hominibus singulos equos possidentibus, compellebantur concedere offtēdere singulares affirmatiue, scꝫ/ brunellus cuiuslibet hominis est animal ⁊c̄. obidq̄ nō admittebant ascensum sub ly hominis nisi ad hominem possidentem brunellum. ¶ Et per hoc ad sextum principale concessa maiore ⁊ concessa veritate affirmatiue, dicebant in illa consequentia/ equus petri non est animal/ petrus est homo, ergo equus hominis non est animal, argumentari a nō restricto ad restrictum ex parte de ly homo, sed est (dicebant) subsumēdum in minori/ petrus est homo habens brunellum. ¶ Sed cum prima ratio iam soluta sit, ad hoc sextum principale concedimus maiorem, ⁊ veri- Ad sextū.
tatem affirmatiue rebus vt nunc, ⁊ negamus hanc consequētiā modo formatā ad probādā negatiuam, vtpote, qꝛ arguit ex parte de ly hoīs equalēter a non distributo ad distributū. Quāq̄ formalis defectus (vt. 3. c. 2. par. 4. tra. latius videbitur) sit ex parte determinabilis a magis ad minus restrictū, nec est idē defect⁹ in hac: petri equ⁹ nō est aīal, ⁊ petr⁹ est hō ꝗ̄ hoīs equus nō est aīal/ qꝛ cū in ꝯñti resolutio minus restricti depēdeat a resolutione restrictionis tāq̄ a determinatiōe nō vnica, nō est defectus sicut in prima, in cuius cōsequēti resolutio determinabilis minus restricti non dependet a resolutione restrictiōis. Quare idem esset, si argueres respectu determinabilis singulariter supponentis.

¶ At vero contra hanc determinatio- 6. No.

nem arguitur. Sequeretur inde has esse cōtradictorias, scꝫ/ quilibet equus hominis, quilibet equ⁹ ipsiusmet est/ aliquis equus hominis, aliquis equus ipsiusmet non est/ relatiuo in affirmatiua referente ly hominis affirmatiue, ⁊ in negatiua ly hominis negatiue, sꝫ possunt dari simul vere, ergo maledictum est. Maior est nota ex dictis, et probatur minor. Casu quo ioannes possideat duos equos, quoꝝ brunellum cōmunicet petro ⁊ fauellum, paulo, affirmatiua est vera vt notum est descendenti copulatiue prius sub toto subiecto ac deinde disiunctiue sub determinatione demonstrando hominem qui seorsum possidet solum equū demonstratum, ⁊ negatiua probatur. Demōstrato. v. g. brunello sub toto subiecto, sequitur bene/ brunellus ioannis, aliquis equus ipsiusmet non est, ioannes est homo, ergo brunellus hominis, aliquis equus ipsiusmet non est. ¶ Ad hoc argumentum potest negari sequella, nam cum ly hominis sit antecedens relatiui, non solum licet sub illo descendere, verum est necessarium, quod non contingeret si non esset antecedens relatiui, ⁊ ideo virtualiter accipit pluribus acceptionib⁹, quare nō equiualēt/ brunellus hoīs, aliquis equus ipsiusmet non est/ brunellus cuiuslibet hominis aliquis equus ipsiusmet nō est. Quare ly hominis in prima non distribuitur. Et cum nec distribuatur in affirmatiua argumenti, manet eadem particularitas ex parte de ly hominis virtualiter accepto plurib⁹ acceptionibus. Quare contradictoria affirmatiue esset hec/ equus cuiuslibet hominis, aliquis equus ipsiusmet nō est (vbi signū non sit pars) Potest nihilominus (nescio an melius) concedi sequella, vnde concessa affirmatiua negatur negatiua, ⁊ negatur illa cōsequentia/ brunellus ioannis, aliquis equus ipsiusmet non est, ioannes est homo, ergo brunellus hominis, aliquis equ⁹ ipsiusmet non est, qꝛ arguitur a non distributo ad distributū ex parte de ly hominis, nam q̄ꝗ̄ talis determinatio sit antecedens relatiui, cum non liceat ipsam resoluere ante vnicam resolutionem totius complexi, perinde equiualēter distribuitur ac si non esset antecedens relatiui, et ideo illa negatiua/ equus hominis ⁊c̄. equiualet illi in qua diceres/ equus cuiuslibet hominis. ¶ Cui hic secundus modus placuerit, ipsum memorie cōmendet pro materia disiunctorum. Ubi dicetur, in hac propositione/ hoc quod est homo vel risibile non est ipsummet (pronomine singularizante totum ⁊ relatiuo referente secundam partem) illas partes disiuncti equiualenter distribui. ¶ Sed arguis. Quilibet equ⁹ hoīs, quilibet equus ipsiusmet est/ quilibet equus ioannis est equus hominis, ergo quilibet equus hominis, quilibet equus ipsiusmet est, consequens est falsum et minor vera, ergo maior falsa, ⁊ cū eius contradictoria sit concessa falsa, due ꝯtradictorie sunt simul false. Negatur illa consequentia que videtur in barbara cuius defectum dicunt nōnulli esse qꝛ variat relatio, sed reuera vt videbit in syllogismis nō est ille, sed q̄ mediū non cōplete distribuit. Nam ly hoīs, cū sit determinatio sub qua necessario est ascēdēdū aut descēdēdū, debet in altera distribui. Unde subsumendū esset, quilibet equus ioānis est equ⁹ cuiuslibet

hoie. Hoc autē, loco allegato limitabit. ¶ Queris aūt hic an he sint contradictorie/ brunellus differens ab hoie, ipsiusmet equus est/ brunellus differens ab hoie, ipsiusmet nullus equ⁹ est, qd̓ est querere an ly hoie in negatiua supponat particulariter contradictorio modo q̄ȝ in affirmatiua. Re vera (vt credo) cōtradicunt. Nā in his/ brunellus differēs ab hoie est aial/ brunellus differens ab hoie nō est aial/ ly hoie equiualenter supponit cōtradictorio modo, cū dicte ꝓpōnes sint contradictorie ⁊ cōtradictorio modo exponant, est eñ sensus negatiue/ brunellus non est aial/ vel/ brunellus nō differt ab hoie/ vbi ly hoie non distribuit.) Quāuis possit ad dubium negatiue respōderi. Nam cū ly hoie determinet ab aliquo signo a quo non determinat totum cōplexum scȝ a ly differēs, non obstāte ꝙ vnica acceptione accipiat, supponit distributiue in vtraqȝ dictarū propositionū. Quare qñ est necessario resolubilis, quod ꝯtingit vbi est aña relatiui, debet in altera accipi cum aliquo signo denotante particularē suppositionē vt vcȝ cōtradictoria affirmatiue sit hec / brunellus differens ab hoie (aut ab hoie differens) ipsiusmet nullus equ⁹ est. Et prime essent simul false, casu quo brunellus ab vno solo homine possideretur.

7.No. ¶ Ad primā cōfirmationē moderni negarent maiorē, quod in affirmatiua determinabile distribuatur in ordine ad cōfusam predicati, ⁊ in negatiua maneat cōfuse in ordine ad ipsum. Hoc verumtñ supra (ni fallor) satis elisum est, nam certe determinabile in negatiua determinate supponit in ordine ad predicatū. Unde concessa maiori vcȝ dictas propōnes esse cōtrarias, negat ꝙ negatiua sit vera, ⁊ negatur illa ꝯña/ omne aial, cuiuslibet hoīs equus nō est, ergo cuiuslibet hoīs equus nō est aial. Arguitur eñ a confusa ad determinatam respectu de ly equus in ordine ad ly aial. Ex hoc responso, iuuātibus que dicta sunt de necessaria depēdētia determinabilis a determinatiōe, habes has tres equiualere/ cuiuslibet hoīs.b.equus nō est aial/ cuiuslibet hominis equus nō est aial/ cuiuslibet hoīs.c.equus non est aial, et in omnibus determinabile stat confuse in ordine ad determinationē ⁊ determinate in ordine ad predicatū. Quare oēs habent hanc contradictoriā/ hoīs quilibet equus est aial. Unde qñ libuerit vt determinabile stet simpl̓r confuse in ordine ad sequentes vniuersalitates, id designa per ly.a. vt cuiuslibet hominis.a.equus non est animal.

8.No. ¶ Ex his omnibus elicitur hec regula Ad assignandū aliquod genus oppositiōis nō est respiciēdū qualiter determinatio in ordine ad determinabile supponat aut ediuerso, sed qual̓r vtrūqȝ supponat ī ordine ad t̄ros aut alterius extremi aut alterius partis copulati eiusdem extremi ⁊c̄. U.g. cōtradictoria huius/ cuiuslȝ hoīs equus.b.equ⁹ nō est/ non dȝ dari per mixtā, sed erit hec/ a.hoīs quilȝ equ⁹, quilȝ equus est. ¶ Sed contra. Singulis hominis singulos possidentibus equos, negatiua est falsa, vt notū est, ⁊ probat falsitas affirmatiue. a.hoīs quilȝ equus, quilibet equus est, ergo. a.hoīs brunellus quilȝ equ⁹ est, ⁊.a.hoīs fauellus ⁊c̄. per descensum copulatiuū sub t̄ro distributo, ꝯñs est falsum, ergo ⁊ aña. Nec valet assignare pro defectu ꝙ prius ascēdatur sub determinabili q̄ȝ sub determinatione accepta nō vnica, cū id aliqñ liceat, vt pȝ in his, hoīs equus currit, cuiuslȝ hominis quilȝ equ⁹ nō currit. Scd̓o. Sequitur bene/ a.hoīs quilibet equus, quilȝ equus est, ergo a.hominis equus quilibet equus est, a subalternāte ad subalternatā, ꝯñs est falsum, ergo et aña. Tertio. Sequit bene/ a.hoīs quilȝ equus quilȝ equ⁹ est, ergo equus quilȝ equus est, a restricto ad nō restrictū sine distributione non restricti, ꝯñs est falsum ergo ⁊ aña. ¶ Ad hanc replicā negat ꝙ in casu posito affirmatiua sit falsa, ⁊ negantur due prime ꝯñe.s. quā vocas descēsum ⁊ quā vocas/ a subalternante ad subalternatā, vtpote in quib⁹ arguat a cōfusa ad determinatā ex parte determinationis. Est eñ regula q̄ sequitur ex supradictis. Determinabili supponēte singl̓r aut determinate, cōfusa determinationis equiualet determinate in ordine ad distributionē in ordine ad quā tale determinabile supponit. U.g. he equiualent/ a.hoīs brunellus, quilibȝ equus est/ hoīs brunellus, quilȝ equus est, q̄ neutra pōt verificari nisi vl̓itate predicati solū vnū suppositū habente. Pariter ⁊ he/ a.hominis equus/ quilȝ equus est, hoīs equ⁹, quilibet equus est. Nā cum predicatū dependet a determinabili subiecti stante determinate, et idē determinabile depēdeat a sua determinatione, fit de primo ad vltimū vt cōfusa determinationis equaleat determinate in ordine ad predicatū. Dixerim in ordine ad vniuersalitatē in ordine ad quā ⁊c̄. Quis he nō equiualēt/ cuiuslibet hoīs ⁊ hominis brunellus est brunellus/ cuiuslibet hoīs ⁊.b.hoīs brunellus est brunell⁹. Preterea in prima cōmittitur alter defectus, vtputa ꝙ arguitur per descēsum pure copulatiuū sub t̄ro non cōplete distributo (vt infra videbit). ¶ In tertia ꝯña dicit quidā ꝙ arguitur a cōfusa ad determinatā respectu diuersoꝝ.s.a determinatiōe ad determinabile. Sed cū defect⁹ debeat assignari respectu eiusdē termini, rectius est dicere ꝙ arguit a distributiua dependēte a cōfusa in ordine ad aliam vl̓itatē, ad determinatā in ordine ad eandē vl̓itatem. ¶ Ex solutione ad secundā rationē habes ꝙ ꝯtradictoria huius/ a.hoīs equus quodlibet aial est, nō debet dari per mixtam a parte predicati, sed per pure cōfusam.s. per hanc/ cuiuslibet hoīs quilȝ equ⁹ aial nō est. ¶ Sunt qui hoc cum cōi opinione concedētes, dicunt tñ huic/ a.hoīs equus nō est aial/ cōtradicendū esse per mixtam scȝ cuiuslibet hoīs quilȝ equus.d.aial est, in quarum vtraqȝ pri⁹ descēdunt sub determinabili q̄ȝ sub determinatione. Sȝ isti, cū gratis negent dependentiā determinabilis a determinatione, presertim, cum eadē sit ratio in affirmatiuis ⁊ negatiuis qua cōfusa determinationis, determinabili supponēte determinate, equiualeat determinate, adhuc tenētur negare ꝯñam a distributo ad nō distributum, in qua certe nullus est alius defect⁹.s. cuiuslibet hoīs ⁊ angeli quilȝ equus, quodlibet albū est, ergo cuiuslȝ hoīs ⁊ angeli quilȝ equus.d.albū est, nā casu quo petr⁹ cūȝ michaele diuisiue possideret brunellū, qui esset omne albū, ⁊ cū gabriele possideret fauellū, paulus vero cū michaele possideret fauellū ⁊ cū gabriele, brunellū, aña esset verū, vt pȝ descendēti prius sub p̄dicato, ac deinde sub subiecto ꝯi̓r incipiendo a prima determinatione, et ꝯñs eēt falsum, vt pȝ descēdenti prius sub determinabili demonstrando fauellū. Tenēturqȝ ꝯcedere multa incōueniētia, q̄ contra resoluētes determinabile añ determinationē acceptā pluribus iā inferent. Huic aūt/ hoīs.a.equus nō est aial, cōtradicendū est per mixtā, scȝ/ cuiuslibet hoīs quilȝ equ⁹ est c.aial, q̄ inde nō sequit ꝙ determinabile habeat resolui añ determinationē, sed ꝙ resoluta determinatione, prius resoluatur predicatum q̄ȝ determinabile.

¶ Circa materiā secunde confirmationis, vbi inquirit qual̓r inter ꝓpōnes in quibus a parte vtriusqȝ extremi ponit cōplexū acceptū plurib⁹, qd̓ gen⁹ oppositionis sit cōstituendū, primo, si ambabus determinationib⁹ distributis, ambo determinabilia cōfuse supponāt, vt in hac cuiuslibet hoīs.a.equ⁹ cuiuslȝ angeli equus est, facile cōtradicit p ꝓpōnē in qua ambe determinatiōes determinate supponant, vt per hāc/ hoīs quilȝ equus.b.angeli nullus equus est. In quib⁹ ambab⁹ ambe determinatiōes indifferēter habent resolui ante aliqd̓ determinabile. Rursus si ambab⁹ determinationibus distributis, alterū determinabile supponat ꝯfuse, ⁊ alterū determinate, cū determinatio nō supponat in ordine ad suū determinabile, solus dȝ considerari ordo inter vl̓itatē vni⁹ extremi ⁊ particularitatē alteri⁹. Ut huic/ cuiuslibet hoīs.a.equ⁹ cuiuslȝ angeli.b.equ⁹ est, ꝯtradicēdum est per hanc/ a.hominis quilȝ equus.b.angeli nullus equus est, ⁊ his/ cuiuslibet hoīs.b.equ⁹ cuiuslȝ angeli equ⁹ est/ cuiuslibet hominis equus cuiuslibet angeli equus est, que (vt ex dictis patet) equiualent, per hanc/ hoīs quilibet equus angeli nullus equus est. At vero quando ambo determinabilia supponūt determinate, vt in hac/ cuiuslȝ hoīs.b.equ⁹ cuiuslibet 9.No.

angeli.b.equus est, que (vt persuasum est) equiualet huic/cuiuslibꝫ hoīs equꝰ, cuiuslꝫ angeli.b.equus est, sunt qui dicant prius esse ascendendū sub primo determinabili, deinde sub secunda determinatione, ⁊ tertio sub secundo determinabili. Quorum motiuū est, ꝙ sub quacūqꝫ determinatione prius ascendatur, arguetur a pluribus determinatis ad vnicā determinatā respectu particularitatis alterius extremi. Eundem ordinē resolutionis dicunt esse seruandū in cōtradictoria, scꝫ.a.hoīs quilibet equꝰ, hominis quilibet equus nō est. Nam sub quacūqꝫ determinatione prius descēderes, argueretur (dicunt) ab vnica distributiōe in ordine ad cōfusam ad plures distributiōes in ordine ad singulares eiusdē confuse, qđ est virtualr arguere a cōfusa ad determinatā. ¶ Verūtn isti preter hoc qđ cōtraueniunt essentiali dependētie determinabilis a determinatione, vt dictum est, quod, cū a determinatione restrestringaꝶ non lꝫ singularizare quoadusqꝫ certissimus pro quibus suppositis restringaꝶ, adhuc tenenꝶ multa concedere cōtra regulas dialecticas quas ipsimet cōstituunt. Tenenꝶ eñ concedere a cōfusa ad determinatā valere argumentū non autē cōtra. Item ꝙ propōnes eo solum a ratione cōtradictoriarū deficientes ꝙ terminus qui debebat stare determinate stat confuse, efficiūtur contrarie, ⁊ ꝙ deficientes a ratione cōtradictoriarū eo solū ꝙ terminus qui debebat stare confuse stat determinate, efficiūtur subcōtrarie. Cū oppositas omnino regulas, ipsi etiā asserunt. Primū patet. Nō sequitur/cuiuslibet hoīs.b.equꝰ, cuiuslibet angeli.b.album non est, ergo cuiuslibet hoīs equus, cuiuslibet angeli album non est, casu enim quo petrus ⁊ michael diuisiue possideant brunellū album ⁊ paulus ⁊ idē michael fauellū nigrum, añs est verum vt patet ascendenti prius sub primo determinabili demonstrando fauellū, ⁊ ꝯñs falsum. Nec sequitur/hominis quilibet equus, angeli quodlibet albū est, ergo.a.hoīs quilibet equus, angeli quodlibet albū est, in eodē casu, sequiꝶ aūt ꝯtra a cōfusa ad determinatā. Secūdū ptꝫ. Hec due ꝓpōnes/hoīs quilibet equus, angeli quodlibet albū est/cuiuslibet hominis.b.equus, cuiuslibet angeli.b.album nō est/eo solū deficiūt a ratione cōtradictionis ꝙ prima determinatio que in negatiua distribuiꝶ in ordine ad determinatā secundi determinabilis, in affirmatiua stat determinate in ordine ad ipm secundū determinabile distributū, ⁊ tamen sunt subcōtrarie, quia ambe vere in dicto casu, cū potius deberent esse cōtrarie. Et cōtradictorie harū scꝫ.a.hominis quilibet equus angeli quodlibet albū est/cuiuslibet hominis.b.equus, cuiuslibet angeli album nō est/non deficiunt a ratione cōtradictionis nisi quia prima determinatio in negatiua distributa in ordine confusam secundi determinabilis stat in affirmatiua confuse in ordine ad ipsum secundū determinabile distributum, et tamen sunt contrarie, qꝛ sunt false in eodem casu, cū potius deberent esse subcontrarie. Et vt breuiter dicam omnia isti inuertunt, nam virtualiter admitūt subiectum dictarum propositionum accipi vnica acceptione. Hec enim iuxta eoꝝ oppinionē equiualent/cuiuslibet hominis.b.equus cuiuslibet angeli.b.equus nō est/equus cuiuslibet hominis cuiuslibet angeli.b.equus non est, signo non existente parte, sicut he/a.hominis quilibet equus angeli quilibet equus est/quilibet equus hoīs angeli quilibet equus est. Que tamen admodū concipiendi nō sonant equalere. ¶ Igitur nūqꝫ est summuliste admittēda resolutio determinabilis ante resolutiōnem determinationis pluribus accepte, cū essentialis dependētia determinabilis a determinatione proueniens a restrictione nō possit per quācūqꝫ suppositionē huius aut illiꝰ mutari, nisi forte determibile sit añs determinationis (qđ infra videbiꝶ). Unde sit tibi pro regula. Qn ambabus determinationibus distributis ambo determinabilia determinate supponant, determinata secūdi determinabilis equipollet cōfufuse, ⁊ qñ ambobus determinabilibus distributis ambe determinationes supponūt cōfuse tm̄, cōfusa prime eq̄pollet determinate. U.g. he due/cuiuslibet hoīs.b.equꝰ, cuiuslibet angeli.b.equus non est/cuiuslibet hoīs.b.equus, cuiuslibet angeli equꝰ nō est, equipollent, sicut he.a.hoīs quilibet equꝰ angeli quilibet equus est/hoīs quilibet equus, angeli quilibet equus est. Nec debet videri illis hoc gratis dictū, cū ipsimet idem teneātur fateri, nā si hec propō/cuiuslibet hoīs.b.equus, cuiuslibet angeli.b.albū non est, prius resoluaꝶ rōne primi determinabilis, est vera, ⁊ si ratione secūdi, est falsa et ideo ꝺm ipos, determinata secūdi determinabilis equipollet cōfuse. Nobis autē, cū necessario debeat inchoari resolutio ab altera determinationū, potius videꝶ inchoanda a prima, ad quod sequiꝶ determinatā secūdi determinabilis equiualere confuse, ⁊ cōfusam prime determinationis, determinate. ¶ Hinc fit hanc ꝯñam nō valere/cuiuslibet hoīs.b.equus, cuiuslibet angeli.b.equꝰ est, ergo cuiuslibet angeli.b.equus cuiuslibet hoīs.b.equus est, casu eñ quo singuli hoīes singulos equos possideant quos oēs possideat michael qui sit oīs angelus, añs est verum ⁊ ꝯñs falsum. Arguiꝶ eñ a confusa ad determinatā ex parte determinabilis de lꝫ angeli. Nec sequitur.a.hoīs quilibet equus, cuiuslibet angeli q̄libet equꝰ est, ergo.a.hoīs quilibet equꝰ angeli quilibet equus est, qꝛꝫ ex parte de lꝫ angeli arguiꝶ a distributo ad non distributū, qꝛ ex parte de lꝫ hoīs arguiꝶ a confusa ad determinatā, ⁊ eodem casu añs est verū ⁊ ꝯñs est falsū. Et per hec multa alia similia dissolues. ¶ Igitur ad secundā confirmationē conceditur minor vꝫ dictas ꝓpōnes esse subcōtrarias, ⁊ negaꝶ in illo casu falsitas affirmatiue. Negaꝶ qꝫ resolutio sub aliquo determinabiliū anteqꝫ sub sua determinatione, sed debet incipi resolutio a prima determinatione deinde ꝯsequēter. Et sic patet quid dicendum qñ ambe determinationes vlr, ⁊ ambo determinabilia supponunt particulariter, aut econtrario. ¶ Per qđ facile constat qualr sit agendum qñ altera determinatio distribuiꝶ ⁊ altera non, determinabilibꝰ econtrario se habentibus. Huius eñ ꝓpōnis/cuiuslibet hoīs equꝰ, angeli quilibet equus est/ꝯtradictoria est/hoīs quilibet equus cuiuslibet angeli equus nō est, qꝛꝫ moderni dicerent in predicato/b.equus non est, sed contradictoria huius/cuiuslibet hoīs.a.equus angeli quilibet equus est, est hec/hoīs quilibꝫ equus cuiuslibet angeli.b.equus nō est, ⁊ cōtradictoria huius/cuiuslibet hoīs/a.equus .b. angeli quilibet equus est, a.hoīs quilibet equus, cuiuslibet angeli.b.equus nō est, ⁊ contradictoria huius/cuiuslꝫ hoīs.b.equus, b. angeli quilibet equus est, est hec/a.hoīs quilꝫ equus cuiuslibet angeli equꝰ non est/in quibus ambabus resoluenda est prius scđa determinatio, deinde prima, ac tertio primū determinabile. Et ꝑ hec tuipse poteris ad alia que hic multiplicari solent respondere. Inutilē nāqꝫ prolixitatē fugiens nō processi hic proponendo ꝓpōnes non oppositas tanqꝫ oppositas, sed docendo qualr in rei veritate sint oppōnes cōstituende, quo agnito facile per regulas superiores tu instabis his que in sola apparentia videnꝶ opposite. Ut si proponanꝶ he/cuiuslibet hoīs a.equus, b.angeli quilibet equus est/hoīs quilꝫ equꝰ, cuiuslibet angeli equus nō est, qꝛ defectus edificans veritatem cōmittitur inter determinabilia, verifica affirmatiuā duobus equis existētibus, alijs terminis solū vnicū suppositū habentibus, ⁊ reperies ambas veras, vt si petrus ⁊ gabriel sint soli qui diuisiue possideāt duos equos. Et qꝛ defectꝰ edificanꝶ falsitatē cōmittitur inter determinationes verifica contradictoriā negatiue vtralibet determinatione duo habēte supposita, ⁊ reperies ambas falsas, vtpote si petrus ⁊ michael diuisiue possideant brunellum et paulus ⁊ gabriel fauellum, ⁊ non sint alij homines, angeli, aut equi.

¶ Est hic autē aduertendū ꝙ hec pro- 10. N.
positio/cuiuslibet hoīs equus.b.angeli quēlibet equū videt/⁊ similes possunt equiuoce accipi, aut vꝫ ꝙ lꝫ angeli sit determinatio totius sequētis cōplexi, itaqꝫ totū ⁊ quālibet partem restringat, ⁊ tunc lꝫ equū a parte p̄dicati nō debet in cōtradictoria supponere ꝺm exigentiā sue determinationis, sed ꝺm exigentiā primi determinabilis determinate supponentis in ordine ad ipm. Et prima determinatio habet suppone

re cōfuse in ordine ad secundā determinationē, ⁊ determinate in ordine ad ly videns, itaq̨ cōtradictoria erit hec/d. hōis quilibet equus, cuiuslibet angeli equus nō videt. Nam si prima determinatio in negatiua supponat determinate, dabuntur false, casu quo sint soli brunellus ⁊ fauellus quoꝝ vterq̨ se et alterū videat, ⁊ petrus ⁊ michael diuisiue possideāt brunellū ⁊ paulus ⁊ gabriel, fauellū. Et si supponeret pure confuse, essent simul vere, casu quo singuli hōies singulos haberent equos quoꝝ quilibet se ⁊ oēs alios videret ⁊ omnes possiderentur a michaele qui sit ois angelus. Intelligo hoc si in hac singulari/a. hōis quilibet equus michaelis equū non videt. ly hōis ita supponat cōfuse vt ly equū a parte predicati equiualeat determinate. Nā de rigore ly hōis equiualet determinate ⁊ tunc idem est contradicoas dicte affirmatiue per ly. a. aut per ly. c. Aut in tali propōne restringit̄ solū ly equū et non ly videns, vt sit sensus/cuiuslibet hōis equus, videns b. angeli equū est ⁊ tunc pariter ly hōis debet respicere ad ly angeli ⁊ ad ly videns in contradictoria, aut potest solū determinare ly vidēs, itaq̨ sub ly equum, etiā equos nō possessos ab angelo possis demonstrare, ⁊ tunc ly equū supponit in ordine ad ly equus ⁊ in ordine ad ly angeli, itaq̨ si diceres/cuiuslibet hominis. a. equus. b. angeli quēlibet equum videt/ly hominis in cōtradictoria deberet supponere confuse in ordine ad ly angeli, et determinate in ordine ad ly videns, et ly equum determinate in ordine ad ly equus et confuse in ordine ad ly angeli, vt sit contradictoria/c. hōis quilibet equus, cuiuslibet angeli. d. equū nō videt. Et per hec sedatur certamen quod circa propositionem est inter multos. Hē aūt propositiones tam multoꝝ terminoꝝ inutiles omnino sunt ad disputationem.

ii. No. ¶ At q2 supradictū est nō sufficere assignare pro defectu q̄ prius ascendat̄ aut descendat̄ sub determinabili q̄z sub determinatione pluribus accepta, cū id quandoq̨ liceat, queritur quando liceat et quādo nō liceat, ⁊ qui defectus cōmittātur quādo nō licet. Ubi notato q̄ quādo determinabile distribuitur, determinatiōe particulariter supponente, talis distributio dicitur incompleta et quodam modo particularitas, quia dependet a disiunctiua resolutione determinationis, et quando tale determinabile particulariter supponit, determinatione distributa, tunc talis particularizatio dicitur incompleta ⁊ quodāmodo vniuersalitas, q2 dependet a copulatiua resolutione determinationis (cū audis particulariter intellige determinate aut confuse). Hoc patet per sensum talium cōplexoꝝ, cum enī audis/hominis quilibet equus currit/non plene intelligis qḋ quilibet equus possessus ab hōie absolute, sed qḋ alicuius signati hōis quilibet equus currit, ⁊ cum audis/cuiusꝫ hōis equus currit/ nō intelligis solū q̄ aliquis equus, sed cuiuscunq̨ signati hōis aliquis currat. Scḋo. Notato q̄ licet quantū ad suppositionem eodē modo restringat̄ determinabile determinatiōis accepte vnice ⁊ pluribus qn̄ determinatio nō est terminus cōnotatiuus (ut visum est) nihilominus quo ad verificationē propositionis, determinatiōe distributa, magis restringit̄ determinabile qn̄ accipitur vnica q̄z quādo accipit̄ pluribus, ⁊ determinatione non distributa magis restringit̄ vbi accipit̄ pluribus q̄z vbi accipit̄ vnica. V. g. hic/equ⁹ cuiuslibet hōis/magis restringit̄ determinabile quo ad verificationem ꝑpōnis q̄z hic/cuiusꝫ hōis equus/q2 in primo denotat̄ eūdē equum a singulis hominib⁹ possideri, ⁊ in secūdo, singulos possideri a singulis. Itē hic/hōis quilibet equus/magis restringit̄ quo ad verificationem ly equus q̄z hic/quilibet equus hōis. Nā sub hoc vltimo determinabili magꝫ absolute potes ascēdere, ⁊ inde ꝓuenit q̄ sit maior distributio q̄z in p̄mo. ¶ Ex his notabilibus iuuantib⁹ illis que supradicta sunt sequuntur pro affirmatiuis due regule. Prima. Determinatiōe singulariter supponēte licet sub determinabili ascēdere ⁊ descēdere sm̄ exigentiā sue suppositionis ⁊ determinatione particulariter supponente, licet sub determinabili eidē particulariter supponente immediate ascēdere ⁊ descēdere pure disiunctiue nisi ex parte alterius extremi aliquis defectus cōmittatur. Hec quo ad vtrāq̨ partē ex superioribus restat manifesta. ¶ Secūda. Determinatiōe particulariter supponēte, nō licet sub determinabili distributo descēdere, licet tn̄ ascendere, sicut determinatione distributa, nō licet sub determinabili quomodocūq̨ supponente descēdere, licet tn̄ sub illo nō distributo ascēdere disiunctiue, ⁊ sub illo distributo ascendere copulatiue. V. g. non sequit̄/hominis quilibet equus currit, posita cōstantia, ergo hōis brunellus currit, ⁊ hōis fauellus currit ⁊ sic de singulis equis hōis, nam solis equis petri currentibus ceteris hominibus possidētibus equos quiescētes, aña est verū ⁊ ꝯña falsum. Sequitur tn̄ contra/hōis brunellus currit, ⁊ hōis fauellus currit ⁊c̄. ergo hōis quilibet equ⁹ currit, q2 in p̄ima ꝯña virtualiter argui̇t a nō distributo ad distributū, vtpote per descensum pure copulatiuū sub termino incōplete distributo, vt per primū notabile superius expositum est, ⁊ in scḋa, virtualiter argui̇t a non distributo ad distributū. Item nō sequit̄/cuiuslibet hōis equus est animal, posita cōstantia, ergo cuiuslibet hōis brunellus est aīal, vel cuiuslibet hōis fauellus est ⁊c̄. Nec sequit̄ cuiusꝫ hōis quilibet equus est animal, ergo cuiuslibet hōis brunellus est animal, ⁊ cuiuslibet hōis fauellus ⁊c̄. Sed cōtra bene sequitur cuiuslibet hōis brunellus est aīal vel cuiuslibet hōis fauell⁹ ⁊c̄, ergo cuiuslibet hōis equus est aīal, quēadmodū sequitur cuiuslibet hōis brunellus est aīal, ⁊ cuiuslibet hōis fauellus ⁊c̄. ergo cuiuslibet hōis quilibet equus est aīal. Et defectus in primis cōsequentiis ad meā opinionem est q2 argui̇t a minus ad magis restrictū ac si argueres cuiuslibet hōis equus est aīal, ergo equus cuiuslibet hōis est aīal, signo nō existente parte (vt per scḋm notabile expositū est). Quare ecōtrario sunt bone ꝯñe a min⁹ ad magis restrictū. ¶ Pro negatiuis sequūt̄ itidē due. Prima. Determinatione singulariter supponente licet sub determinabili ascendere ⁊ descēdere immediate sm̄ exigētiam sue suppositionis, ⁊ eadem distributa licet sub determinabili itidem distributo immediate ascendere ⁊ descēdere pure copulatiue. Hec ex supradictis restat manifesta. ¶ Secūda. Determinatione distributa, nō licet sub determinabili non distributo ascendere disiunctiue, licet tamen descendere, quemadmodū determinatione non distributa non licet sub determinabili quomodocūq̨ supponente aliquo modo ascēdere, sed illo non distributo, licet disiunctiue et sub ipso distributo, copulatiue immediate descendere. V. g. non sequitur/cuiuslibet hominis brunellus non currit vel cuiuslibet hominis fauellus non currit, ergo cuiuslibet equ⁹ (aut. c. equus) non currit. Nam si singulis hominibus singulos equos possidentibus, vnus solus non currat, antecedēs est verum ⁊ consequēs falsum. Sequit̄ tamen econtrario/cuiuslibet hominis equus non currit, ergo cuiuslibet hominis brunellus non currit vel cuiuslibet hominis ⁊c̄. Et defectus in prima consequētia est, quia virtualiter arguitur a non distributo ad distributū vtpote per ascensum pure disiunctiuū sub termino incomplete particularizato, sed econtrario nullus defectus cōmittitur, quia arguitur a minus ad magis restrictum negatiue respectu termini singularis. Rursus non sequitur/hominis brunellus non est animal vel hominis fauellus nō est animal, ergo hominis equus nō est animal, nec sequitur/hominis brunellus nō est animal ⁊ hominis fauellus non est animal, ergo hominis quilibet equus non est animal, sed bene sequitur ediuerso/hominis equus non est animal, ergo hominis brunellus non est animal vel ⁊c̄. pariter/hominis quilibet equus non est animal, ergo hominis brunellus non est animal ⁊ hominis ⁊c̄. defectus in primis consequētiis est quia arguitur a minus ad magis restrictum negatiue. ¶ Sed arguis. Dictū est capite de restrictionibus a minus ad magis restrictū negatiue cū distributione restricti valere argumentū, q̄z hic nō est ille defect⁹ a minus vbi ascēdis copulatiue. Illa regula intelligit̄ de restrictione quo ad suppōnē tm̄, vbi virtualiter arguitur a superiori ad inferius

Marginal notes: Prima regula. — Secunda — Tertia. — Quarta.

vt hic/omnis homo nõ disputat, ergo nullus homo disputat. Sed qñ est restrictio quo ad verificationem, minor restrictio edificat magis veritatẽ, etiã in negatiuis, ꝛ ideo nec ibi sequi a minus ad magis. Qđ claret, nã singulis hominib⁹ possidẽtibus equos verificaẗ añs, ꝛ tñ ꝯñs non nisi aliquo hoie non possidente equũ. Obidqꝫ e diuerso a magis ad minus restrictum negatiue sequiẗ. Hunc vltimũ defectũ attente notato pro materia sillogismoꝝ. Et hec de obliquis.

¶ Septimo ad principale arguiẗ.

He due propõnes/ois hõ habẽs equũ equitat illũ/aliquis hõ habens equũ non equitat illũ/sunt cõtradictorie, attñ non repugnant in veritate, ḡ lex nulla. Maior est nota ꝛ ꝓbaẗ minor. Casu quo petr⁹ habeat duos equos quoꝝ brunellũ equitet, fauellũ vero nõ, nec sint plures hoies, affirmatiua est verã, vt notũ est, ꝛ probaẗ singularis negatiue, sc3/petrus habens equũ non equitat illũ, nã petr⁹ habẽs fauellũ nõ equitat illũ vel petrus ꝛc̃. ergo petrus habẽs equũ non eqtat illũ. ¶ Cõfirmatur primo. He propõnes/ois hõ est ipsemet/ hõ non est ipsemet/sunt contradictorie, ꝛ tñ non repugnãt in veritate, ḡ lex nulla. Maior est nota cũ veritate affirmatiue, et probaẗ negatiua. Primo. Homo qui est homo nõ est ipsemet (relatiuo referente ly hõ) ergo hõ non est ipsemet. Consequẽtia tenet a cõuertibilib⁹, ꝛ añs patet, si post ascẽsum sub toto ascẽdas disiunctiue sub ly hõ demonstrãdo aliũ hominẽ a demõstrato per totum. Scđo. Homo vel hõ non est ipsemet, (relatiuo referẽte secundã partẽ disiuncti) ergo hõ non est ipsemet. Consequẽtia ꝛ añs patent sicut in argumẽto ꝓcedẽte. ¶ Cõfirmatur scđo. He propõnes quẽlibet equũ suum quilibet homo videt/quẽlibet equũ suũ homo nõ videt/sunt contrarie, ꝛ tñ nõ repugnãt in veritate, ergo lex nulla. Maior est nota, nam ly hõ in negatiua determinate supponit in ordine ad ly videns, ꝛ eodẽ modo curreret argumentũ si diceres. c. homo. Et probaẗ minor. Si singulis hominib⁹ singulos equos habentibus, quilibet homo videat suũ propriũ equũ et nullus alienum, affirmatiua est vera, vt constat ascendẽti prius sub ly homo quod est antecedẽs relatiui, ꝛ negatiua pariter ascẽdenti prius sub ly equum supponente distributiue in ordine ad ly homo.

¶ Circa argumentũ hoc post ea que secũda parte introductionũ de relatiuis adnotauim⁹ nihil re-

11. No. stat dicendum. Habes eñ ibi late disputatum qũo referant, supponant, exponanẗ ꝛc̃. Igiẗ ad argumentũ principale cõcessa maiori, negaẗ minor, ꝛ negatur ꝙ in illo casu negatiua sit vera. Nec valet illa ꝯñ a/petrus habens fauellũ non equitat illũ ꝛc̃. Nam ex parte illius relatiui respectu cuius nõ fit ascensus arguiẗ ab inferiori ad superius cum distributione. Quãobrẽ diximus ibidẽ non posse ascendi sub añte relatiui nõ reciproci nisi exprimẽdo añs cõiter supponẽs a parte relatiui cum eadẽ terminoꝝ habitudine qua teneẗ, sc3/petrus habens fauellũ nõ equitat equũ quẽ hõ h3, vel habẽs brunellũ non equitat equũ quẽ homo h3, ḡ ꝛc̃. Dixerim/cũ eadẽ habitudine/et nõ/cum eadẽ restrictione, nã siue ly equũ restringatur siue non, relatiuũ referre restricte est referre añs cũ habitudine qua teneẗ, vt late habes expositũ. 2. p. intro. c. 2. lec. 2. Hinc patet hanc ꝯñam/quilibet homo habens equum equitat illum, posita cõstantia, ergo hic homo habens equũ equitat illum ꝛ hic homo habens equũ ꝛc̃. arguiẗ eñ ex parte relatiui a minus ad magis restrictũ, ꝛ casu quo singulis hominibus habentibus equos quilibet equitaret equũ alienum ꝛ non propriũ, añs esset verum ꝛ cõsequens falsum. Fit rursus in his propositionibus/equũ quilibet homo habens equitat illum/ quilibet homo habens equũ equitat illum/eque restricte referre illud relatiuũ pro equo possesso ab homine, et casu quo omnes homines possideant equos nõ tamen equitent nisi siluestres, ambe sunt false. Sequitur tandẽ ꝙ concedentes hanc consequẽtiam/petrus habens hunc equũ non equitat illum, ergo petrus habens equũ non equitat illũ, relatiuo referente in antecedẽti terminũ singularẽ ꝛ in cõsequenti eius superiorem, censent de illo relatiuo ac si esset reciprocum, quod est cõtra eius naturã. ¶ Et arguitur sic. He propositiones/quilibet homo habẽs equũ equitat ipsummet/ aliquis homo habens equũ non equitat ipsummet/ sunt contradictorie, ꝛ tñ in casu argumenti sunt vere. Nam cum relatiuũ sit reciprocum, conuenit simul sub antecedẽti ꝛ sub ipso ascendere, quare bene sequiẗ/petrus habens hunc equũ non equitat ipsummet vel petrus habens hunc equũ ꝛc̃. ergo petrus habens equum non equitat ipsummet. ¶ Omnes sumuliste propter argumentũ negant dictas propositiones cõtradicere, dicentes ly equũ in negatiua debere distribui hoc modo/aliquis homo habens quẽlibet equũ ꝛc̃. qr cum sit antecedẽs relatiui sub quo proinde licet ascẽdere ꝛ descendere, virtualiter accipiẗ pluribus, habetqꝫ subinde opposito modo supponere ꝙ̃ in sua contradictoria. Hoc verũtamẽ supra reprobatũ est. Quinimmo talis determinatio accipiẗ vnice ac si nõ eẽt añs relatiui, ꝛ ideo in negatiua distribuiẗ virtualiter, ꝙ̃ꝙ̃ non dicas, quẽlibet, suntqꝫ proinde cõtradictorie, ꝛ negatiua est falsa, et in ꝯñs qua niteris eam improbare arguis a non distributo ad distributũ. Responsum hoc manifeste cõfirmatur hac ratione. He due propõnes/omne albũ videt ipsummet/aliquod albũ non videt ipsummet/relatiuo referẽte ly albũ solum pro formali, vt sit sensus videt ipsam albedinem, sunt cõtradictorie, ergo ꝛ he pariter/omnis res habens albedinẽ videt ipsamet/aliqua res habens albedinem nõ videt ipsammet, vtpote in quas ille formaliter resoluanẗ, ergo ly albedinẽ in negatiua equiualẽter distribuiẗ, dependẽter ad minus a disiũctiua resolutione totius (vt supra expositum est) alias non opponerentur.

¶ Per hec ad prima cõfirmationem. 13. No.

Cõcessa eñ maiori negatur negatiua, ꝛ ad ambas probationes negatur añs. Nam in his/hic homo qui est homo nõ est ipsemet/hoc quod est homo vel homo non est ipsemet) pronominibus totum complexũ singularizantibus) e vers a, vt ex dictis patet, partes ille distributiue supponũt. Quod patet nã hec ꝓpositio/hic homo qui est homo nõ est animal/sic exponiẗ/hic homo nõ est animal vel hic homo nõ est homo/ ꝛ hec hoc qđ est homo vel homo nõ est animal/sic exponiẗ / hoc nõ est animal vel hoc non est homo/vbi dicte partes distribuuntur. Unde sub illis antecedentibus nõ licet ascendere disiunctiue sed copulatiue. Qui autẽ nolunt hoc admittere teneñ dicere dictas propositiones nõ contradicere, sed debent ille partes que sunt antecedẽtia relatiuorum in negatiuis distribui. Sed arguis probando ambas esse falsas. Etenĩ negatiua concessa est iam falsa, ꝛ affirmatiue falsitas probaẗ. Sequitur bene/omnis homo est ipsemet, ergo omnis homo est ipsemet vel ipsamet, a conuertibilibus (supposito ly ipsemet in antecedenti absoluatur a genere ꝛ in cõsequenti nõ. Rursus ergo ipsemet vel ipsamet omnis homo est, per conuersionem. Tandem ergo ipsemet omnis homo est vel ipsamet ois homo est, per reductionẽ disiũcti ad disiunctiuã. Quare, cũ vtraqꝫ pars sit falsa, sequitur de vltimo ad primũ ꝙ affirmatiua est falsa. Negatur secũda ꝯñ a que videtur conuersio, vtpote in qua arguitur a confusa ad determinatam ex parte totius disiuncti, habet eñ conuerti in hanc/s. ipsemet vel ipsemet omnis homo est/que prius est resoluenda per descensum sub predicato quã reducatur ad disiunctiuã. ¶ Dubitas autem hic forte de his/entia ꝙ̃ sunt petrus ꝛ paulus erunt ipsamet/entia que sunt petrus ꝛ paulus non erunt ipsamet, que cum appareant contradictorie, videntur tamen vere, casu quo petrus ꝛ paulus desinant nunc esse per vltimũ esse, partibus tñ eoꝝ essentialibus restantibus. Affirmatiua enim sic patet. Hec entia erunt ipsamet (demonstratis partibus) ꝛ hec sunt entia que sunt petrus ꝛ paulus, ergo entia que sunt petrus ꝛ paulus erunt ipsamet. Et negatiua sic. Petrus et paulus non erunt ipsimet / petrus et paulus sunt entia que sunt petrus et paulus, ergo entia que sunt petrus et paulus non erunt ipsamet. ¶ Ad hoc tamẽ concesso ꝙ sint cõtradictorie

⁊ q̄ in illo casu affirmatiua sit vera, negaꝫ illa ꝯña que pbetur negatiua, nam cũ ly ipsimet in maiori accipiatur tãq̃ adiectiuũ subiecti, certe redducitur in hoc copulatũ/ ipsimet et ipsemet, singulis partibus singulas partes subiecti referẽtibus, ⁊ cum ly ipsamet in cõsequente accipiatur in neutro genere, equiualet disiũcto ex multis copulatis in qḋ resoluitur subiectum. s. entia que sunt petrus ⁊ paulus. Quare arguiꝫ in quatuor terminis, sed esset concludendũ, ergo entia que sunt petrus ⁊ paulus nõ erunt ipsimet. s. petrus ⁊ paulus. Et idem defectus ꝯmitteretur si sic argueretꝫ/ hoc ens ⁊ hoc ens nõ erunt ipsamet (demonstratis petro ⁊ paulo) et hoc ens et hoc ens sunt entia q̄ sunt petrus ⁊ paulus, ergo entia q̄ sunt petrus ⁊ paulus nõ erunt ipsamet, si ly ipsamet in maiori accipiatur tãq̃ adiectiuũ subiecti, sed est cõcludendũ, ergo entia que sunt petrus ⁊ paulus nõ erunt ipsimet ⁊ ipsummet.

4. No. ¶ Ad secundã confirmationẽ ex dictis secunda parte introductionis patet responsio. Diximus eñ nũq̃ relatiuũ posse resolui ante suũ añs, a quo habet necessariam dependentiã. Unde cõcessa maiori negatur qḋ negatiua sit vera in illo casu, neq̧ licet ascendere sub ly equũ suũ anteq̃ sub ly homo. Equiualet eñ confusa de ly hõ determinate in ordine ad ly equũ, ⁊ in eius contradictoria scꝫ/ equuꝫ suũ quilibet homo videt/ determinata de ly equũ suũ equiualet confuse, que quidem affirmatiua est vera in eodem casu. Nec sequitur. Equũ suum quilibet homo videt, ergo equum quilibet homo videt. Nec si diceres quẽlibet equũ suũ quilibet homo videt, ergo equũ quilibet homo videt, q: in prima ꝯña arguitur a confusa ad determinatã ex parte illius determinationis, ⁊ in secunda a distributiua sigillata ad determinatã. Idẽ defectus cõmittitur in his cõsequentijs/ in aliquã suam partẽ quodlibet continuũ potest diuidi, ergo in aliquã partẽ quodlibet cõtinuũ potest diuidi/ in quãlibet suã partẽ quodlibet continuũ potest diuidi, ergo in aliquã partem ⁊c̃. Ex quo sequitur, q̄ in hac propõne. a. equũ suum aliquod videns non est homo, determinata de ly videns equiualet confuse, quia, vt dictũ est capite de ascensu, non solũ determinata relatiui, verum determinata cuiuscũq̧ termini dependentis in sua resolutione a relatiuo, equiualet confuse in ordine ad añs eiusdem relatiui, modo ly videns dependet a ly equũ suum tãq̃ determinabile a determinatione accepta non vnica. Nec obstat id qḋ supra dictũ est vcꝫ q̄ determinabile supponente determinate, cõfusa determinationis equiualet determinate, q: id intelligitur quãdo talis determinatio nõ est relatiuũ. Immo in hac, equum suũ aliquod videns, quilibet homo est, ambe determinate equiualent confusis ⁊ in sua cõtradictoria, scꝫ, quẽlibibet equũ suũ quodlibet vidẽs, homo nõ est, cõfusa illius antecedẽtis/ homo equiualet determinate. Ad hec tãdem in hac propõne/ cuiuslibet hominis equus b. dominũ suũ cognoscit, relatiuo referente ly equus, determinata illius relatiui equiualet confuse in ordine ad distributionẽ de ly hominis a qua dependet suum añs. Nam si relatiuũ non potest resolui ante suum añs, nec añs ante suam determinationẽ, sequitur de primo ad vltimũ vt relatiuũ dependeat ab illa determinatione/ hominis. Quare in sua cõtradictoria/ a. hominis quilibet equus nullũ dominũ suũ cognoscit/ illa cõfusa equiualet determinate. Pariter in hac/ cuiuslibet hoĩs equus dñm suũ. b. cognoscens est determinata de ly cognoscens equiualet confuse in ordine ad primã determinationem. Nam resolutio de ly cognoscens dependet a sua determinatiõe, ⁊ determinatio a suo antecedẽti, ⁊ añs a prima determinatione, igitur de primo ad vltimũ secundum determinabile depẽdet a prima determinatiõe. ¶ Sed q̄ris an in hac/ equũ suũ quilibet homo videns est animal, prius sit resoluendũ relatiuũ, quia est determinatio pluribus accepta, an prius determinabile, q: est añs relatiui (sunt eñ ambe necessarie dependẽtie). Re vera determinabile prius, nã cum relatiuũ, ⁊ acceptionẽ, ⁊ suppositionẽ a suo antecedenti recipiat, non est intelligibile posse singularizari nisi singularizato añti. Arguis verũtñ contra hoc. Sequeretur inde dictã propõnẽ cum sua cõtradictoria scꝫ/ quẽlibet equũ suũ aliquis hõ videns, nõ est animal/ esse simul falsas, casu quo oẽs hoies oẽs equos videãt, alij tñ possideãt equos, alijvero nõ. Etenĩ negatiua videtur manifeste falsa, vtputa cuius predicatum supponit pro quocũq̧ supposito subiecti. Et probatꝫ affirmatiua falsa. Nam sub ly homo distributo signanꝫ multe singulares false, in quibus vcꝫ demõstranꝫ homines non possidẽtes equos. Ad hoc negaꝫ prima sequella, immo affirmatiua est vera. Nec sub ly hõ possunt demonstrari homines nõ possidentes equos. Sed contra, ly homo tñmodo restringitur pro homine equũ hoĩs vidente, nam sensus illius propositionis ratione relatiui est/ equũ hominis vidẽtis homo videns est animal, cuius subiectũ supponit pro hoĩe non possidente equũ, cum oẽs videant equũ hominis. Negatur primũ añs, immo restringitur pro solo homine suuꝫ propriũ equũ vidente. Unde quãdo relatiuũ reciprocum est determinatio sui antecedẽtis non habet resolui ad faciendã verificationẽ, sed debet fieri verificatio cũ tali reciprocatione. Hinc patet quid dicendũ sit circa hanc, ab ipsomet quodlibet differens est ens, ⁊ similes. Item circa propositiones relatiuorũ alietatis, vt si diceres, quilibet homo. b. alium hominẽ videt Illa eñ determinata equiualet confuse. Et si diceres, aliuꝫ hominẽ aliquod videns nõ est homo/ ambe prime determinate equiualent confusis, sicut si diceres/ quẽlibet alium hominem quodlibet videns est homo, cõfusa illius antecedentis equiualet determinate. Etenĩ sicut relatiuũ reciprocũ, ita relatiuũ alietatis habet essentialem dependentiã a suo antecedẽte. At vero acriores difficultates horum relatiuoꝝ ad tractatum disiunctoꝝ ac copulatoꝝ expectãt. Cum omnis difficultas relatiuoꝝ, in terminis simplicibus, consistat in cognitione huius, quando vcꝫ cõfusa equiualet determinate ⁊ determinata confuse, satis est id per exempla exposuisse. Per hec eñ plene docebeꝛis ⁊ arguere ⁊ respondere in oppositionibus relatiuoꝝ. Et hec de oppositionibus.

¶ Caput duodecimũ.

SEquitur de equipollentijs.
De quibus dantur tales re
gule. ¶ Prima. Si alicui si a
gno vli vel particulari pre-
ponatur negatio: equipollet suo cõtra
dictorio. Ut he equipollẽt/ non ois hõ
disputat/ quidam hõ non disputat: ois
hõ disputat/ nõ quidã hõ nõ disputat.
¶ Scḋa. Si alicui signo vli postponaꝫ b
negatio: equipollet suo cõtrario: vt he
eq̄pollent/ ois hõ non disputat/ nullus
hõ disputat/ ois hõ disputat/ nullus hõ
nõ disputat. ¶ Tertia. Si alicui signo c
vli vel particulari preponaꝫ et postpo-
natur negatio: equipollet suo subalter
no: vt he equipollẽt/ non ois hõ nõ dis-
putat/ quidã hõ disputat/ ois hõ dispu
tat/ nõ quidã hõ non disputat. Et dicte
regule in his v̾sibus cõtinẽꝫ. Pre: con
tradic. post: cõtra. prepostq̧: subalter.
¶ Ex his regulis inferꝫ q̄ si duo signa d
vlia negatiua ponanꝫ in eadẽ locutiõe.

ita q vnum sit in subiecto et reliquum in predicato: primũ equipollet suo contrario per secundã regulã: ⁊ secundum suo cõtradictorio per primã: vt nichil est nichil: eq̃pollet huic/ quodlibet est aliquid. Nam per secũdam regulã: nichil nõ/⁊/quodlibet/equipollent: sicut oĩs nõ/⁊/nullus/⁊ per primã regulam: non nichil/⁊/aliquid: sicut/nõnullus/⁊ quidam: ⁊ sic due prime sunt equipollẽtes. Unde versus. Non oĩs/quidã nõ: omnis non/quasi/nullus. Nõnullus/ quidam: sed/nullus nõ/valet/oĩs. Nõ aliquis/nullus: non quidam nõ/valet/ omnis. Non alter/neuter: neuter non/ prestat/vterq̃.

¶ Lectio vnica.

SEquitur ⁊c. Quãq̃ aũt posset etiã accipi equipollentia puta pro ꝓpositionibus, aut synonimis, aut quomodocũq̃ equiualentib⁹, siue categorice fuerint siue hypothetice, auctor in presentiarũ noĩe equipollentie intelligit. P.h. duas categoricas, vtroq̃ termino participantes ordine eodem, additione negationis formatur equiualentes. Negationis inq̃, aut negationũ, item/ additione, aut detractione, vt cõmodis exemplis in textu monstrauit. Et ponit de eq̃pollentijs tres regulas cum vno corollario.

¶ Sed quia tm̄ agimus de equipollentiis et oppositionibus ex parte modorum constituantur rotuli sicut in modalibus cōpositis. V. g. he quatuor:/ petrus possibilr disputat/ petrus contingenter disputat/ petrus nō impossibilr disputat/ petrus nō necessario nō disputat/ sint in amabimus, et he/ petrus possibiliter non disputat/ petrus contingenter non disputat/ petrus non impossibiliter non disputat/ petrus non necessario disputat/ in edentuli, et he/ petrus nō possibiliter disputat/ petrus non cōtingenter disputat, petrus impossibiliter disputat/ petrus necessario non disputat/ in iliace, et he/ petrus non possibiliter non disputat/ petrus non contingenter non disputat/ petrus impossibilr non disputat/ petrus necessario disputat/ in purpurea (accipitur contingenter, ut convertatur cum possibiliter). Inter quos rotulos, sicut in modalibus compositis dispositos, reperiuntur equipollentie et oppositiones omnino eodē modo. Ubi advertito q̄ quando. P. precipit negationē ferri in modū et nō in verbum non intelligitur in modalibus divisis q̄ negatio nō feratur in verbū, sed q̄ nō preponatur

alia negatio ad verbum, ꝗ̃ illa que preponitur modo que vez fertur in modū simul ⁊ verbum, vt patet in illa de iliace, petrus non possibiliter disputat. ¶ In his totalis patet quēadmodū in his modis sumunt equipollentie sicut in illis/omnis/nullus/quidam. Nā qꝛ hi duo modi/possibiliter/impossibiliter/cōtradicunt, preposita negatione alteri illorum equipollent, sicut hi duo/necessario/possibiliter nō. Rursus quia hi duo/necessario/impossibiliter/contrariantur, postposita negatione alteri illoꝝ equipollent, ⁊ hi duo/necessario/possibiliter/quia subalternātur, per prepositionem ⁊ postpositionē negationis ad alterum equipollent, sicut hi duo/impossibiliter ⁊ possibiliter non.

2. No. ¶ Propositio modalis diuisa ratione subiecti eodē modo est resoluēda sicut cetere categorice, sed ratione modi veritas eius cognoscenda est per suā deinesse. Unde ꝓpō deinesse dupliciter accipitur, vno modo vt distinguitur contra propositionē de extrinseco tempore, vt propositio deinesse sit propositio verbi presentis temporis non modificati aliquo modo ampliatiuo, vt/petrus est homo. Alio modo vt distinguitur cōtra modalem, vt videlicet propositio deinesse sit propositio in qua nec verbum nec dictum propositionale, aliquo modo ampliatiuo determinatur, vt/petrus est hō/petrus erit hō. Etem̄ propositio de extrinseco tempore dicitur hoc modo deinesse. ¶ Est hic rursus attente animaduertēdum, aliud esse ponere aliquam ꝓpositionē inesse, aliud assignare ei suā deinesse, aliud deniq̄ ipsam ad aliquā deinesse reducere. Primū nāq̄ est dare seu admittere veritatem alicuius propōnis possibilis, vt si admittenti possibilitatem huius/infinitum est/diceres ponatur inesse. i. sit ita ꝙ sit infinitū. Quomodo Arist. 8. phi. inquit/possibili posito inesse nullū sequitur incōueniens. Assignare alicui ꝓpositioni suā de inesse, est, si sit de extrinseco tempore, mutare verbū in verbū presentis, ⁊ si sit modalis, expungere modum vt maneat eius preiacens, ceteris omnibus inuariatis. V. g. deinesse huius om̄e album fuit nigrū / est hec/omne album est nigrū, ⁊ deinesse huius/tm̄ album possibiliter erit nigrū / est hec/tm̄ albū erit nigrum, que est preiacēs prime. At reducere aliquā propositionē ad suam deinesse est per suā deinesse eius veritatē aut falsitatem probare aut manifestare, vt si neganti hanc/lucifer cecidit e paradiso/probares illā sic, hec/lucifer cadit e paradiso/olim fuit vera, et hec est deinesse ad quam illa de preterito est reducenda, ergo illa de preterito est vera. Aut si neganti hanc/deus cōtingenter creat/probares illā sic/hec/deus creat/est contingēs, ⁊ hec est deinesse ad quā illa modalis reducitur, ergo illa est vera. Differentiā hoꝝ mēbroꝝ accurate notato pro intelligētia huius disputationis.

3. No. ¶ Igitur septem constituuntur regule pro veritate propositionum de extrinseco tempore ⁊ modalium cognoscenda. ¶ Prima. Ad veritatē propositionis de preterito, immediate reducibilis ad suā deinesse, sufficit ⁊ requiritur ꝙ sua deinesse aliquando fuerit vera. ¶ Secunda. Ad veritatem propōnis de futuro, immediate reducibilis ad suā deinesse, sufficit ⁊ requirit ꝙ sua deinesse aliquando erit vera. ¶ Tertia. Ad veritatē modalis diuise de possibiliter, reducibilis immediate ad suam deinesse, sufficit ⁊ requiritur ꝙ sua deinesse sit possibilis. ¶ Quarta. Ad veritatem modalis diuise de contingenter, immediate reducibilis ad suam deinesse, sufficit et requiritur ꝙ sua deinesse sit contingens. ¶ Quinta. Ad veritatem modalis diuise de necessario, reducibilis immediate ad suam deinesse, sufficit et requiritur ꝙ sua deinesse sit necessaria. ¶ Sexta. Ad veritatem modalis diuise de impossibiliter sufficit et requiritur ꝙ sua deinesse sit impossibilis. ¶ Septima. Ad veritatem propositionis de imaginario, reducibilis immediate ad suam deinesse, sufficit ⁊ requiritur ꝙ sua deinesse sit (vt sic loquar) imaginabilis. i. ꝙ sit imaginabile ita esse sicut ꝑ eius deinesse significatur. He regule intelliguntur seclusa reflexione, nam hec propositio/hec necessario est falsa/est impossibilis, ⁊ hec sua deinesse, scilicet/hec est falsa/que demonstrat modalē, est necessaria. Et ꝓportionabiliter in ceteris. ¶ Id qd̄ sufficit ⁊ requiritur ad veritatem sufficit ⁊ requiritur ad necessitatem, et id quod ad falsitatem sufficit ⁊ requiritur ad impossibilitatē modalis, qꝛ omnis vera est necessaria ⁊ omnis falsa, impossibilis, modo sint pure modaliter resolubiles. Quod dixerim propter modales in quibus ponūtur copule implicationis, vt est hec/homo qui est, potest non esse. Item he regule intelligende sunt de affirmatiuis, nam negatiue per suas contradictorias affirmatiuas sunt regulande. ¶ Rursus circa primā regulam notato ꝙ si fuerit propositio de preterito verbi aut participij importantis absolutionē operis qd̄ fit in tempore, non sufficit, fuisse aliquā deinesse veram denotantē actionem, sed requiritur fuisse aliquam denotantē consummationē operis, vt ad veritatem huius/petrus fecit calceū, non sufficit hanc fuisse veram/petrus facit calceū, sed requiritur hanc fuisse veram/petrus perficit seu consumat calceū. Dixerim importantis absolutionem, qꝛ ad veritatem huius/ignis calefecit aquam/qꝛ nō denotat nisi simpliciter actionē, sufficit hanc fuisse verā/ignis calefacit aquā. Dixerim tꝑalis, qꝛ ad veritatē huius/deus creauit/sufficit hāc fuisse verā/deus creat, ꝗ̃ denotās actionem, denotat simul cōsummationē, cum sit instantanea

¶ At quia in om̄ibus regulis insinuauimus aliquas esse ꝓpositiones de extrinseco tempore ⁊ modales que non sunt reducibiles immediate ad suas deinesse, notato hanc regulam. ¶ Omnis terminus precedens verbū extrinseci temporis aut modum ampliatiuū debet resolui anteq̄ talis propositio reducatur ad suam deinesse. Resolui inq̄ quadrupliciter, ratiōe quātitatis, ratione cōnotationis, ⁊ (vt sic loquar,) ratione totalitatis ⁊ ratione relationis. Ratione quātitatis. i. ꝙ si talis terminus fuerit cōmunis, resoluatur in sua singularia, aut si aliud quoduis signū exponibile vł quomodocūq̄ aliter resolubile addatur ei, prius tale signū resoluatur. Ratione cōnotationis. i. ꝙ si fuerit terminus cōnotatiuus, resoluatur in suū materiale absolutum. Ratione totalitatis. i. ꝙ si fuerit terminus supponens pro aliquo diuisibili, resoluatur in disiunctum supponens pro partibus. Ratione relationis. i. ꝙ si fuerit relatiuū, prius resoluatur. V. g. anteq̄ hec propositio/omne albū necessario est entia/reducatur ad suam deinesse est primū descendendū sub subiecto ratione quantitatis. Deinde sumpta quacunq̄ singulari. v. g. hoc album necessario est entia (demonstrato petro) resoluendum est subiectū ratione cōnotationis sic/hoc necessario est entia/⁊ hoc possibilr̄ est hoc albū, ergo hoc album ⁊c̄. Ac deinde veritas cuiuscūq̄ premisse cognoscēda est per resolutionē subiecti ratione totalitatis sic. A necessario est entia, ⁊ a. possibiliter est hoc, ergo hoc ⁊c̄. vt. a. valeat tm̄ in cōsequēdo sicut disiūctū ex infinitis copulatis potēs supponere pro partibus petri in quotcūq̄ partes diuisi. Ac demū maior reducitur ad suam deinesse sic. Hec propositio. a. est entia, est necessaria, et hec est deinesse ad quā illa de necessario immediate reducitur, ergo illa est necessaria. At quādo predicatū nō est terminus collectiuus. i. potens supponere pro partibus rei pro qua supponit subiectum, diuisis, non exigitur vt tale subiectū resoluatur ratione totalitatis. ¶ Proportionabiliter respectu copule de extrinseco tēpore operator. V. g. hec propositio hoc album fuit nigrum/non reducitur immediate ad suā deinesse, sed resoluitur ratiōe subiecti sic, hoc fuit nigrū ⁊ hoc est vel fuit hoc album, ergo hoc album ⁊c̄. Dixerim terminus precedens/quia terminus sequens, aut modū, aut verbum extrinseci temporis, nō est resolubilis anteq̄ propositio reducatur ad deinesse, nisi forte fuerit relatiuū de cuius proinde resolutione infra dicemus. At vero qn̄ propositio est de copula mixta cuius termini precedentes modū sunt irresolubiles, possunt immediate reduci ad suas deinesse. V. g. ad veritatē huius/petrus est vel fuit albus/sufficit ꝙ sua deinesse scꝫ/petrus est albus/vel ante hac fuerit vera, vel nunc sit vera. Et ad veritatem huius/petrus est ⁊ erit albus/sufficit es

⁊ requiritur q sua deinesse.s.petrus est albus ⁊ nunc sit vera et post hac erit vera. Et proportionabiliter in ceteris. Sed potius huiusmodi propositiones immediate reducantur ad suas hypotheticas ratione coniunctionis copule, quarum veritates cognoscantur per veritates suarū partium. Prima reducat ad hanc/petrus est albus vel petrus fuit albus. Et proportionabiliter dicatur de his/deus est vel impossibiliter est creatura / deus necessario est vel contingenter est creans ⁊c. ❡ Hinc sequitur hanc/petrus albus ⁊ petrus niger possibiliter disputat/ly et diuisiue sumpto, prius esse resoluendam ad copulatiuam ratione de ly/et/quam reducatur ad deinesse. Sed si accipiatur complexiue, non, quia non est vniuersalitas. Pariter hec/tantum creatura contingenter est ens prius est resoluēda ratione de ly tantum, quam reducatur ad deinesse, Et proportionabiliter in ceteris. ❡ Item sequitur has esse veras/iuuenis fuit senex/mater sine miraculo erit virgo/predestinatus potest esse reprobus/ceterasq similes. Igitur non dicas hanc propositionē/omne ens possibiliter est deus/ponendam esse inesse per plures, scz/hoc ens est deus ⁊c. cum ille non sint deinesse huius, sed deinesse suarum singularium (Immo nulla propositio habet plures deinesse) sed ponēda est inesse per suam preiacentem, scz/omne ens est deus/verū quia non est reducibilis immediate ad suam deinesse, non est cognoscenda eius veritas, que est impossibilis, per possibilitatem talis deinesse. Nec dicas deinesse huius/hoc albū fuit hō/esse hanc/hoc est homo, sed certe hāc/hoc albū est homo/ad quam illa non est immediate reducenda. ❡ Hinc sequit celebris illa regula dialecticorum, scz, omnis modalis diuisa de subiecto singulari. i. cuius termini precedentes modum sunt irresolubiles, equipollet sibiipsi in sensu composito. Equipollent enī/petrus possibiliter disputat/petrum possibile est disputare, q per eandem omnino deinesse regulantur. Quam regulā sicut ceteras gratis negant moderni, quia gratis asserunt dictum supponere pro propositione. Inferentes subinde q si hec propositio/petrus disputat/non sit in rerum natura, illa modalis in sensu diuiso est vera et in sensu composito falsa. Tu autem teneto illam in sensu cōposito necessariam sicut in sensu diuiso.

❡ Contra hec autem primo principaliter arguitur. Deinesse huius propositionis/adam fuit omnis homo/olim fuit vera, ⁊ tamen ipsa est falsa, ergo prima regula non habet verum. Maior patet, quia hec/adam est omnis homo/que est sua deinesse, fuit vera ante productionem eue. Et probatur minor. Sequitur bene, adam fuit omnis homo, ⁊ abrahā fuit homo, ergo abraham est vel fuit adam, conclusio est falsa ⁊ minor vera, ergo maior falsa. ❡ Confirmatur. Casu quo petrus quandoq fuisset niger ⁊ postea albus/deinesse huius propositionis/petrus fuit non albus, ante hac fuisset vera, ⁊ tamē eodem casu ipsa adhuc est falsa, ergo regula nō habet verum. Maior patet, nam tempore quo erat niger hec erat vera/petrus est nō albus/que est sua deinesse, et probatur minor. Petrus fuit non albus, ergo fuit quod nunq fuit album, cum ly/non/infinitet sm exigentiā contradictionis, sed ꝯns est falsum ergo ⁊ antecedens.

5. No. ❡ Sunt qui propter primū argumentum negant hanc propositionem/adam fuit omnis homo, nā cum predicatum (inquiunt) pro quolibet homine preterito distribuat, prius habet resolui per inductionē, deinde veritas ppōnis cognoscēda est penes deinesse suarum singularium. ❡ Sz contra. Adam in isto tempore fuit omnis homo, scz ante productionē Eue, ergo adam fuit omnis homo, per ascēsum disiunctiuū sub determinatione inclusa in copula supponēte determinate. ❡ Adhoc duo sunt modi dicēdi. Dicūt enī nōnulli, determinationē copule nullo modo restrigere predicatū, ⁊ ideo concedentes hanc consequentiam, negant antecedens, quia in hac/adam in isto tempore fuit omnis homo, adhuc ly/homo distribuit pro quolibet homine preterito, ⁊ habet probari per resolutionem predicati sicut dictum est. Sed revera cum verbū trahat extrema ad supponendum sm exigentiam sui temporis (alias enī quare extrema huius/homo est albus/supponunt pro presentibus ⁊ predicatum huius / homo fuit albus, solū p preterito) non potest iure negari quominus determinatio copule restringat ambo extrema (vt amplius circa confirmationem practicabitur). Alij hoc non potentes negare, volētes adhuc negare propositionem argumēti, negāt hanc consequentiā/adam in isto tempore fuit omnis homo, ergo adam fuit omnis homo, quia arguitur (inquiūt) ex parte predicati a magis ad minus restrictum cum distributione Sed nec isti vident admodum dialectice loqui, sequitur enī bene/petri quilibet equus currit, ergo hominis quilibet equus currit, vbi similis (si defectus est) cōmittitur. Et assignare pro differētia q hic determinatio et determinabile cōstituūt vnū extremū, illic secus, nō, est mere gratis loqui, nam vtrobiq est distributio depēdens a particularitate restringēte terminū distributum, de qua vniuersaliter est regula q non potest resolui ante resolutionē talis particularitatis, vtpote per quā certificamur pro quibus suppositis talis distributio dependens fiat. ❡ Igitur ni fallor, propositio argumēti .s. adā fuit ois homo/est vera (vt ibi probat per suā deinesse.s. adā est ois hō). Et ad argumentū in oppositū, negatur ꝯña, q medium vt ex dictis capite. 11. patet, non distribuit cōplete, cū dependeat a disiunctiua resolutione determinationis, sicut nō sequitur/hois quilz equus currit, brunellus est equus, g brunellus currit. Et si arguas, in hac propōne/adā fuit homo/ly homo accipit pro omni homine qui fuit, g signum vle pro quolibet tali distribuit. Concedo ꝯñam, sed depēdēter distribuit vt expositū est. ❡ Hinc fit hanc ꝯñam non valere/adā fuit ois hō ergo ois hō qui fuit, est vel fuit adā. Arguit enī a determinatione vnica ad nō vnicā cū distributione determinabilis, ac subinde ab incōpleta ad completā distributionē, veluti hic/hois quilibet equus currit, g quilibet equus hois currit. Sed cōuertenda est dicta propō in hanc/in aliquo tpe ois hō quā fuit, est vel fuit adā. ❡ Sequit scdo hanc/petrus possibilr est ois homo/esse necessariā, vtpote cuius predicatū supponit distributiue dependēter a ly possibilr, que proinde debet immediate reduci ad suā deinesse. ❡ Sequit tertio has propōnes/quilibet equus aliquo tpe fuit cuiusl3 hois quilibet equus/nullus equus aliquo tēpore fuit cuiuslibet hois quil3 equus/esse cōtrarias, non solū q ly tpe in affirmatiua stat determinate in ordine ad predicatū, sed q̄si diceres in affirmatiua quilibet equus in.a.tempore ⁊c. Et si arguas q predicatum in affirmatiua distribuit in ordine ad ly tpe stans confuse et in negatiua supponit cōfuse, qd cognoscit per remotionē negationis. Negat q in affirmatiua supponat predicatū in ordine ad ly tpe. Nam cū sit determinatio nōvnica, eius confusa equiualet determinate in ordine ad predicatū. Et ideo casu quo brunellus qui fuit ois equus fuisset possessus ab omnibus hominibus successiue, nunq tñ a duobus simul, fuissent tñ in quolibet instāti plures hoies simul, oēs singulares affirmatiue.s. brunellus.a.tpe fuit cuiuslibet hois quilibet equus ⁊c. est falsa, nec descendendū est sub predicato anteq sub ly tpe. ❡ Nō si quis forte admiserit descensum sub predicato affirmatiue anteq sub determinatione, dixeritq subinde tale predicatū in negatiua debere supponere determinate scz/nullus equus in.a.tempore/cuiuslibet hois quil3 equus fuit infer cōtra ipsum, has ppōnes/quil3 equus in.b.instāti fuit cuiuslibet hominis quodlibet aial/quilibet equus in quolibet instanti.b.ois.b.aial non fuit/que sm regulas superius traditas sunt cōtrarie, esse simul veras, casu quo petrus heri possedisset solum brunellum ⁊ pleheri vnum canem. Nec fuissent alia animalia.

❡ Circa hoc querit an he propōnes/ 6. No.
omne albū in.b.instanti non erit aial/aliqd albū in quolibet instanti erit aial/sint cōtradictorie. Pro huius solutione iā modo adnotatum est copulā ac subinde eius determinationē restringere ambo extrema, predicatū aūt tāq determinatio

non vnica, et subiectum tanq̄ vnica, quia postponitur huic ⁊ anteponitur illi. Unde in rigore vniuersaliter est resoluendum subiectū ante determinationē ⁊ determinatio ante predicatum. Igitur ꝓpositiones modo assumpte in rigore sunt contradictorie. Nam determinata de ly instanti in negatiua equiualet confuse in ordine ad subiectū. ¶ At vero si causa disputationis supponatur prius esse descendendum sub determinatione copule q̄ sub subiecto, tunc talis determinatio sit non vnica subiecti, ⁊ quando singularizatur restringit ipsum non solum quantum ad materiale, verum quantū ad formale, si sit terminus cōnotatiuus, vt supra capite vndecimo ostensum est. Obidq̄ dicte propositiones, tali suppositione facta nullam legem participant. Non (vt aliqui dicunt) ꝙ in negatiua determinatio accipiatur pluribus, et in affirmatiua vnica. Nam cum sepe contingat vnicam equiualere non vnice, non est ille vniuersalis defectus, sunt enim hec contradictorie/nullus homo in aliquo instanti erit animal / in aliquo instanti aliquis homo erit animal. Sed defectus patet arguendo ab affirmatiua ad contradictoriam negatiue aut contra. V.g. si ex contradictoria negatiue propositionum supradictarum inferas affirmatiuam, sc3. a. album in quolibet instanti erit animal, ergo aliquod album in quolibet instanti erit animal, vbi arguis a nō vnica ad vnicam, arguis a minus ad magis restrictum quo ad verificationem quantum ad materiale modo exposito le. 6. vndecimi capitis, quia in antecedenti denotatur in quolibet instanti futurū esse album, ⁊ in consequenti idē in quolibet. Unde si post hac alijs ⁊ alijs temporibus, alia alba erunt post alia, perpetuo tamen erūt alba, antecedēs est verum ⁊ consequens falsum, et ideo dicte propōnes sunt false. Et si arguas ecōtrario, arguis a minus ad magis restrictum quantū ad formale, q2 in antecedēti denotatur quod illud quod semper erit, aliquādo erit album ⁊ in cōsequēti ꝙ semper erit aliquod albū/hoc vel illud. Quare admissa hac imaginatione, non eodem modo restringit determinabile cōnotatiuū a determinatione vnica ⁊ a non vnica, cuius oppositū (vt supra diximus) est in rei veritate verū. Unde si sit ⁊ erit perpetuo idem homo, qui aliquādo erit albus, ⁊ aliquando niger, antecedens est verum ⁊ consequens falsum, ⁊ ideo ille sunt ambe simul vere. Igitur defectus edificans veritatē est ꝙ ly homo in affirmatiua minus restringitur q̄ in negatiua quo ad formale, ⁊ defectus edificans falsitatē ꝙ in negatiua minus restringit quo ad materiale. ¶ Notato, nō assignauimus pro defectu edificāte falsitatē ꝙ subiectum distributum in negatiua in ordine ad determinationē stantem determinate in sua contradictoria manet determinate. Nam inter determinabile ⁊ determinationē potius hic defectus edificat veritatē ⁊ oppositus, falsitatem, vt supra intimus cōtra admittentes descensum sub determinabili prius q̄ sub determinatione pluribus accepta. Unde he propositiones/album in quolibet instāti nō erit animal/ omne albū in. b. instanti erit animal/sunt subcontrarie, ⁊ he/omne albū aliquo instanti erit animal/a. album in quolibet instanti non erit animal/sunt contrarie, cuius ratio est q2 sequitur bene/ omne album in aliquo instanti erit animal, ergo omne albū in. b. instanti erit animal/a confusa ad determinatā ⁊ tamen non sequitur contra a determinata ad confusam, qđ est accurate notandum. Patet tibi late campus multiplicādi argumenta si in illis mutes negationem sc3/omnis homo in. b. instanti erit animal / aliquis homo in quolibet instanti nō erit animal/⁊ ita multis alijs modis, quibus cōmittuntur idem deffectus veritatis ⁊ falsitatis. Item si cōferas has/in quolibet instanti quodlibet album erit animal/quodlibet album in aliquo instanti nō erit animal/que non sunt cōtrarie, cum arguendo ab affirmatiua ad contradictoriā negatiue arguatur a minus ad magis restrictum, quo ad verificationē quantum ad materiale de ly album.

7. No. ¶ Qui tuentur falsitatem propositionis argumenti, asserunt subinde ⁊ propositionē confirmationis esse falsam. Statuunt eīm hanc regulam. Negatio infinitans infinitat s̄m exigētiam cōtradictionis. Unde cū in hac v.g. petrus fuit albus/predicatum teneatur pro illo qđ fuit album, sit vt in hac/petrus fuit non albus/ stet pro illo quod fuit aliquid quod nūq̄ fuit album, quare in casu cōfirmationis est falsa. Unde non sequitur (inquiunt) petrus fuit nō albus, ergo petrus est vel fuit non albus. Nam casu quo petrus qui ante hac fuit niger incipiat nunc esse albus per primum sui esse, antecedens est verum ⁊ cōsequens falsum. Nec sequitur/petrus est ⁊ fuit non albus, ergo petrus est nō albus, nā cum sensus predicati antecedentis sit/quod non est ⁊ fuit album, negatione cadente in totum, in eodem casu antecedens est verum ⁊ consequens falsum. Quinetiam addunt hanc cōsequentiā non valere/petrus semper erit nō albus, ergo aliquando erit non albus. Quia in antecedenti sensus predicati est/quod non semper erit albus/⁊ in cōsequenti/qđ non aliquando erit albus. Quare si petrus qui perpetuo erit quandoq̄ erit albus, quādoq̄ vero niger, antecedēs est verum et ꝯsequens falsum. Unde manifeste ni fallor sequit has duas contradictorias/petrus in quolibet instanti erit non albus/ petrus in aliquo instanti nō erit non albus esse simul veras. Nam affirmatiuā ipsi cōcedunt, ⁊ negatiua patet per nō suppositionem predicati, quod non in aliquo instanti erit albū. Concedunt rursus eadem ratione has esse impossibiles/ petrus possibiliter est non albus/deus contingenter est nō creans; quod impossibile sit predicatum supponere pro illo pro quo subiectum. Negant preterea hanc consequentiam/deus necessario est non creans, ergo deus possibiliter est nō creās. Que quidem, admisso ꝙ negatio infinitet s̄m exigentiam cōtradictionis s̄m ampliationem ⁊ appellationem termini infinitati, manifeste sequūtur, nam cum hec/ deus necessario est creans/sit falsa, hec erit vera/deus necessario est non creās/ (nolunt eīm isti admittere duos terminos cōtradictorios verificari de eodē aut falsificari mediante eadē copula). ¶ Pro reprobatione huius opinionis sat esset (credo) ꝙ ad ipsam sequātur incōuēntia hec aliaq̄ id genus plura. Arguitur tamē sicut in responsione ad argumentū principale. Terminus finitus positus a parte predicati est respectu determinationis copule velut determinabile acceptū pluribus, ergo negatio adueniente, que est velut signū vniuersale, negat ipsum depēdēter a tali copula ac proinde habent tales propositiones reduci ad suas deinesse non retenta ampliatione talis termini infinitati, quis eīm diceret deinesse hui⁹ modalis/ petrus possibiliter est non albus/esse hāc/petrus est ꝙ non possibiliter est album, ⁊ non potius hanc / petrus est non albus/cum in prima tanta sit confusio ratione ampliationis quāta in ipsa modali. Item. Negatio infinitās predicatū ponitur post copulam, ergo non negat virtutem precedentis copule, ac subinde non reddit sensum contradictoriū ad eius ampliationē. Item. De illo qui aliq̄n vidit ⁊ postea fuit cecus verū est dicere/hic fuit cecus, ergo verū est ꝙ fuit nō videns ⁊c̄. Et eadem rōne quicūq̄ nūc possibilr est nō videns, q2 quicūq̄ possibilr est cecus. Ac proinde negatio nō infinitat s̄m exigētiā cōtradictionis respectu ampliationis. ¶ Igitur propositio confirmationis in illo casu est vera ⁊ hec est necessaria/petr⁹ possibiliter est non albus, ⁊ vniuersaliter huiusmodi propositiones sunt regulande per suas deinesse non retenta maiori ampliatione a parte predicati q̄ si essent de predicato finito. ¶ Sed queris an admn.us a parte subiecti negatio infinitet s̄m exigentiā contradictionis, nam ex solutione argumēti videtur ꝙ sic. Dictum eīm est in his/adam fuit omnis homo/ adam possibiliter est omnis homo/predicatū distribui dependenter, sed in his/ois homo fuit adā / ois homo possibilr est adam/subiectū distribui absolute ⁊ complete, igit a simili ly non, esto a parte predicati dependenter infinitet, nihilomin⁹ a parte subiecti infinitat absolute, ac subinde l3 hec/petrus possibiliter est non albus/sit necessaria, nihilominus hec, nō albū possibiliter est petr⁹/est impossibilis, cuius subiectū valet/quod non possibilr est albū. ¶ Pro huius solutione hoc

vnū existimo apprime notandū ꝙ quando complexum acceptum vnica acceptione ampliatur, tunc ampliatiões partiū non sunt per se explicande, sed debet totius complexi ampliatio tanq̄ vnius termini explicari. V.g. ampliatio illius partis/homo/in hoc complexo/aliquid omnis homo possibiliter est petrus/vbi ly omnis efficitur pars, non habet explicari sic/aliquid omnis homo qui potest esse, sed totius ampliatio explicatur sic/aliquid quod potest esse omnis homo/vt ly omnis sit pars, obidq; non solum concederē hāc/adam fuit aliquid omnis homo, sed hāc/aliquid omnis homo fuit adam/et hanc/aliquid omnis homo possibiliter est adam ꝛc̄. signis existentibus partibus. Igitur cum ly non/infinitans, constituat complexū cum termino infinitato, acceptum vnica, pari ratione sensus huius/nō album fuit petrus/non est, quod nō est vel fuit albū fuit petrus, sed/aliquid quod est vel fuit non album, fuit petrus/que in casu argumenti est vera. Unde he sunt necessarie/non album possibiliter est nigrū/non creans necessario est deus ꝛc̄. Quod expresse asserit Aris. in postpredicamentis dicens/non citarizātem possibile est citarizare. Et revera hic est cōmunis modus loquendi. Quicūq; enim ɔcederet/cecus potest videre, cōcederet/nō vidēs pōt videre.

8. No. ¶ **Sed arguis contra hoc. Primo ly** nō quicquid post se invenit destruit ꝛ eius oppositum ponit, ergo infinitat sm̄ exigentiā contradictionis, ac proinde illa/petrus possibiliter est non albus/est impossibilis. Secundo. Si negatio infinitans non infinitaret sm̄ exigentiā contradictionis, sequeretur hanc esse falsam/tm̄ album possibiliter est nigrū/cum tamē sua vniversalis de terminis transpositis scʒ/omne nigrū possibiliter est albū/sit necessaria. Sequella patet, nam secunda exponens. s. nihil non album possibiliter est nigrum/est falsa, cum sua ɔtradictoria. s. non album possibiliter est nigrum/sit vera. Tertio. Sequeretur duos terminos contradictorios simul verificari de eodē mediāte eadem copula, item ꝛ simul falsificari, cum ex opinione, he ambe/petrus fuit albus/petrus fuit non albus/sint vere, et he false/petrus est ꝛ fuit albus/perus est ꝛ fuit non albus. ¶ Ad primū cōceditur maior, ꝙ vcʒ negatio quicquid invenit post se destruit ꝛc̄. Diversimode tamen, nā quādo accipitur negan ter, cum neget copulam, negat subinde ꝛ eius ampliationem, sed quando accipitur infinitanter, cū solum neget terminum categorematicum, negat subinde solam eius significationē, sine aliquo ordine ad ampliationē. Idem enī conceptus/nō homo/est, in ordine ad quācunq; copulam teneatur, immo q̄uis non sit in propositione. Forsan si hanc distinctionē considerassent moderni, non negassent ꝛ Aris. ꝛ cōmunem modū concipiendi. ¶ Ad secundū, negatur prima sequella, ꝛ negatur secundā exponentem illius exclusive esse hanc/nihil non album possibiliter est nigrum, sed est hec/nihil non quod possibiliter est album ꝛc̄. nam cum ly tm̄ excludat predicatuʒ ab opposito subiecti in ordine ad talem copulam, debet exprimi in secunda exponente eadem ampliatio, vt accipiatur oppositum, etiam respectu ampliationis. ¶ Ad tertiū, volunt quidam sentire ꝙ q̄uis he sunt vere/petrus fuit albus/petrus fuit non albus/nihilominus illa predicata non sunt termini contradictorij, quia tm̄ valēt sicut/quod aliquādo fuit albū/quod aliquando non fuit album. At si memineris formā terminorum contradictorioꝝ non cōsistere in ampliatione, sed in sola significatione, in hoc scʒ ꝙ alter cōnotet negationē significati alterius, censebis tales terminos esse contradictorios, cum ipsi idem conceptus extra propositionem essent termini contradictorij. Et ideo conceditur duos terminos cōtradictorios verificari de eodem mediante copula particulari. Nam revera non denotatur verificatio pro eodem tempore. Et pariter conceditur duos terminos contradictorios falsificari de eodem mediante copula vniversali.

9. No. ¶ **Ex his sequitur ꝙ quandocunq; in** aliqua modali divisa a parte predicati ponitur aliqua vniversalitas, illa est irresolubilis anteq̄ ponat̄ in esse. Ex quo sequitur has propositiones/petrus possibiliter est albus sine albedine/petrus possibiliter est iustus sine gratia/et similes esse impossibiles, nec valet illa cōsequentia, petrus possibiliter est albus sine hac albedine/ꝛ petrus possibiliter ꝛc̄. ergo petrus possibiliter est albus sine albedine. Hec tamen est necessaria/petrus sine albedine possibiliter est albus/vt patet per descensum copulativū sub ly albedine. Queris an de his/albuʒ sine albedine possibilr̄ est petrus/iustus sine gratia possibiliter est paulus. Si determinationes determinent copulam, ille sunt necessarie, vt patet per resolutioneʒ subiecti scʒ hoc sine albedine possibiliter est petrus/ꝛ hoc possibiliter est album, ergo ꝛc̄. et maior patet per descensum sub ly sine albedine. Sed si sint determinationes subiectorum accepte vnica, certe sunt impossibiles. Non ꝙ sit tenendum ꝙ quando a parte subiecti est aliqua cōnotatio non repugnans sit ꝑ resolutionem tollenda, quando vero sit cōnotatio repugnās, nequaq̄ (videtur enī hoc gratis dictum) sed ꝙ cum totū subiectum accipiatur vnica acceptione, totum est resolvendum vnica resolutione, cuius proinde resolutionis minor semper est falsa, resolvit̄ enī sic/hoc possibilr̄ est petrus/ꝛ hoc possibiliter est albū sine albedine, aut, possibiliter est iustus sine gratia, ergo ꝛc̄. Unde he/sine albedine album possibiliter est petrus/sine gratia iustus possibiliter est paulus/vere sunt ꝛ necessarie. Notato hoc vt in q̄plurimis similibus operari decearis. Presertim in exponibilibus vbi dicemus eam obiē has esse veras/petrus possibiliter differt ab albo, possibiliter est maior paulo, possibiliter incipit esse ꝛc̄. vt pote que prius sunt reducende per suas deinesse q̄ exponende. ¶ Sequitur secundo has ambas esse necessarias, scilicet/petrus possibiliter est albus/petrus possibiliter est non albus/sicut has deus contingenter est creans/deus contingenter est non creans/has tamen esse impossibiles/deus necessario est creans/deus necessario est non creans. ¶ Sed contra sequeretur ex primis ꝙ petrus possibiliter est albus ꝛ non albus, ly et divisive sumpto, nam in illam copulativā videtur hec de copulato reduci, ꝛ tamen hec est impossibilis vt patet per suam deinesse. Secundo. Sequitur bene/deus necessario est creans vel non creans, ergo deus necessario est creans, vel deus necessario est nō creās, per resolutionem disiuncti in suā disiunctivam, et antecedens est verum vt patet per suam deinesse, ergo et consequens, quod est negatum. ¶ Ad vtrāq; replicā negatur consequentia. Cum enim in hac/petrus possibiliter est albus ꝛ non albus/ly et sit vniversalitas depēdens a particularitate de ly possibiliter, prius habet poni inesse q̄ reducatur ad copulativam. Et ideo non sequitur ex illa copulativa concessa. Rursus cum in hac/deus necessario est creans vel non creans/ly vel sit particularitas stans quodāmodo confuse in ordine ad ly necessario, prius est reducenda ad suam deinesse q̄ ad disiunctivam, ꝛ ideo non infert illā disiūctivam negatam. Hec autem/petrus et paulus possibiliter est in hoc loco, signato loco qui soluʒ alterum potest capere, ly et divisive tēto, prius debet reduci ad copulativam q̄ ad deinesse, et ideo illa est vera, quia vtraq̄ pars est possibilis. At si ly et accipiatur complexive, vt si dicas petrus ꝛ paulus possunt eē in hoc loco, illa est impossibilis, quia cum ly ꝛ nō sit vniversalitas, habet immediate resolui per suaʒ deinesse, que est impossibilis. Quo fit hanc esse impossibilem/he propositiones possunt esse vere/demonstratis duabus contradictorijs contingētibus, cum copulatum inclusum in termino singularis numeri accipiatur complexive. Item fit vt quando termini precendentes modum sint irresolubiles, q̄uis sint termini complexi aut pluralis numeri, modalis in sensu diviso equipollet sibi in sensu composito.

¶ **Secundo ad principale arguitur.** Deinesse huius propositionis/michael ꝛ gabriel possunt eē omnes angeli (signo collective tento) est possibilis, et tamen ipsa est impossibilis, ergo regula falsa. Maior patet, nam hec/michael ꝛ gabriel sunt oēs angeli/est sua deinesse, que

si soli essent duo angeli nominati, esset vera. Et minor itidē constat descendenti copulatim sub predicato ad omnia indiuidua possibilia. ¶ Cōfirmat. Deinesse huius/antichristus possibiliter est homo qui est/est possibilis, scilicet/ antichristus est homo qui est/⁊ tamen ipsa est falsa, ergo tertia regula falsa. Minor patet resoluenti relatiuum, vbi asseritur antichristum nunc esse.

10. No. ¶ Argumētum principale ex supradictis solutū restat. Etenī quēadmodū sub termino distributo a parte predicati non licet ascendere aut descendere ante reductionem propositionis ad suam deinesse, ita nec sub termino determinato a signo collectiuo, siue signum sit pars, vt est de rigore a parte predicati, siue non. Nam huiusmodi resolutio dependet a copula sicut illa. Quare ꝓpositio ibi assumpta ⁊ similes sunt necessarie. ¶ Est autē difficultas de hac/ omnes angeli possibiliter sunt/presertim si signū non efficiatur pars extremi. Quā multi concedunt, dicentes ꝙ illa est reducenda immediate ad hanc deinesse/omnes angeli sunt. Hi autem quāuis fortasse haberent apparentiā si signum sit pars, non tñ si nō sit pars, quē sensum supponimus. In quo sensu adhuc alij concedunt illam, dicentes ꝙ debeat reduci ad plures deinesse, sc3/hi angeli sunt angeli/ duobus demonstratis, ⁊ hi angeli ⁊c̃. Sed re vera vel hi vel ego male fallimur, nam illud est descendere pure copulatiue sub subiecto, ac deinde ponere singulares in esse, qui quidē descensus non congruit signo collectiuo. Igitur dicta ꝓpositio est impossibilis, quippe sub cuius subiecto est immediate copulatim descendendū per hāc/omnes hi angeli ⁊ hi ⁊c̃. (omnibus possibilibus demonstratis) possibiliter sunt angeli/cuius deinesse sc3/omnes isti angeli ⁊ isti angeli ⁊c̃. sunt angeli/ est impossibis per quācunq3 potentiā. Nam si est possibilis ponatur in esse, tunc queritur an deus possit aliū angelum creare qui nō sit creatus, vel non, si sic, aliqua pars subiecti illius deinesse non supponit, cū ibidem mōstrētur omnes quos deus potest creare. Si nō, igitur potētia dei est limitata. Quidā huic rationi obuiare nitentes supponunt infinitā potentiam dei in hoc consistere ꝙ possit omne creabile creare, nec se extendit ad hoc ꝙ possit creare omne imaginabile, quando illud est impossibile. (non enim dicitur deus finite potentie eo qđ non possit creare chimeram) Tūc dant veritatē illius deinesse, casu quo omnes angeli quos deus potest creare simul creet, et ad rationē in oppositum, vel deus potest creare aliū angelū vel non, dant secundā partem. Nec inde sequitur potentiam dei esse limitatam, cum nō sit alius angelus creabilis, immo per hoc dignificatur potius dei potentia, qui oīa que potest creare simul creauerit. Hoc autem respōsum non videtur satisfacere rem occultius inspicientibus. Data enī eorum hypothesi que certe est vera, arguit sic. Angelis, quotquot volueris, creatis, adhuc restant infiniti creabiles, ḡ si deus nō potest alium creare, potētia eius est exhausta. Consequentiā ipsi concedunt, ⁊ probatur maior. Creabile solum dicit ex nihilo producibile, ergo quibuscūq3 producibilibus ex nihilo productis, cum ibi nulla materia consumatur, adhuc restant infinita producibilia. Vel aliter. Creabile nullam potētiam dicit ex parte passi, sed solum ex parte agentis, et deus per nullam entiū productionem fit minoris potentie, ergo quotcunq3 productis, potest infinita alia producere. Mirum enī est concedant hi, deū posse in illo casu anihilare aliqđ ens ⁊ ipsum recreare, ⁊ ꝙ nō possit aliud de nouo creare, cum hoc (vt ad modū nostrū loquamur) sit facilius. Item si deus potest creare tot angelos qui non possit plures, pari ratione poterit toties creare eundē ⁊ anichilare, vt non possit pluries. Tunc vel ille angelus restat creatus vel anichilatus. Si primū, datur creatus angelus quem deus anihilare non potest ⁊ si secūdū, signatur angelus quem creare nō potest. ¶ Igit̃ non est possibile tot entia esse creata quin de⁹ alia possit creare. ¶ Sed cōtra. Deus noticia simplicis intelligentie cognoscit omnia que potest creare, immo oīa que potest cognoscere, ergo potest omnia simul producere. Negatur ꝯña. Nam antecedens nō repugnat nature rerū sicut cōsequēs. ¶ Per contrario autem quare non repugnat deum tot cognoscere (vt plura cognoscere nō possit, repugnat autem tot creare vt non possit creare plura. Ex parte dei causa est quod actualr̃ cognoscere dicit in eo perfectionē, ⁊ ideo repugnat eius summe perfectioni aliquod esse cognoscibile quod nō cognoscat, nam deficeret ei tunc aliqua perfectio. Attamen actualiter creare non dicit in eo aliquam perfectionem, sed posse creare (non enī quando deus creauit mundum aliquam perfectionem acquisiuit) obidq3 non repugnat eius perfectioni aliqđ esse creabile quod actualiter non creat. Sed ex parte obiecti causa est. Sicut cognoscibile non ponit existētiā obiecti, ita nec actualiter cognitum (cognoscit enī deus illa que naturaliter non possunt esse) et ideo non repugnat ex parte obiecti ꝙ non sint plura cognoscibilia q̄3 cognita. At cum creabile nihil dicat ex parte materie, creatum vero dicat existentiam, fit vt creabile non solū in plus se habet q̄3 creatum, verum repugnet huic quod est esse creabile, per existentiam quorumcūq3 creatoꝝ exhauriri. Nam semper (vt sic loquar) restabit nihil vnde aliquid est creabile. Igitur ex hoc quod deus nō possit cognoscere plura q̄3 cognoscit non sequitur eius potentiam cognitiuam esse limitatam, cum non sit aliud cognoscibile, sequeretur autē eius potentiam creatiuā esse limitatam, si tot crearet vt non posset plura creare, cum semper restet aliud creabile. ¶ Sed arguitur secundo. Hora futura diuisa per partes ꝓportionales producat deus in prima parte vnū angelum, ⁊ in secunda duos, ⁊ in tertia quatuor et sic proportionabiliter, tunc in fine erunt producti infiniti angeli, ergo omnes quos deus cognoscit. Negatur hec vltima cōsequētia, nam solum erunt producti infiniti sm̄ quid. i. quoꝝ est aliquis primus, deus autē cognoscit infinities infinitos, quoꝝ nec est primus nec vltimus. (Et ideo q̄q̄3 deus ꝓduceret infinitos homines quoꝝ quilibet haberet intellectum infinite actiuitatis ⁊. v. g. petrus conciperet infinitum copulatū per cuius primā partem demonstraretur vnus angelus eoꝝ quos deus cognoscit, ⁊ per secūdā duo, ⁊ sic proportionabiliter, ⁊ paulus cōciperet aliud, per cuius primā partem demōstrarētur duo, ⁊ per secundā quatuor, ⁊ ita ꝓportionabiliter de ceteris partibus ⁊ de ceteris hominibus, ⁊ in hora futura diuisa per partes proportionales producerentur omnes angeli quos cognoscit petrus, ⁊ in alia hora oēs quos cognoscit paulus et ita in infinito tempore producerentur omnes, adhuc non producerentur omnes quos deus cognoscit, sed restarent infiniti producendi, q2 in his assignares primum ⁊ in illis quos de⁹ cognoscit, nequaq̄3. ¶ Tertio aliter arguit̃ contra eandē propositionē. Singule partes subiecti huius deinesse/oēs isti angeli ⁊ isti angeli ⁊c̃. sunt, possunt supponere ⁊ singule due ⁊ sic de quocūq3 alijs finitis, ergo totū copulatū potest supponere, ac subinde potest esse vera. Negat̃ prima consequentia, nā partes oēs non possunt cōsupponere i. non stat omnes simul supponere. ¶ Aliter tamen arguis. Ergo hec/omnes angeli possunt esse/signo distributiue tento, est falsa. Nam demōstratis omnibus simul quos deus cognoscit, illa singularis est falsa. Negatur cōsequentia, nam illa non est eius singularis. Conclusum enī est subiectū non posse supponere pro illis mediante copula de possibili. Quare ⁊ hec est vera/omnes angeli creabiles possunt esse creati, itidem distributiue. Nam q̄q̄3 illi omnes sint angeli quoꝝ quilibet est creabilis, non tamen sunt creabiles, ⁊ ideo subiectum talis propositionis non supponit pro illis, ac subinde nec datur aliqua singularis falsa. Vereor ne vt summulistis satisfacerē, summulistarū limites excesserim.

¶ Pro solutione cōfirmationis notato, relatiuum/qui/in propositione modali tripliciter posse locari. 11. No. Vno modo a parte predicati referens terminum positum a parte subiecti. Et tunc reddit sensum copulatiuum, vt hic/antichristus possibiliter est animal qui est. Secundo.

Potest relatiuũ teneri a parte subiecti cum copula implicationis. Et tunc propositio in qua ponitur est prius resolubilis ratiõe relatiui q̃ reducatur ad deinesse, quia relatiuũ precedit modum. V.g. hec ꝑpositio / antichristus qui est homo possibiliter est animal / reducit̃ immediate ad hanc copulatiuam, antichristus possibiliter est animal ⁊ ille est homo. Non dicas ꝙ talis ꝑpositio debet poni inesse per duas quarum vna debet esse possibilis ⁊ alia vera, quia re vera ad nullas deinesse reducitur immediate, sed ad copulatiuã, cuius altera pars est modalis ⁊ altera deinesse, quarũ vtraq̃ pars habet suo modo seorsum probari. Ex quo sequit̃ dictas propositiones esse contingentes. Nam rebus vt nunc sunt false, et si antichristus ēēt, essent vere. Cuius ratio est q: non sunt pure modales nec modalr̃ immediate probabiles, sed per hypoteticas. Idem contingit quando in aliqua modali est relatiuũ reciprocum referens antecedēs in propositione contingenti. Scd̃a enĩ pars huius copulatiue, / aliquis homo est ⁊ ipsemet possibiliter est animal, modo illud relatiuũ congrue posset referre ly homo, ꝯtingens esset. ¶ At vero quãdo relatiuũ ponitur a parte predicati referens terminũ ibidem positum a parte predicati, vt hic / antichristus possibiliter est animal qđ est / tunc est maior difficultas. Credo tamē huiusmodi propōnes reducendas esse ad suas deinesse immediate ratione modi, eo qđ modus feratur in totum predicatum, vnica acceptione amplians totũ simul. Et ideo ꝑpositio assumpta est necessaria, hec enĩ deinesse / antichristus est animal qđ est, est possibilis, sicut hec / antichristus est animal / cui equiualet ¶ Sed arguis. Copula implicationis restringit aĩs relatiui ſm̃ sui exigētiã, ergo denotat̃ illic antichristum posse esse aliquod animal qđ in isto tempore est. Distinguitur aĩs, vel ꝙ restringat singulariter pro his animalib⁹ hoc tempore existentibus, ⁊ sic negatur, vel ꝙ restringat cõmuniter pro animalibus existētibus in aliquo tempore presenti ⁊ sic cõcedo, nam ly est nõ importat singulariter hoc tempus, sed cõmuniter tempus per modũ presentialitatis, sed tunc negatur ꝯña Nam adhuc talis copula restrictiua ampliatur vnica ampliatione, cũ suo toto scꝫ pro tempore qđ potest esse presens immo hec / antichristus possibiliter est animal qđ est in hoc instãti / est vera, cũ ipse possit esse in hoc instãti. ¶ Sed arguis secũdo. Ergo pariter in hac / antichristus qui est possibilr̃ est homo / ly est ampliabit̃, ac proinde erit necessaria sicut alia, Negat̃ ꝯña, nã cũ relatiuũ p̃cedit modũ, est resolubile ante modũ, ac subinde / possibilr̃ / non cadit in totũ subiectum vnica acceptione, sed in ly homo qđ est subiectum sue categorice ¶ Ex ipsis sequitur primo hãc propositionē esse necessariã / angelus qui nec est nec fuit nec erit, pōt esse / vt patet per resolutionē subiecti / hic angelus potest esse, demonstrato angelo quē deus potest creare quem tñ nunq̃ creauit nec creabit, et hic angelus nec est nec fuit nec erit, ergo ⁊c̃. Distinguunt quidam ꝙ sicut per deinesse illius significatur, ita potest eē, ⁊ tñ non potest esse ita sicut per illius deinesse significatur, eo qđ quando ita est iam nõ est (inquiunt) deinesse illius, propterea ꝙ a parte subiecti iam demonstratur aliquid qđ est, pro quo non supponit subiectum modalis. Sed isti imaginãtur illã / hoc est / esse deinesse dicte propositionis, qđ tamē est falsum, sed est deinesse illius / hoc potest esse / que est prima resoluens illius modalis ratione relatiui, nam deinesse illius p̃me modalis est hec / angelus qui nec est nec fuit nec erit, est / que est impossibilis, sed illa modalis non probatur per reductionẽ ad suam deinesse, sed ad copulatiuã. Hunc modum dicendi semper adnotato, quo mille argutias modaliũ amputabis. ¶ Secũdo sequitur hanc esse necessariam / antichristus possibiliter est in instanti in quo est / aut in instanti quod est, hanc vero impossibilem / antichristus possibiliter est in instanti in quo non est / aut / possibiliter est in instanti quod nõ est. Sed ecõtrario hec est impossibilis / antichristus possibiliter est in instanti quod erit / non posita reproductione eiusdem instantis, hec autē necessaria / antichristus possibiliter est in instanti quod non erit. Hec omnia patent per immediatã reductionem dictarum propositionũ ad suas deinesse. ¶ Hinc patet nullam resolutionē valere relatiuo sequenti modum. Non enĩ sequitur / antichristus possibiliter est in instãti quod est, ergo possibiliter est in instanti, ⁊ illud est. Nec sequitur / antichristus impossibilr̃ est in instanti quod erit, ergo impossibilr̃ est in instãti ⁊ illud erit, ⁊ ita in ceteris. ¶ Patet p̃terea huiusmodi relatiua que vnica acceptione ampliantur post modũ equiualere in cõsequendo suis participijs. Non dicas talia relatiua accipi participialr̃, cum subordinentur in mente relatiuis vt iacent in voce, sed ꝙ in cõsequendo, cũ copule ille implicationis restringantur, idem sit / antichristus possibiliter est animal quod est / ⁊ antichristus possibiliter est animal existens / possibiliter est in instanti quod est / ⁊ possibiliter est in instanti presenti / possibiliter est in instanti qđ erit / ⁊ possibiliter est in instanti futuro. Et proportionabilr̃ in ceteris. ¶ Perconctaris autem, nõne possunt huiusmodi copule implicationis teneri a parte predicati restrictiue, vt nõ ampliētur sicut a parte subiecti. Re vera in rigore non, et ideo non sunt tales ꝑpositiones distinguēde. Sed siquis hoc tibi supponat, scias tunc accipi talia relatiua in sensu hypothetico vt. v.g. antichristus possibiliter est animal qđ est / valeat / antichristus possibiliter est animal ⁊ illud est, que propositio est contingens. ¶ Sicut in alijs cõplexis cõtingit. Hec enĩ propositio / petrus possibiliter est albũ si est nigrum / in rigore est impossibilis, quia immediate reducibilis ad suã deinesse, eo totum predicatũ vnica acceptione amplietur. Sed si supponas modum non cadere nisi in primã partē predicati, tunc accipis predicatũ pluribus acceptionibus, quare illa est reducibilis immediate ad huiusmodi condicionalē, scꝫ / si petrus est niger, petrus possibiliter est albus. Quinetiã termini cõmunes ⁊ cõnotatiui sequentes modum interdum de bonitate intelligentis accipiũtur loco singulariũ ⁊ absolutorum. Hec enĩ / petrus possibiliter est cras / est impossibilis, vt patet per suã deinesse, que significat petrum esse in die proxime sequenti (hec enĩ est ꝯnotatio de ly cras) sed potest quis eam fortasse accipere in hoc sensu / antichristus possibilr̃ est in hac die demonstrando diē. v.g. dñicam, ⁊ tunc illa est possibilis.

¶ Solēt hic disputare summuliste nõ 11. No.

nulli de veritate huius / in quãlibet sui partem quodlibet cõtinuũ possibilr̃ est diuisum. Circa quã dialecticus solum habet considerare, talem propositionē in rigore sensum diuisuꝫ reddere, sicut ⁊ hec / in quãlibet sui partē quodlibet continuũ esse diuisum est possibile / reddit sensum compositũ. Ac proinde illa diuisa habet resolui immediate per ascensum aut descensum copulatiuũ sub ly cõtinuũ, quod est aĩs relatiui, deinde per ascensum aut descensum sub relatiuo, per quem modum talis propositio inuenit̃ necessaria. Quare (vt supra dictum est) ex illa nõ sequitur hec / in aliquam partē quodlibet continuũ ⁊c̃. a distributiua dependente ex alia distributiua ad determinatã in ordine ad eandē distributiuam a qua dependebat. ¶ Sed contra. Hec. v.g. singularis, in hanc suaꝫ partem hoc continuũ possibiliter est diuisum, demõstrata medietate, est impossibilis, q: si eius deinesse posset esse vera, maxime quando hoc cõtinuũ esset diuisum in duas medietates, sed illud continuũ iam non est, ergo subiectum non supponit Negatur hec vltima consequentia, quia ly diuisum ampliat ad id quod est vel ante hoc fuit, sicut ⁊ ceteri termini importantes desitionem. Vnius tamen huius te meminisse hic velim ex superioribus, vcꝫ subiectum esse ly continuũ ⁊ predicatum ly in partem diuisum, eo quod ly diuisum accipitur adiectiue. Quo fit ly partem nullo modo esse determationem de ly continuum, vt quidam imaginantur, sed de ly diuisum, et ideo in hac / in quamlibet suam partem. a. continuũ impossibiliter est diuisum / confusa de ly continuũ equiualet pure determinate non solum in ordine ad ly partē includens suũ relatiuũ, sed in ordine ad ly diuisum depēdens in sua resolutione ab eodē relatiuo tanq̃ determinabile ab eius determinatione pluribus accepta. ¶ At ꝓo disputãt adhuc an in sensu

composito sint possibiles, an vez hec propositio sit possibilis s. continuũ in quãlibet suam partem est diuisum. Huiusmodi aũt questio est tota phisica, que ad quintum phisicoꝝ attinet, a cuius proinde disputatione supersedẽdum nobis est. Nulli tñ philosopho vt reor dubiũ est quin sit impossibilis. ¶ Disputãt preterea an aliqua ꝓpõ de futuro possit incipere esse vera, et alias questiones ab hoc tractatu prorsus alienas. ¶ Propositiones de impossibili nullam post illas de possibili difficultatẽ habẽt, sed sunt earũ veritates cognoscẽde per impossibilitatẽ suarũ deinesse ad quas reducuntur, eodẽ modo quo ꝓpões de possibili. Vel tutius regulas illas per suas contradictorias de possibili.

¶ Tertio ad principale arguitur.

Hec propositio / anima antichristi necessario erit / est necessaria, et tñ eius deinesse nõ est necessaria, ergo regula quinta est falsa. Maior probaꝫ. Hec propõ quñcꝫ erit necessaria, vtputa nato antichristo, ergo modo est necessaria, patet ꝯña, quia sicut propõ que semel est necessaria semꝑ postea est necessaria, ita vt ꝙ q̃ aliqñ erit necessaria, antea fuerit semꝑ necessaria. Iã probatur minor principalis argumẽti. Potest esse aliter q̃ꝫ significaꝫ per hanc / aĩa antichristi erit, cũ sit vna de futuro cõtingenti et hec est sua deinesse, ergo. ¶ Cõfirmaꝫ. Deinesse huius / deus necessario est creans / nõ est necessaria, et tñ ipsa modalis est vera, ergo quinta regula falsa. Maior est nota, et probaꝫ minor. Est vna affirmatiua cuius subiectũ et predicatum supponũt pro eodẽ, ergo vera. Probaꝫ añs. Nã predicatũ hꝫ verificari vlitate de ly necessario muta l particularitatẽ de ly possibilr, sicut fit in alijs vniuersalitatibus.

13. No. ## ¶ Pro solutione argumenti notandũ

hos modos quatuor / necessario / possibilr etc̃. dupliciter accipi, scꝫ naturalr et simplr seu per quãcũꝫ potentiã. Possibile / naturalr, tantũdẽ valet sicut qꝺ per causas naturales potest esse, fuisse, aut fore sm exigentiã verbi qꝺ determinat, et impossibile quod per causas naturales non põt esse. Necessario / naturalr, est illud quod fuit vel erit, sm exigẽtiam verbi qꝺ determinat, nec potest ꝑ causas naturales impediri quominus sit. Et ꝯtingens / qꝺ potest per causas naturales esse et non esse. Sed possibile / simplr, est illud qꝺ per aliquã potentiam, naturalẽ scꝫ aut diuinã, põt esse, et impossibile quod per nullã potentiã potest eẽ, et necessariũ quod est et per nullã potentiam potest nõ esse, et cõtingens qꝺ per aliquã potest esse et põt nõ esse. Dixerim in primis diffinitionibus, esse aut fuisse etc̃. Nam hec / adã possibilr fuit / est vera, tñ hec / adam possibiliter est / adã possibilr erit / est falsa. Itẽ in primo instãti eẽ anime verum est dicere / hec anima necessario est et necessario erit et tñ falsum est dicere / hec anima necessario fuit / his modis naturalr tentis. Sed si accipiantur simplr hec est vera / adam possibilr est / sicut / adã possibilr fuit. immo conuertunꝫ possibilr est / possibilr fuit / possibilr erit / quãdoquidẽ quicq̃d potuit fieri deus põt et poterit facere et ecõtrario. Sed est dubium an hec / adã potest nõ fuisse / que est falsa de potẽtia naturali, sit vera de potẽtia simplr. Ad hoc dicunt cõiter ꝙ sic, esto adhuc ad preteritũ non sit potẽtia, qꝛ sufficit (dicunt) ad eius veritatẽ ꝙ potuit ita esse sicut per illã significaꝫ. At re vera dicerẽ esse impossibilẽ, quomodocũꝫ ly potest accipiatur, cum per illã denoteꝫ nunc esse in aliqua potẽtia, adã nõ fuisse, qꝺ nec est in potẽtia dei (nec põt deus mõ non facere quicquid potuit nõ facere). Unde non est idẽ (vt reor) potest potuit et poterit, etiã simplr acceptum. ¶ Igiꝫ ad argumẽtũ concessa minori, negaꝫ maior, et negatur illa ꝯña / aliqñ hec propõ / anima antichristi necessario erit / erit necessaria naturalr, ergo nũc est necessaria, q̃ꝫ bene sequereꝫ de necessaria simplr. Unde nato antichristo illa erit necessaria / hec anima necessario erit / et illa deinesse. s. hec aĩa est, qꝛ postq̃ꝫ aĩa est creata non potest per causas naturales anihilari. ¶ Sed arguis, ergo hec est nunc necessaria, hec aĩa erit, qꝛ est vna de futuro cuius deinesse qñꝫ erit necessaria. Negaꝫ ꝯña. Nã q̃ꝫ ad veritatẽ ꝓpõnis de futuro sufficiat suã deinesse quãdo fore verã, ad necessitateꝫ tñ, reqriꝫ ꝙ sua deinesse posthac nõ possit eẽ falsa. ¶ Ex hoc aũt alr arguis. Deinesse huius / aĩa antichristi necessario erit / rõne de ly erit. s. aĩa antichristi necessario est, aliqñ erit vera, q̃ illa de futuro nũc est ꝟa. Negatur ꝯña. Nã non hꝫ reduci ad deinesse immediate rõne de ly erit, sed prius rõne de ly necessario, q̃ est vna de futuro nõ necessaria, sicut hec / adã necessario fuit / non habet immediate reduci ad deinesse rõne de ly fuit, qꝛ illa. s. adam necessario est / nũq̃ꝫ fuit vera, sed hꝫ reduci rõne de ly necessario ad hãc / adã fuit / que nũc est necessaria. Ideo illa modalis est necessaria. ¶ Sed cõtra. In aliquo tꝑe hec propõ / aĩa antichristi necessario erit / erit necessaria, ergo aĩa antichristi in aliquo tꝑe necessario erit, ac proinde aĩa antichristi necessario erit. Negaꝫ prima ꝯña, vtpote in qua arguiꝫ a sensu cõposito ad diuisum. Nã ꝯña habet probari per descẽsum sub ly instãti, cuius singulares sunt false, quarũ vez deinesse. v.g. aĩa antichristi in hoc instanti est / nõ est necessaria. Posset hic suaderi necessitas huius / antichristus erit / per hoc qꝺ deus illud scit. Sed de hoc capite de futuris cõtingentibus. 1. perihermenias. ¶ Ex quo sequiꝫ ꝙ aliqꝺ perpetuũ potest non eẽ, perpetuũ inq̃ꝫ, solũ a parte posteriori, qꝺ. s. postq̃ꝫ est nõ põt nõ eẽ. Nã aĩa antichristi potest non esse et aĩa antichristi põt esse perpetua, ergo. ¶ Sequitur scdõ ꝙ celum necessario est necessario fuit et necessario erit. ¶ Contra qꝺ arguiꝫ. Celum necessario erit, ergo celũ in aliquo tꝑe necessario erit, consequẽs est falsum vt patet per singulares sub ly tꝑe, quarum deinesse non sunt necessarie, cũ possint falsificari per transitionẽ tꝑis demõstrati, ergo et añs. Negaꝫ ꝯña, quippe in qua arguitur a cõfusa ad determinatã ex parte de ly tꝑe, in añte inclusi post ly necessario, et in ꝯñte ante ipsum expressi. Ubi notato ly necessario, cũ sit vlitas, cõfundere particularitatẽ sequentẽ, tã determinationẽ copule q̃ꝫ particularitatẽ predicati, syncategorematicã vel categorematicã. V.g. in hac / celũ necessario in aliquo tꝑe erit / ly tꝑe confundiꝫ, et in hac / deus necessario est creans vel nõ creans ly vel cõfundiꝫ, quare non potest reduci ad disiunctiuã anteq̃ꝫ ad deinesse. Et in hac / petrus necessario est numerus / aut / necessario est entia / pariter predicatum confundiꝫ, nec valet sub illo immediate descẽsus. Uerumtñ si loquaris de necessitate simplr, dicta cõfusa in prima et tertia ꝓpõne equiualet determinate, nisi fortasse in prima sermo sit de tꝑe vero vel imaginario. Nã tunc hec est ꝟa / deus necessario est in aliquo tꝑe / cuius quelibet singularis sub ly tempore est falsa. ¶ Arguiꝫ scdõ contra idẽ. Deinesse illius modalis. s. celum erit / non est necessaria, ergo nec illa modalis. Probaꝫ añs. Sequiꝫ bene, celũ erit, ergo celũ in aliquo instanti erit. Consequẽs est cõtingẽs, ergo añs nõ est necessarium. Probaꝫ minor. Quecũꝫ singularis sub ly instãti est cõtingens, ergo ipsa est cõtingens. Cõcessa prima ꝯña negatur minor et negaꝫ hec vltima ꝯña. Sunt enĩ multe ꝓpões necessarie naturalr, quarũ oẽs singulares sunt contingentes vt patet de hac / homo est. Sed arguis, ergo ex necessario sequitur cõtingens per descensum. Negatur ꝯña. Nã nunq̃ꝫ ex termino cõmuni sequũtur singulares nisi posita constantia, que cũ sit cõtingens, reddit totũ añs cõtingens. V.g. in hac consequẽtia / celum in aliquo instanti erit et hec instãtia sunt vel erunt omnia instantia, ergo celum in aliquo instanti erit, añs est contingens pro constantia sicut et consequens.

¶ Circa materiã confirmationis duo 14. No.

satis (vt reor) persuasissimus in de appellationibus, vez ly necessario appellare necessitatẽ supra predicatũ, non tñ ipsum restringere quo ad suppositionẽ. Nam sicut in hac propositione / ego vidi papã / ly papam non solũ pro papa viso, sed pro quocũꝫ papa qui fuit supponit, nihilominus ly vidi appellat suũ formale ad formale de ly papam pro eodem tempore, ita in hac / deus necessario est creans. Igitur ad cõfirmationem concessa maiori vez ꝙ deinesse huius / deus necessario est creans / non sit necessaria, negatur ꝙ ipsa modalis sit necessaria, q̃ꝫ subiectũ et predicatũ supponũt pro eodẽ. Nam

cum copula sit vlis, requirit vltra hoc q predicatu conueniat
subiecto mediante tali copula vli. Ex quo sequit, hac esse fal
sam, deus necessario omne ens est, cu sub predicato liceat ad
oia entia passibilia, vtpote pro quibus supponit, descedere.
Cotra qd forte arguis, ergo hec est falsa, tm deus necessario
est ens, cui tm exponentes sunt fe. Cosequetia ptz qz multe
singulares predicati distributi. s. vbi monstrant entia creata
sunt false. Negat ptia. Ubi notato q distributio qua ly tm
distribuit predicatum no est ta absoluta q distributio de ly
omne, sed solu dz equivaleter distribuere eode modo quo sub-
iectum vlis in qua puertitur distribuit. Et ideo si contigerit
exclusiua non habere vlem, tunc ly tm no distribuit predica-
tum, que oia in exponibilibus videbuntur. Unde cum in vli
illius exclusiue, scz/omne ens qd necessario est ens, possibilr
est deus/non distribuat subiectu nisi pro ente necessario, fit
vt solum pro eo distribuat predicatum in exclusiua, et ideo ad
solum tale lz descendere, quare dicta exclusiua est vera. Sed
hec/tm deus necessario omne ens est/est vtriqz falsa, qz ly oe
absolute distribuit predicatu pro omni suo supposito, et ideo
ad entia possibilia possumus descendere. Unde sequit hanc
ptiam esse bona/deus necessario omne ens est, g deus possi-
biliter omne ens est/et has esse contrarias / ois deus necessa
rio omne ens est/nullus deus necessario omne ens est, quarz
oppositu inferut illi qui falso cocedunt hanc/deus necessario
omne ens est. ¶ Sed cotra hec adhuc arguit. Sequeret eu-
dem terminu non eode modo appellari in ambabus cotradi
ctorijs, vt in his/deus necessario est creans/ois deus possibi
liter non est creas. Ad hoc vel dicendu q modus negatiuus
eode modo formalr appellat sicut suus cotradictorius affir-
matiuus, itaqz in illa negatiua ly possibilr non/appellat ne-
cessitate supra predicatu, vl si hoc duriuscule sonat, dicendu
q qz in illa negatiua non sit formalr eadem appellatio su
pra predicatum q est in affirmatina, sat est q equiualenter
est eadem. Na illa formalr equiualet huic/ois deus no neces
sario est creas/item formalr couertitur in hanc/ omne creas
qd necessario est creans impossibilr est deus/in quibus supra
ly creans est appellatio necessitatis.

15. No. ¶ De hac/deus necessario aliquod ens
non est/non opus est hic disputare. Nam cum ex supradictis
sua contradictoria, scilicet/deus possibiliter omne ens est/sit
cocedenda, sequitur illa esse neganda, et sicut in ptradictoria
non licet descedere sub ly ens anteqz reducatur ad sua dein-
esse, qz est vniuersalitas dependes a particularitate possibili
ter, ita in hac de necessario no licet descendere sub ly ens an
teqz reducat ad deinesse, cu sit particularitas pfusa ab vlita
te necessario. Et ideo cu deinesse, scz/deus ens non est/no sit
necessaria, sequit illam de inesse no esse possibile. ¶ Nec op
est disputare de modalibus in quibus ponutur relatiua, ptz
enim ex superioribus hanc. v. g. deus necessario est substatia
qui est creans/et hanc/deus qui est creans necessario est sub
stantia/reducendas esse immediate ratione relatiuorum ad co-
pulatiuas cotingentes. Quare no sequit/deus necessario est
substantia qui est creans, ergo deus necessario est creas qui
est substantia/deus qui est substatia cotingenter est creans,
ergo deus qui est creans ptingenter est substantia. Sed si re
latiuu poneret a parte pdicati referens terminu a parte eius
dem extremi existente, tunc tales modales sunt immediate re
ducende ad suas deinesse. Ex quo sequit hanc esse impossibi
lem/deus necessario est creans qd est/qz sua deinesse est con-
tingens, sicut hec/deus necessario est creans qd pot esse/deus
necessario est ens qd contingenter est/eadem ratione, qz deo
creante deinesse sunt vere et non creante false. Sicut hec est
impossibilis/deus possibilr est creans qd non est, hec aut ne-
cessaria/deus possibilr est creas qd est. Rursus hec est neces
saria/celum necessario est in instanti qd est vel fuit vel erit/et
he sunt impossibiles / celu necessario fuit in instanti qd fuit/
celum necessario erit in instati qd erit, quia sua deinesse, scz/
celu erit in instanti qd erit/est impossibilis, cum eius rursus
deinesse scz/celu est in instanti qd erit, nequaqz possit ee vera
¶ Propositio hec/omne qd est qn est necesse est esse, non est
presentis disputationis. Nisi qd scias eu distinguere, accipi
tur eni in rigore in sensu diuiso. In quo sensu illa determina
tio/quod est/potest determinare aut subiectu aut copula prin
cipalem. Et in primo sensu adhuc duplr, qz aut ly quado est
accipitur restrictiue, et tunc tm valet sicut omne ens qd est ne
cessario est, que est cotingens, qz rebus vt nunc est falsa et so
lo deo existente esset vera. Aut accipit participialr, et tunc ta
tum valet sicut hec/omne existes necessario est/q est impossi
bilis. Aut ly/qn est/est reduplicatio copule pncipalis, vt sit
sensus/oe ens necessario est pro tepore quo est, et in hoc sen
su solet a philosophis disputari, in quo credo eu esse falsam
Sed de hoc alias. Potest de bonitate intelligentie accipi
in sensu coposito, vt vez inferatur ex hac/hec ppo/omne ens
quando est, est, est necessaria/et tunc est falsa.

¶ Quarto ad principale arguit. Hec
propo/ens cotingenter est deus/est vera, et tame sua deinesse
non est cotingens. s. ens est deus, ergo sexta regula falsa. Mi-
nor est nota et probat maior, Ens possibilr est deus et ens pos
sibiliter no est deus, ergo ens cotingenter est deus. ¶ Confir
matur. Hec modalis/petrus cotingenter ens no est/est vera,
et tn sua deinesse non est contingens, ergo eade regula falsa.
Maior est nota ascendeti sub predicato supponete determi-
nate ac demonstranti petru. Supponimus eni terminos non
supponere naturalr, et minor patet, na hec/petrus ens no est/
que est eius deinesse est necessaria.

¶ Modus / contingenter / dupliciter 16. No.
accipitur vno modo generaliter vt conuertitur cum ly possi-
biliter, alio modo specialiter, qd cum affirmat, exponitur co
pulatiue per illos duos modos particulares/ possibilr et pos
sibiliter no, et cu negatur, exponit disiunctiue per illos vni-
uersales, impossibiliter vel necessario. V. g. petrus ptingenter
disputat/sic exponit/petrus possibilr disputat et petrus possi
biliter no disputat. Et hec/petrus no cotingeter disputat/sic
exponet. Petrus necessario disputat, vel petrus impossibili
ter disputat. Quare ly cotingenter affirmatu est partim vni
uersalitas qz includit ly et, et partim particularitas, qz inclu
dit modum particulare. Pariter qn negat est partim parti-
cularitas, qz includit ly vel, et partim vniuersalitas, qz inclu
dit modu vlem. Obidqz nulla illatione nec subinde opposi-
tionem aut equipollentia habet cu alijs modis, nisi fortasse
taqz ab exponibili ad exponetes aut ediuerso. Quapropter
P. h. non fecit de illo sic accepto mentione aliqua inter mo
dales. Et fm hanc acceptione, vt vez ly contingeter dicat po
tentia ad vtrulibet concedimus coiter q deus contingenter
creat, na si dicat indeterminatione cause, nihil facit deus co
tingenter, eet eni hoc imperfectionis (vt. S. tho. . 1. q. 19. pul
chre docet. ¶ Sunt qui dicant, propositione de ptingeter re
ctius exponi per cathegoricam de copulata copula, vt dicta
propositio sic exponat, petrus possibiliter disputat et possibi
liter no disputat. Rectius. s. qz illo modo possunt exponi pro
positiones de cotingenter subiecto quomodocuqz coiter sup-
ponente. V. g. propo argumeti potest sic exponi immediate/
ens possibilr, et possibilr non est deus/que quide expones de-
bet resolui prius per descensum subiecto, deinde per resolutio
nem ad copulatiua. Sed cum tande deueniendu sit ad hypo
theticam, per pauciores ptias deueniet si ipsa de cotingenter
prius resoluatur ratione subiecti more aliaru modaliu et de-
inde exponat per copulatiua vel reducatur ad sua deinesse,
vtroqz eni modo potest resolui, nisi subiectu cofuse tm suppo
nat. Nam tuc vt infra videbit, prius est propo exponenda q
resoluenda ratione subiecti. ¶ Igit ad argumentu negatur
maior et negat illa ptia scz/ens possibilr est deus et ens possi
biliter no est deus, ergo ens cotingenter est deus. Nam ptia
prius habet resolui rone subiecti q rone modi. Posset quis
dem resolui per relatiuu idepntatis, scz/ens possibilr est deus
et idem ens possibiliter no est deus, sed euidentius per desce-

sum. Non desunt quidā qui dicunt hanc copulatiuā possibilem/essentia diuina possibilr est pater ⁊ eadem essentia possibiliter nō est p̄r/cū hec exponibilis/essentia diuina ꝯtingēter est p̄r/sit impossibilis. Nos aūt omnē disputationem de ītis diuinis in quartū tractatum reycimus vbi mōstrabiť illā co
17. No. pulatiuā nō esse a christiano cōcedendā nec alia id genus q̄̄ plurima passim a summulistis huius temporis concessa.

¶ Circa materiā confirmationis notato ꝙ propō de ꝯtingenter de modo ⁊ copula affirmatis equiualet propositioni in qua modus affirmatur ⁊ copula negať, V.g. he/petrus cōtingenter disputat/petrus cōtingenter nō disputat/equipollent, ꝙ asserit Arist. 1. prioꝝ docens propositionē de contingēti cōuerti in oppositā qualitatem. Cuius ratio est hmōi. Si altera cōtradictoriarū est cōtingens, ⁊ altera est cōtingēs, ergo si petro. v.g. cōtingēter cōuenit disputare, ⁊ ꝯtingēter cōuenit nō disputare. Vn̄ manifeste sequiť ꝙ qn̄ predicatū in deinesse negatiue nō distribuiť, tales propōnes nō equalent, vt he nō equalēt/petrꝰ cōtingēter est ens petrꝰ ꝯtingēter ens nō est, q: deinesse huiꝰ. s. petrꝰ ens nō est/nō est cōtradictoria deinesse prime. ¶ Igiť ad cōfirmatonē concessa minori, negať maior. Nec valet descēsus sub ly ens stante cōfuse tn̄ in ordine ad ly/et/qđ est vniuersalitas inclusa in ly contingēter, q̄̄ in affirmatiuis talis cōfusa equiualeat determinate, vt/petrus cōtingenter est homo/petrus cōtingenter est. b. homo. Quas duas rationes si attente inspexeris, cognosces dictam propositionē nullo modo posse cōcedi. ¶ Hinc sequiť huiusmodi ꝯñas non valere/petrus cōtingenter nō est nō chimera, ergo petrus cōtingenter est chimera. Michael cōtingenter nō est angelus, ḡ michael cōtingēter est nō angelus. Nec arguiť ab affirmatiua ad negatiuam variato predicato aut contra, immo ab affirmatiua ad affir

¶ Secundo sequiť sub predicato huius/petrus contingenter non est homo/nō licere copulatiue descendere, quia tale predicatū non distribuiť, immo stat equiualenter determinate. At non subinde sequiť (vt quidā inferunt) has equiualere a. ens cōtingenter nō est deus/aliqđ ens contingēter non est deus. Nam q̄̄ cōfusa subiecti in prima equaleat determinate in ordine ad predicatū, non tn̄ in ordine ad vltatē de ly contingēter. Si tn̄ quis vellet innuere talē propositionē esse prius resolubilē ratione modi q̄ ratione subiecti, non aliter innueret q̄ addendo ly. a. subiecto. Ex quo sequiť contradictoriā eius nō esse hanc/nullū ens cōtingenter est deus (sunt tn̄ ambe vere), sed hāc non. a. ens cōtingenter est deꝰ, vt particularitas, vel, inclusa in ly cōtingēter stet determinate. Sequiť scđo has non equalere/a. deus contingenter est ꝑsona/a. deus contingenter est. b. persona.

¶ Per hec tandē que dicta sunt tuipse iudicare potes de ꝓpōnibus in quibꝰ hi modi multiplicanť, obseruato semp ꝙ post resolutionē aľoꝝ precedentiū ambos modos propō reducať rōne primi modi ad suā de inesse q̄ est preiacens dēpto tali modo. V.g. he propōnes/petrus possibiliter impossibilr disputat/petrus possibilr necessario disputat sunt false, q: preiacentes dēpto ly possibilr non sunt possibiles. Hec aūt sunt vere/petrus necessario possibilr disputat/necessario cōtingēter disputat, q: preiacētes dēpto ly necessario sunt necessarie. Rursus hec est necessaria/petrus possibiliter cōtingenter disputat/hec aūt impossibilis/petrus cōtingenter possibilr disputat. Hec dixerim modo summulistarum huius temporis. Sunt tn̄ hmōi propōnes inepte, e quibus non est vtendum. Et hec de modalibus.

¶ Caput quartūdecimū.

ITem ꝓpositionū categoricarū vtroq̄ termino participantiū ordine conuersio: triplex est conuersio. s. simplex/per accidens/⁊ per contrapositionem. ¶ Conuersio simplex est qn̄ fit de subiecto p̄dicatū ⁊ de p̄dicato subiectū manente eadē qualitate et quantitate. Et hoc modo conuertiť vl'is negatiua in seipsam: ⁊ particularis affirmatiua in seipsam: vt/nullus hō est lapis: ergo nullus lapis est hō/quidam homo est animal: ergo quodā animal est homo. ¶ Conuersio per accidēs est facere de subiecto predicatū et de predicato subiectū: manente eadē qualitate sed mutata quātitate. Et hoc modo conuertiť vl'is affirmatiua in particularem affirmatiuā: vt/omnis hō est aīal: ergo quodam aīal est homo/ et vl'is negatiua in particularem negatiuā: vt/nullus hō est lapis: ergo quidā lapis non est hō. ¶ Conuersio per cōtrapositionē est facere de subiecto predicatū ⁊ de predicato subiectū manente eadē qualitate et quātitate: sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Et hoc modo cōuertitur vl'is affirmatiua in vl'em affirmatiuam: et particularis negatiua in seipsam: vt/oīs homo est animal: ergo omne non aīal est nonhomo/quidā homo nō est lapis: ergo quodā non lapis non est homo: vnde versus. Simpliciter/feci/cōuertiť/eua/ꝑ acci. Asto: per cōtra: sic fit cōuersio tota. Asserit. A. negat. E. sunt vl'r ambe. Asserit. I. negat. O. sunt particulariter ambe. Et sciendum est ꝙ signū positū in subiecto propositionis q̄ debet conuerti: quodcū q̄ sit illud: debet poni supra totū predicatum: et totū reduci ad subiectū in conuertente. Preterea. Eadē est cōuersio propositionis particularis: indefinite et singularis.

¶ Lectio prima.

EO redeūtibus vnde paululum di- 1. No.
gressi sumus, tertia proprietas que inter duas inuicē categoricas reperiť est cōuersio. Cuius disputationē presenti capite. P. h. breuiter absoluit, distinguens triplicē cōuersionē, singulaq̄ mēbra diffiniens, docensq̄ subinde quibus propositionū generibꝰ vnūquodq̄ genus ꝯuersionis adaptetur. Quod tandē versiculis quibusdam discipuloꝝ memorie cōmendat. Nec conuersionis in cōmuni aliquā tradit diffinitionē (qđ vt ex inferioribus cōstabit nulla sit que omni cōuer

sioni eadē congruat. Nihilominus solet a glosatoribus con
uersio diffiniri, quod sit duarū propositionū categoricarum
vtroqꝫ termino ordine cōuerso participantiū alterius ad al=
teram consequentia formalis, vt/ aliquis hō est animal, ergo
aliquod aīal est homo. Instar phisice cōuersionis in qua ex
inferiori fit superius ꝛ ex superiori inferius. Et dꝛ hec cōuer
sio in terminis.i.extremis, nam conuersionē in opposicā qua
litatē appellat Aristoteles (vt dictū est) qñ illa propositio/ pe
trus cōtingenter disputat/ conuertiꝭ in hanc/ petrus cōtingē
ter nō disputat. Mutua illatio inter duas ꝓpōnes, ex termi=
nis ꝯuertibilibus ꝯstantes, non tā dicitur cōuersio ꝙ̄ cōuer
tentia, seu cōuertibilitas. Igitur cōuersio nō est propō cate=
gorica, sed est tota ꝯña ex conuersa ꝛ cōuertente. Cuius añs
dicitꝭ conuersa, que est ꝓpō que conuertiꝭ, ꝛ ꝯñs, cōuertens,
que est propō in quā añs conuertiꝭ. Stat igiꝭ cōuersionē eē
necessariā cuius conuersa ꝛ cōuertens sit impossibilis, vt/ si
homo est lapis, lapis est hō. ¶ Ex dictis capiteundecimo po
tes quantū hic sufficit intelligere, ꝯñam formalē esse illam q̄
sic est bona vt quecūqꝫ eiusdē forme sit bona, ıtē illam ꝯñam
esse eiusdē forme cū altera, in qua non solū añs est eiusdē for
me cum añti alterius ꝛ ꝯñs cum ꝯñti, verū nulla est intrinse=
ca synonimitas inter añs et ꝯñs vnius, immo inter eiusdem
premissas, quin eadē sit in alia. Que autem sit synonimitas
intrinseca in ꝯña sillogistica, in quarto tractatu habes expo
situm. Sat igiꝭ est in presentiarū ꝙ in cōuersionibus synoni
mitas subiecti añtis ad predicatum ꝯñtis ꝛ predicati añtis
ad subiectum ꝯñtis dicitur intrinseca, he eñ/ aliquis homo
est aīal, ergo aliquod aīal est homo/ aliquis hō est aīal, ergo
aliquod risibile est homo/ non sunt eiusdē forme. ¶ Hec con
uersionis diffinitio soli cōuersioni simplici aut per accidens
proprie dicte cōuenit, nā conuersio per cōtrapositionē nō est
ꝯña formalis, ꝛ in conuersione improprie dicta non est omni
moda extremoꝝ participatio.

2. No. ¶ Igitur duplex est conuersio scꝫ pro=
prie dicta ꝛ improprie dicta. Conuersio proprie dicta est con
uersio in qua de subiecto fit predicatum ꝛ de predicato subie
ctū, nulla additione facta aut subtractione, vt/ aliquis hō est
aīal, ergo aliqđ animal est hō, vbi lꝫ aliqđ, cū nihil iuuet ad
propōnis veritatē, pro nihilo reputaꝭ. Conuersio improprie
dicta est illa in qua fit de subiecto predicatum ꝛ de predicato
subiectū, aliqua additiōe aut subtractione facta ad seruādā
proprietatē aliquā logicalem, vt/ petrus fuit albus, ergo al=
bum qđ fuit album, petrus est vel fuit. Et est hic notandū ꝙ
non lꝫ in hmōi conuersione quācunqꝫ particulā addere, sed
illā solam q̄ ad seruandū proprietatē logicalē exigiꝭ. Unde
nō conuerteretꝭ dicta propō in hanc/ ens ꝙ fuit album est vel
fuit petrus. Nam in simili, vt si ex eodem añti inferres, ergo
equus qui fuit albus est vel fuit petrus, dares añs verum et
consequens falsum.

3. No. ¶ Rursus conuersio est triplex scꝫ sim
plex/ per accidens/ ꝛ per cōtrapositionē, quarū diffinitiones
patent in textu. Nec opus est disputare quō. P.h. acceperit
nomen quātitatis in prima diffinitione, an vcꝫ sicut accepit
in de quantitate ꝓpōnis, an pro eadē suppositione termino=
rum. Cum eñ dicat solas vlem negatiuā ꝛ particularē affir
matiuā conuerti simplr, palam asserit accepisse primo modo
Nā si scđo modo accipiaꝭ, omne genus oppōnis cōuertitur
simplr, vt hec/ ois hō est aīal/ in hanc/ a. aīal ois hō est, ꝛ hec
hō nō est lapis/ in hāc/ ois lapis.b.hō nō est. Est tñ notandū
ꝙ habitudo ꝯtradictiōis inter extrema cōuerse ꝛ extrema cō
uertētis est intrinseca ꝛ seruāda ad instādū hmōi ꝯsequētias
Hec eñ ꝯña/ ois homo est ens, ergo omne nō aīal est nōhō/
non est eiusdē forme cū hac/ omnis hō est ens, ergo omne nō
ens est nōhomo. Dicitur cōuersio simplex, qꝛ nullū accidens
cōuerse mutaꝭ in conuertēte, per accidens, qꝛ est cōuersio in
subalternā quātitatem, fitqꝫ subinde per mutationē acciden
tis ꝓpōnis, per contrapositionē, qꝛ loco extremoꝝ cōuerse po
nunꝭ cōtradictoria in ꝯuertente. ¶ Subnectit tandē. P.h.

versiculos quosdā.s. simplr feci ꝛc̄. qui in textu ipso expositi
sunt. Singule eñ illarū quatuor vocaliū. A. E. I. O. sunt
designatiue q̄litatis ꝛ q̄ntatis, vcꝫ. A. designat vlem affirma
tiuā. E. vlem negatiuā. I. particularem affirmatiuā, ꝛ. O.
particularē negatiuā. Unde/ simplr feci/ sonat ꝙ vlis nega=
tiua et particularis affirmatiua conuertūꝭ simplr. Cōuertiꝭ
eua per acci/ qđ vlis negatiua ꝛ vlis affirmatiua cōuertūtur
per accidēs/ Asto ꝑ ꝯtra/ qđ vlis affirmatiua ꝛ particularis
negatiua conuertūtur per cōtrapositionē. Quo fit vt vlis ne
gatiua dupliciter conuertaꝭ, scꝫ simplr ꝛ per accidens, vt nul
lus homo est lapis/ conuertiꝭ simplr in hanc/ nullus lapis
est homo/ ꝛ per accidens in hanc/ aliquis lapis nō est homo/
et vniuersalis affirmatiua itidem duplr, scꝫ per accidens ꝛ ꝑ
contrapositionē, vt/ ois homo est aīal, ꝯuertitur in hanc per
accidens/ aliqđ aīal est homo/ ꝛ per contrapositionē in hanc/
omne non aīal est non hō. Sed particularis affirmatiua tñ
simplr cōuertitur, ꝛ particularis negatiua, tñ per cōtraposi
tio. [Indefinitia ꝛ singularis inquit author) eodē modo cō
uertunꝭ sicut particularis.] Reputat eñ has tres causa bre
uitatis pro eadē quātitate, vnde hec cōuersio/ petrus est ho=
mo, ergo hō est petrus/ reputaꝭ simplex. Sed notato ꝙ ꝙ̄ꝙ̄
hic asseratur singularē negatiuā conuerti per contrapositio
nem sicut particularē negatiuā, non negaꝭ posse conuerti ꝑ
accidens, vt/ petrus nō est homo, ergo nullus hō est petrus/
quod particulari negatiue non conuenit.

¶ Ex his sequitur tertia sectio conuer
sionis, vcꝫ in conuersionē mutuā et conuersionē non mutuā. 4. No.
Conuersio mutua est cōuersio ex cuius ꝯñti inferꭍ añs sicut
contra, vt/ aliquis homo est aīal, ergo aliquod aīal est homo
Conuersio non mutua est cōuersio ex cuius ꝯñti non inferꭍ
añs, vt/ omne aīal est hō, ergo aliquis homo est aīal. Et vtr
in propositionibus de modo loquēdi consueto, cōuersio sim=
plex est mutua, sicut cōuersio per cōtrapositionē, qñ est bona
ꝯña, conuersio autem per accidens, non mutua.

¶ At vero moderni summuliste his nō 5. No.
contenti hanc sustinent conclusionē. Omnis ꝓpō cōuertitur
conuersione mutua. Cuius ratio est ꝙ si sint due propōnes
eodem modo accepte quo ad oēs proprietates logicales eas=
dem omnino causas habēt veritatis, qđ Arist. 2. peri. asserit
dicens. Noīa ꝛ verba trāsposita idē significant. Et re vera
si cōmode ꝛ congrue posset fieri vt extrema transposita eodē
oīno modo acciperenꭍ, nemini esset dubia dicta cōclusio, sed
id nō potest fieri nisi admissis fictionibus de lꝫ.a.et.b. aliisqꝫ
id genus que homo sapiens nō admitteret. Liceat nihilomi
nus iuuenibus exercitiꝫ causa eā substinere. ¶ Qui quatuor
his regulis omnē propositionē facile cōuersione mutua con=
uertent. Prima. Ad conuertendū propositionem quācunqꝫ Prima.
deinesse nihilo alio opus est ꝙ̄ facere de subiecto predica=
tum ꝛ de predicato subiectū, sine aliqua additione aut sub=
tractione, seruata eadem suppōne ꝛ restrictione, si que sit ter
minoꝝ, vt/ quilibet homo est aīal, ergo.a.aīal quilibet homo
est/ aliquis hō non est aīal, ergo omne aīal.b. homo non est.
¶ Secūda. Ad conuertendū quācūqꝫ propositionē de extrin Secunda
seco tpe aut modalē in qua ambo extrema aut precedūt aut
sequūtur copulā, si sit de extrinseco tpe, vel modum, si sit mo
dalis, itidem nullo alio opus est ꝙ̄ facere de subiecto predi=
catum ꝛ de predicato subiectum, seruata eadē suppositione
terminoꝝ, nulla additione aut subtractione facta, vt/ quili=
bet hō, albus est ꝛ fuit, ergo.a.album/ quilibet hō est et fuit/
necessario non est aīal homo, ergo necessario non est hō ani=
mal. Idē est ꝙ copula mediet inter extrema, dum tñ modus
precedat totum. Nā hec/ necessario creans est deus/ in hanc
mutuo cōuertiꝭ/ necessario deus est creās, ꝛ hec/ possibiliter
album nō erit nigrū/ in hanc/ possibilr omne nigrū.b.album Tertia.
non erit. ¶ Tertia. Ad conuertendū ꝓpositionē de extrinse=
co tempore aut modalē affirmatiuam cuius alterū extremū
precedit modū, ꝛ alterū sequitur, reflectatur copula ꝛ modꝰ,
siquis sit, cū subiecto cōuertentis qđ est predicatū conuerse,

ceteris proprietatibus logicalibus obseruatis, vt/ois homo fuit albus, ergo.a.album qḋ fuit albū, ois homo est vel fuit/ deus necessario est creās, ergo creans qḋ necessario est creās
Quarta. deus possibilr est. ¶ Quarta. Ad conuertendū propōnes de extrinseco tempore aut modalē negatiuā cuius alterū extremū precedit modum, ⁊ alterū sequit̄, opus est cōuertere suā contradictoriā affirmatiuā, ⁊ in contradictoriā conuertentis affirmatiue cōuertere negatiuā. V.g. ad cōuertendū hāc/hō non est ⁊ non fuit albus/prima negatione in primū verbū cadente, opus est cōuertere contradictoriā affirmatiuā.s. omīs homo est vel fuit albus/in hanc/a. albū qḋ est vel fuit albus omnis homo est vel fuit/cuius cōtradictoria est/ omīe album qḋ est vel fuit album.b.hō non est ⁊ non fuit, que subinde est mutua cōuertens huius/hō non est ⁊ nō fuit albus. Eadē arte/deus possibilr non est creans; conuertit̄ in hanc/oē creās qḋ necessario est creans.b.de⁹ impossibilr est. Uniuersaliter eñ cum subiecto cōuertentis debet replicari copula cōtradictorie propōnis negatiue que cōuertitur. ¶ Est aūt hic notādum q̄ ppō affirmatiua indē ⁊ negatiua est duplex.s. formalis ⁊ virtualis. Etenī formalr affirmatiua, est illa cuius verbum principale negat̄, ac subinde mixte qualitatis, cuius alterumverbū principale negat̄ ⁊ alterū affirmat̄, vt in de qualitate propōnis visum est. Sed affirmatiua virtualr est ppositio formalr affirmatiua, vel formalr inferens vnā formalr affirmatiuā. Et negatiua virtualr est propositio formalr negatiua, vel q̄ infert̄ ex vna formalr negatiua. V.g. hec ppō/ petrus est ⁊ nō fuit albus, dicitur virtualr affirmatiua, q̄ infert ex se formalr hanc/petrus est albus. Sed hec/petrus est vel nō fuit albus, dicitur virtualr negatiua, q̄ formalr infertur ex hac/petrus nō fuit albus. Quoꝝ ratio est hmōi. Si.a. propō infert ex se formalr.b. affirmatiuā, ergo per legē bone ꝯñe non pōt.a. esse vera quin.b. sit vera, et.b. non pōt esse vera sine suppositione extremoꝝ, ergo de primo ad vltimū nec a. potest esse vera nisi eius extrema supponāt, que est virtus affirmatiue: Rursus.a. infert̄ ex.b. negatiua, ergo per legem bone ꝯñe, si.b. est vera.a. est vera, et.b. pōt esse vera nullo extremo supponēte, ergo ⁊.a. nihil ponit in esse, q̄ est virtus negatiue. ¶ Hinc sequit̄ omnē propositionē exponibilē copulatiue, quarum altera exponens est affirmatiua, esse virtualr affirmatiuā, vt/tm̄ homo nō est aial/omne aial preter holem non est rōnale/petrus contingēter nō disputat ⁊c̄. ⁊ omnē exponibilē disiunctiue, cuius aliqua exponens est negatiua, eē negatiuā, veluti sunt cōtradictorie dictarū propositionum.

¶ Lectio secunda.

1. No. AD horum igitur exercitiū descendentibus, primus labor in cōuertendis ppōnibus circa oēs quatuor regulas est in discernendo predicato a subiecto. V.g. hanc propositionē/caput habet ois hō/ dicunt moderni cōuerti in hanc/omnis hō est habēs caput. Hoc tamē supra pbatū est regulis grāmaticoꝝ ac subinde dialecticoꝝ repugnare. Nā ly hō, vtpote qḋ sit suppositū verbi, est subiectum q̄ participiū inclusum in verbo, cū accipiat̄ adiectiue sicut verbū ipsum, nō potest reddere suppositū verbo, et ideo dicta propō resoluit̄ in hanc/ois hō est habens caput/et conuertit̄ in hanc/caput habens, ois homo est/vt ly habens accipiat̄ substantiue, tunc eñ est subiectū. Pariter hec/in celo est deus/resoluit̄ in hanc/de⁹ est in celo, ⁊ conuertit̄ in hāc in celo ens est deus. Etenī cōuertere propositionē non est facere vt terminus precedens sequatur, sed vt predicatum fiat subiectum ⁊ contra.

2. N. ¶ Secunda difficultas est ex parte suppositionū terminoꝝ. Primo q̄ termini supponant pro eodē. Quare nō sequit̄/homo est hō pictus, ergo homo pictus est homo/hō est nomen, ergo nomen est hō/tenet̄ eñ ly hō equiuoce in subiecto ⁊ predicato. Sed sequit̄ mutuo, ergo homo pictus est homo pictus, itē ergo nomen est ly homo. Secūdo q̄ supponant eodē genere suppositionis, quare non sequitur homo est species, ergo species est homo, sed sequit̄ mutuo. q̄ species est homo inquantum cognitus hō. Tertio, q̄ supponant eadē specie suppositionis, quā obrem, dicūt summuliste moderni hanc propositionē/ad equitandū requirit̄ equus/ cōuerti in hanc/a. equus requirit̄ ad equitandū. Sed in rei veritate (vt visum est) potius resoluit̄ in illā, cum ly equus sit subiectū in prima sicut in scḋa. Conuertit̄ tñ in hanc/ad equitandū requisitum est equus/si totū illud ad equitandū requisitum accipiatur tanq̄ signū immediate exponibile, sicut ly requirit̄. Quare nec hec/promitto tibi librū/ conuertitur in hanc.a. librū tibi promitto, sed in hanc/promittēs librū sum ego. Nec illa bis cantaui missam/cōuertit̄ in hanc.a. missam bis cantaui, sed in hanc/bis cantans missam qḋ fuit bis cantans missam, ego sum vel fui. De autē/duplex est conuersio/ duplex est aīa/⁊ similes, si teneat̄ subiectū cōfundere predicatū, cōuertunt̄ in has.a. cōuersio est duplex.a. aīa est triplex/ vt subiectū stet immobiliter, prestat tñ dicere hmōi noīa numeralia denominatiua efficere suppositionē simplicē in alterum extremū siue a parte anteriori siue a parte posteriori, et dictas ppōnes cōuerti in has/aīa est triplex/cōuersio est duplex, idem eñ est dictu apud omnes philosophos/ triplex est anima/anima est triplex.

¶ Tertia q̄ omniū est latissima: est ex 3. No.
parte ampliationis. Et primo iuxta tenorē secūde regule disputant q̄ hec/possibilr album erit non albū/nō conuertatur in hanc (vt precipit regula) possibilr non albū erit album, q̄ deinesse añtis scz/album erit non albū/est possibilis, vtpote cuius sensus sit/qḋ est vel erit albū, erit aliquid qḋ nūq̄ erit album/⁊ tñ deinesse ꝯñtis, scz/non albū erit album (dicunt) est impossibilis, quippe cuius sensus sit/qḋ nec est nec erit album, erit album. Contra nos autem non militat argumentum hoc, qui suasimus hanc esse possibilē sicut est illa, immo verā, casu quo nunc petrus sit niger, ⁊ cras albus, nec est sensus nisi/qḋ nunc est nō albū vel post hoc erit nō albū, erit album. Sed nec militat cōtra fingentes infinitationē sin exigētiam ꝯtradictionis, qui possent dicere ly possibilr, cadens in totū sequens, cadere ⁊ in eius partes, ac proinde ly nōalbū tam in añti q̄ in ꝯñti stare pro illo qḋ non possibilr est albū, quo fit tā añs q̄ ꝯñs esse impossibile. ¶ Ex quo sequit̄ hāc/ immediate post hoc album erit nigrū/conuerti in hāc/immediate post hoc nigrū erit albū. Sed arguis. Casu quo petr⁹ immediate post hoc erit niger, ⁊ nō alb⁹, sed erit albus cras, ꝯñs est falsum, vt constat, ⁊ añs est verū, vt eius sensus manifestat, scz/immediate post hoc qḋ est vel erit album, erit nigrū Negatur hunc esse sensum, nā ly immediate post hoc restringens totū sequens, restringit ⁊ eius partes, ⁊ ideo tā ly albū q̄ ly nigrum stat pro illo qḋ immediate post hoc erit, quare añs est falsum sicut ꝯñs. Idem dicat̄ in negatiuis, vt/ possibiliter album non erit nigrū/conuertit̄ in hanc/possibilr omīe nigrum.b. albū non erit. Et hec/immediate post hoc album nō erit nigrū/in hanc/immediate post hoc omne nigrū.b. album non erit. Eo breuiter hec oīa tendunt vt intelligas q̄ ambo extrema precedunt vel sequūtur verbū extrinseci tpīs aut modum aliquē modificantē totam propositionē, esto tūc verbum mediet inter extrema, nō opus esse aliqua reduplicatione ad seruandū ampliationē, sed qḋ equiualent possibilr album erit nigrū, possibilr erit album nigrū/immediate post hoc album erit nigrū/immediate post hoc erit album nigrū, si ly post hoc accipiat̄ aduerbialr, vez vt includat instās aut tēpus, nā si acciperetur ppositionalr, cū tunc nō restringat, dicendū est de hac/post hoc album erit nigrū/sicut de hac/album erit nigrū/cui equiualet. Dixerim ad seruandū ampliationem, nā ad saluandū appellationē necesse est quādoq̄ tali reduplicatione vt iamiam videbis.

¶ Conuertunt nōnulli per hanc regu 4. No.
lam hanc propositionē/incipit esse homo/in hanc/incipit hō esse ens. Dicentes primā resolui in hanc/incipit ens esse hō quod tñ patet ex dictis esse falsum/immo in hac, incipit esse

homo, ly homo est subiectū, vtpote qđ reddit suppositum ver
bo, ⁊ ly incipiens esse/ est predicatū, quod adiectiue accipit.
Sed in hac/ incipit ens esse homo/ ly ens est subiectū, ⁊ ly in
cipiens esse homo, predicatū. Unde nec fit de predicato sub
iectum nec de subiecto predicatū. Igitur prima resoluit in
hanc/ incipiens esse est homo/ participio adiectiue tento, seu
in hanc. a. homo est incipiens esse/ ⁊ cōuertitur in hanc/ inci
piens esse est homo/ participio substantiuo tento, ⁊ hec/ inci=
pit ens esse homo/ resoluit in hanc. a. ens est incipiens eē ho
mo/ ⁊ cōuertitur in hāc/ incipiens esse hō est ens/ pariter par
ticipio substātiue tento. Ponit ly. a. in resoluentibus, vt cō
fundat subiectum in ordine ad vniuersalitatē de ly incipit, ⁊
reddant ꝓpōnes immediate exponibiles. ❡ Sed arguis. Ca
su quo nullus sit nunc homo, ⁊ hora futura diuisa in partes
proportionales minoribꝰ terminatis v̄sus hoc instās, in qua
libet parte erit alius ⁊ alius hō, itaqꝫ nūꝗ̄ erunt duo simul
in eadē parte, hec est vera/ incipit esse homo/ ⁊ hec falsa/ inci
piens esse est homo/ siue adiectiue accipiat siue substantiue,
ergo illa nec resoluit in hanc in primo sensu, nec in eā cōuer
titur in scđo. Maior est nota exponenti illā immediate ⁊ pro
batur minor. Primo. Quia ly incipiens esse non supponit
cum non sit signabilis hō qui incipiat esse. Scđo. Quia nec
ly homo supponit, cū non amplieт, nam hmōi participia non
ampliant a parte posteriori. Ad argumentū hoc negatur qđ
hec/ incipiēs esse est homo/ in illo casu sit falsa. Et ad primā
probationē negatur qđ habeat probari per suppositionē ex=
tremoꝝ, sed immediate per exponentes sicut illa/ incipit esse
homo. Et ad secundā negat, predicatū non ampliari, immo
ampliat sicut in illa/ incipit esse hō. Dictum enim est. c. 11. le.
5. ly incipiens accipi syncategorematice sicut ly incipit, quo
fit vt reddat propositionē immediate exponibilem, ⁊ ampliet
post se sicut ly incipit. Fateor tñ hanc/ aliqđ incipiens eē est
homo/ esse falsam, vt dicte rationes manifestant. Nec illa/ in
cipit esse homo/ conuertitur in hanc.

❡ At pro ꝓpositionibus in quibus al=
5. No. terum extremū precedit verbū ⁊ modum ⁊ alterū sequitur, de
quibus statuit tertia regula, notato aliquas esse copulas pu
re particulares, que vez eodē modo ampliāt a parte anterio=
ri sicut a posteriori, nec aliter appellant, vt sunt copula distū
cta ⁊ modus possibilr, ⁊ tunc ad saluandum ampliationē nul
la opus est reduplicatiōe. U. g. petrus est vel fuit albus/ con
uertitur in hanc/ albū, petrus est vel fuit/ album possibilr est
nigrū/ in hāc/ nigrū, album possibiliter est. Fac predicatum
cōuertētis precedat modū ⁊ copulā. Propter duo. Primo.
Propter signū vle qđ positum post copulā efficit pars pre=
dicati, cū in cōuersa nō sit pars subiecti. Scđo. Propter cō
plexum, qđ positum post copulā in vniuersum accipit vnica,
cū multotiens in cōuersa accipiat pluribus. U. g. ois homo
est vel fuit aial/ nō cōuertit in hāc/ a. animal est vel fuit ois
homo/ nec/ hois albi equus est vel fuit equus/ conuertitur in
hanc/ equus est vel fuit hois albi equus. Nam si petrus qui
nunc est albus possedisset equū tempore quo nō erat albus,
añs esset verum ⁊ ꝯñs falsum. Idē dicatur de hac/ in domo
petri est vel fuit paulus, ergo paulus est vel fuit in domo pe=
tri, si paulus fuisset in domo q̄ nunc est petri qñ nō erat sua
Unde si hec/ brunellus est vel fuit hois albi equus/ cōuerta=
tur, addat subiecto conuertētis aliquid qđ faciat ipsum acci
pi vnica. s. aliqs hois albi equꝰ est vel fuit brunellus. Pro=
portionabilr dicito de hac/ petrus est vel fuit ois hō. ❡ Alie
sunt copule diuersimode ampliātes a parte anteriori ⁊ a par
te posteriori, vt fuit, erit, seu aliter appellantes, vt copula co
pulata ⁊ modi includentes vlitatem, de quibus precipit ter=
tia regula vt reduplicetur a parte subiecti cōuertētis. U. g.
album fuit nigrū/ conuertit in hanc/ nigrum qđ fuit nigrum
albū est vel fuit. Attende quēadmodū bis resumpserim in cō
uertente predicatū cōuerse, qr si dixissem, ergo qđ fuit nigrū,
seu, ergo ens qđ fuit nigrum est vel fuit albū, instares in sili
forma inferendo ex eodē añti, ergo equus qui fuit niger est
vel fuit albus, si homo qui nunc est albus fuisset niger, ⁊ nul
lus equus fuisset niger. Nec satis eēt inferre, ergo nigrū qđ
fuit est vel fuit albu. Nam si petrus qui fuit albus inciperet
nunc eē niger per primū sui esse, non sequit ediuerso/ nigruz
qđ fuit est vel fuit album, ergo albū fuit nigrū. Dictū est enī
capite de restrictiōe ꝙ relatiuū illud a parte subiecti añtis,
cum sit relatiuū substātie refert añs pro materiali, ⁊ ideo nō
restringit ipsum nisi pro nigro qđ fuit ens, ⁊ nō, qđ fuit albū
Opus est ergo addere/ nigrum qđ fuit nigrū. Hec autē/ cali
dum corrupit frigidū/ ⁊ similes amphibologice locutiōes di
stinguēde sunt. Nam si ly calidū sit noiatiui casus, ⁊ ly frigi
dum accusatiui, cōuertenda est in hanc/ corrūpens frigidum
qđ fuit corrumpens frigidū, calidū est vel fuit. Si autē ꝯtra
ly calidum sit accusatiui casus, ⁊ ly frigidū noiatiui, cōuertē
da est in hanc/ frigidū quod fuit frigidū/ calidum corrūpens
est vel fuit. ❡ Sed arguis cōtra hunc modū reduplicādi pre
dicatum ꝙ non sequat/ albū immediate ante hoc fuit nigrū,
ergo nigrum qđ immediate ante hoc fuit nigrū, album est vł
immediate ante hoc fuit. Nā si hora preterita diuisa per par
tes ꝓportionales minoribus ad hoc instans terminatis/ pe=
trus qui nunc est albus alia ⁊ alia parte/ alia ⁊ alia nigredi
ne fuisset niger, añs eēt verum, vt notū est, ⁊ probat ꝯñs esse
falsum. Nigrum qđ immediate ante hoc fuit nigrū, albuz est
vel fuit, ergo res habens nigredinē que fuit res habēs nigre
dinem, album est vel fuit, a diffinito ad diffinitionē, rursus er
go res nigredinē habens ⁊c̄. album est vel fuit. Consequens
est falsum, vt patet per descensum sub ly nigredinē, nulla enī
est signabilis nigredo que immediate ante hoc fuit. Ob hoc
argumentū dicunt nōnulli nō debere accipi ly nigrū ante re
latiuū, sed inferendū esse, ergo qđ fuit nigrū ⁊c̄. sed tunc vt vi
sum est ꝯña non eēt formalis. Igitur ad argumentū negatur
dictam conuersionē non esse mutuā, ⁊ negat ꝯñs in casu esse
falsum, negaturqꝫ tandē illa ꝯña/ res habens nigredinē ⁊c̄.
ergo res nigredinē habens ⁊c̄. Nam sicut in aliis determina
tionibus. a. non vnica ad vnicā non sequit, etiā sine distribu
tione, vt/ hois albi equus fuit currens, ergo equus hois albi
fuit currens, eo qđ in añte partes ampliant non vnice et in
ꝯñti totū ampliatur vnica acceptiōe, ita nec ediuerso sequit
hic a toto vnice ampliato ad partes non vnice amplatas. Et
credo esse instantiā vbi facto descēsu sub toto cōplexo non lz
descēdere sub determinatione accepta vnica sicut nō licet re
soluere ꝯnotationē in hac/ brunellꝰ albi fuit aial. ❡ Ex quo
sequit hanc/ album desinit esse nigrū sic/ esse conuertendā, er
go nigrum qđ desinit esse nigrū album est vel immediate an
te hoc fuit. Sed arguis, dicta propō resoluit in hanc/ albuz
est desinens esse nigrū/ vbi ly desinens esse nigrū est predica
tum, ergo cōuertitur in hāc/ desinēs esse nigrum, albū est vel
immediate ante hoc fuit. Negatur ꝯña. Nā arguēdo ediuer
so, scz/ desinens esse nigrū, album est vel immediate hoc fuit,
ergo album desinit esse nigrū/ argueres ab amplo ad nō am
plum ex parte de ly desinens esse nigrū, quod in añti stat pro
illo qđ est vel immediate ante hoc fuit desinens esse nigrū, et
in ꝯñti pro illo qđ nunc est desinēs eē nigrum, ⁊ casu quo pe=
trus nunc sit ⁊ immediate post hoc erit niger, ⁊ hora preteri=
ta diuisa per partes ꝓportionales minoribꝰ terminatis ver
sus hoc instās, in partibus paribus fuisset albus, ⁊ in impa
ribus niger, añs eēt verū ⁊ ꝯñs falsum. Quare recte cōuer=
titur in hanc/ desinens eē nigrum qđ est desinens eē nigrū al
bum est vel immediate ante hoc fuit, que equiualet huic/ ni=
grum qđ desinit eē nigrum, albū est vel immediate ante hoc
fuit. Caue ne dicas est vł immediate añ hoc fuit albū, vt pre
dicatum sequat copulā, qr contra non sequit/ desinentis esse
homines que desinunt eē hoies, sunt vel immediate ante hoc
fuerunt hoies, ergo hoies desinunt eē hoies. Cum añs sit ve
rum ⁊ ꝯñs falsum, existentibus nunc duabus materiis cum
duabus formis, ex quibus hora preterita diuisa per partes
proportionales minoribus versus hoc instans fuissent cōsti=
tuti alii ⁊ alii hoies per transpositionē, itaqꝫ nō sint signabi=
les hoies qui fuerint immediate ante hoc. Proportionabilr

4. No. ¶ Ex his sequitur primo q̄ condicionatum acceptū pluribus acceptionibus ampliat oēs terminos in ordine ad suā cōditionalē si admittatur descēsus sub talibus tīis. Qō addiderim q: in hac. v.g. chimera est petrꝰ si est petrus/termini in rei veritate nō ampliātur, sed illa est vera terminis non supponētibus, q: est conditionalis que nihil ponit inesse. Dixerim in ordine ad talem cōdicionalē, qō est dicere, lz descendere sub talibus terminis ad eoꝝ supposita q̄ imaginātur esse. Licet inq̃ȝ in tali conditionali, & nō qñ categorice per se seorsum resoluerētur. Hinc patet hanc propositionē esse falsam/aliquis equus est hō si est animal, non eñ licet descēdere sub ly equus ad ea q̄ imaginant esse equꝰ, sed ad equos qui imaginantur esse, alias sub ly equus liceret demōstrare hominē, q̄ quidē singulares essent vere. Caue ne dicas conditionatum solum ampliare terminos cadentes infra limites sue conditionalis. Nā tunc sub subiecto huiꝰ/omne animal est homo si est aīal/nō liceret demonstrare equos qui non essent, q: falsum est dicere demōstrato equo q̄ si hoc animal est aīal hoc aīal est homo, vnde solū existentibꝰ hominibus esset vera, & rebus vt nunc, falsa, ac subinde contingēs qō est falsum. ¶ Secūdo. Sequit condicionatū acceptū vnica non ampliare nec habere amplū modū significandi. Cuiꝰ ratio est, q: tunc talis propō non accipit in sensu conditionali ac subinde ponit aliquid inesse, vt patet si explices sensus categoricarū. Est eñ sensus huius/aliqō homo si est animal est rationale/aliqō ens quod est hō si est animal, est rationale/que resoluit ratiōe relatiui per vnā copulatiuā. s. aliquod ens est rationale & illud est homo si est animal, cuius prima pars aliquid ponit inesse. Unde sub subiecto huius/omē petrus si est petrus est ens/non lz demōstrare nisi entia q̄ sunt, & sub subiecto huius/hō est aliqō aīal si est ens/non lz demōstrare nisi hoīes qui sunt. Sed si diceres/petrus si est petrus est petrus si est petrus/ vbi nec in subiectū nec in predicatum fertur aliqō signum, talis propō accipit in sensu hypothetico scz/si petrus si est petrus est petrus, petrus si est petrꝰ est petrus, ac proinde tales termini ampliantur. ¶ Tertio. Hinc subinfert falsitas illius regule quorundā dicentiū ad veritatem propōnis de cōditionato singularizato sufficere q̄ extremis non repugnet supponere pro eodē. Immo cū in talibus vlr condicionatū accipiat vnice, q: pronomen fert in totum, tale condicionatū nō ampliat. Quare sicut hec est falsa/hoc petrus si est petrus, est hoc petrus si est petrus, primo pronomine, petrum, & secūdo, paulū demonstrātibus, ita & hec/chimera est hoc petrus si est petrus/demōstrando chimerā. Nec sub predicato huius / chimera est petrus si est petrus tento pluribus acceptionibus valet descensus, valeret autē si acciperetur vnica, sed tunc añs esset falsum sicut ɔñs. ¶ Sequit quarto, q̄ propositiones secūde regule scz in quibus cōdicionata accipiunt vnice non reducunt ad condicionalē nisi ad cognoscendū pro quo tale condicionatū supponat. V.g. hec aliquod hō si est aīal est homo/cum resoluatur sic/ hoc qō est homo si est aīal est homo/reducit ad condicionalē ad cognoscendū an tale ɔdicionatū supponat pro re demonstrata. Et tunc in condicionali debet accipi pro termino cōcurrenti pronomen demonstrans talē rem, per hoc eñ cognoscimus tale condicionatū pro solis hominibꝰ supponere, q: solis illis demonstratis verū est dicere/si hoc est aīal, hoc est hō. Et q̄ȝq̄ȝ per hanc artē sit exacte cognoscendū pro qua re quodq̃ȝ cōdicionatū supponat, & pro qua non, nihilominus solent ɔstitui regule ad cognoscendū suppositionē condicionatoꝝ.

¶ Prima. Omne condicionatū cuius terminus inferens infert illatū, itaq̃ȝ sit aut cōuertibilis cum illo aut inferior, si accipiat vnica, est trāscendens, & si pluribus, supra transcēdens, dūmodo verificetur mediāte copula condicionati vel eius subalterna. V.g. aliqō homo si est hō/ aliquod animal si est homo/de quolz ente mūdi verificant, & si accipiatur pluribus etiā verificant de chimera. Hec enim est vera/chimera est homo si est hō/& hec falsa / chimera est aliqō homo si est homo, vt ex dictis patet. Dixerim dūmodo terminus inferens inferat illatū, nam si ecōtrario terminus illatus sit inferior ad inferentē, tunc si tales termini cōnotēt transmutabilr, pro nullo supponit, si aūt sint absoluti aut cōnotent intrāsmutabilr tunc verificatur de illo pro quo supponit terminus illatus aut de omni illo pro quo non repugnat supponere. V.g. album si est colorarū/pro nullo supponit, sz homo si est aīal, risibile si est sensibile, supponūt p solis & omnibus hominibus qui imaginātur esse. Illi qui tenent oēm condicionalē cuius añs est impossibile esse verā, dicunt itidē supponere pro illo pro quo non potest supponere terminꝰ inferens, vtputa pro lapidibus, nos aūt id non admittimus. Dixerim dummodo condicionatū verificet mediante copula ipsius ɔdicionalis vel sua subalterna. Nā/homo si erit hō q̄ȝq̄ȝ sit supratrāscendens mediante ly erit aut mediāte ly est vel erit (de quolibet eñ verū est dicere q̄ erit homo si erit hō, item qō est vel erit homo si erit hō) tñ de nullo verum est dicere hoc est homo si erit homo, aut hoc fuit homo si erit homo. Proportionabiliter dicito de hoc/animal si possibilr est hō/ quod videlz verificat solū mediāte ly possibilr, & de hoc/animal si necessario est homo/qō verificatur mediāte ly necessario, aut mediante ly possibilr. Et ita in ceteris. ¶ Intelligal

5. No.

regula de cõdicionato affirmatiuo, nullum eñ condicionatũ negatiuũ põt de aliquo v̄ificari, nisi fortasse mediãte ly imaginario) quia propõ de tali cõdicionato reducit ad condicionalem cuius añs est negatiuũ, ꝛ ꝯñs affirmatiuũ, que quidẽ ꝯñe nunq̃ valent. Quod si dicas hoc cõdicionatũ/ens si nõ est possibile/de quolibet possibili verificari, itẽ/ens si non est intelligibile/verificari de quolibet intelligibili, certe negat̃ q̃q̃ id cõcedant qui tenent solã impossibilitatẽ añtis sufficere ad bonitatẽ ꝯñe. ¶ Secũda regula. Nullum cõdicionatũ cuius partes nõ sunt pertinẽtes sequella potest de aliquo verificari, vcꝫ si sint pertinentes repugnantia, vt/homo si est lapis, aut si sint impertinẽtes, vt albũ si est dulce ꝛc. Cuius ratio est, q: nunq̃ constituũt ꝯñam bonã. Quãq̃ tenentes omnem cõsequentiã cuius añs est impossibile esse bonã, teneãt subinde omne tale condicionatũ supponere pro illo pro quo non potest supponere terminus inferens.

¶ Uidetur mihi condicionatoꝝ materia vsq; adeo notabilibus absoluta, vt vix remaneat arguendi locus. Arguitur tñ breuiter sic. Nulla est propõ de condicionato, ergo dicta presupponunt falsum. Probat̃ añs. In hac ꝓpõne/petrus est hõ si est aial/ly si vnit propões, ergo accipit̃ cõdicionatr. Quod si de hac iuxta ea que dicta sunt facile id concedas, arguit̃ de hac/petrus est aliquod homo si est aial hoc modo. Ly si ꝑducit̃ a ly homo ꝛ a ly est aial, que inuicem vnit, tunc querit̃ quidnã reddit suppositũ illi copule condicionati, si ly petrus, ergo vnit illã propositionẽ/petrus est animal, cũ illa/petrus est homo. Si autem (vt res habet) ly ens inclusum in condicionato, tunc vnit illam/ens est animal, cum illa/ens est homo. (nam nõ potest vnire vnam propositionẽ cum simplici termino) Ac proinde ꝑducit̃ ab ipsis propõnibus que vnit. ¶ Secũdo. He propõnes/omne petrꝰ si est petrus est ens/aliqõ petrus si est petrus nõ est ens/sunt cõtradictorie, ꝛ tñ ex dictis sequeret̃ ambas simul esse veras, ergo dicta nulla. Maior est nota ꝛ probat̃ minor. Sequitur bene/tñ ens est petrus si est petrus, ergo omne petrus si est petrus est ens, ab exclusiua ad suã vl̄em, ꝛ añs est notum per eius exponentes, sed negatiua patet, chimera non est ens, et chimera est petrus si est petrus, ergo aliqõ petrus si est petrꝰ non est ens. ¶ Tertio. He propõnes/nullũ animal est homo si quodlibet animal est/a. aial est homo si qõlibet animal est/sunt contradictorie, ꝛ tñ iuxta dicta ambe sunt simul false, ergo dicta nulla, maior videt̃ nota ꝛ probatur minor, nã affirmatiue falsitas cõstat per eius condicionalẽ scꝫ/ si. a. animal qõlibet animal est, a. aial est hõ, et falsitas negatiue patet ꝑ veritatẽ sue contradictorie. s. aliqõ animal est hõ si quodlibet animal est/sub cuius subiecto dantur ille singulares vere in quibus demonstrantur homines.

6. No. ¶ Mirũ est propter primũ argumentum nõnulli negent aliquã esse propositionẽ de ꝯdicionato. Nam eadẽ ratione, vcꝫ ꝙ ly si nunq̃ vnit nisi propões nec producit̃ nisi ab ipsis, tenentur cõcedere ꝙ intellectus nũq̃ format condicionatũ extra propõnem, qõ videt̃ contra experientiã. Cum eñ audio, hõ si est animal/ videor michi idẽ cõplexum ex tot adequate ꝯceptibus formare. Igitur ad argumentũ quicquid sit de illa ꝯña/ly si vnit propões, ergo producitur ab illis, que sepe monstrata est non valere, adhuc negat̃ ꝙ in hoc condicionato, hõ si est aial/extra ꝓpõnẽ aut in ꝓpõne qñ accipit̃ vnicat, vniat ꝓpões, q̃q̃ ly ens reddat suppositũ verbo condicionati, immo totũ illud/si est/accipit̃ tanq̃ vnica copula vniẽs illos simplices terminos. Et si dubites. Ly si est/nõ facit vnum complexũ, ergo nõ facit vnam copulã. Certe negat̃ añs. Immo ly si est/qñ mediat inter terminos ꝛ cõgrue facit vnam copulã, ꝛ vnit illas partes. Nam facere vnũ secũde intentionalr, nihil aliud est q̃ ſm regulas grãmaticales congrue cõnecti. ¶ Hinc patet totũ condicionatũ de materiali significare aliq̃d, qõ quidẽ nulla eius pars significat, nã ly petrus si est petrus/pro quolibet ente mundi supponit, nisi fortasse velis dicere ꝙ condicionatũ acceptũ pluribus nihil significat nisi ꝙ significant eius partes, et veritas propõnis de tali condicionato non habet cognosci per suppositionẽ ipsius, sed qñ accipit̃ vnica, tunc in mente semꝑ exprimitur ibi ly ens aut ly aliquid, vñ resultat illa significatio materialis. Quod non ab re diceretur.

¶ Secundũ argumentũ q̃q̃ ex dictis 7. No.
eius solutio clarescat, formatũ est tñ vt ea que dicta sunt confirmentur. Oppinãtes eñ omne cõdicionatũ vl̄r habere amplum modũ significãdi, admittẽtesq; ꝑinde sub subiecto huius/omne petrus si est petrus est ens/descẽsum ad chimerã, partim negant hanc singularẽ/hoc petrus si est petrꝰ est ens demonstrata chimera, ac subinde dictam vl̄em, ꝛ eius exclusiuam, scꝫ/tñ ens est petrus si est petrus/cõcedũtq; contradictoriã secũde exponentis, scꝫ/ aliqõ nõ ens est petrus si est petrus/q: dicunt hanc esse verã/hoc nõ ens est hoc petrus si est petrus/vtrobiq; demonstrata chimera. Sed hi nullã habẽt apparentiã tum q: bene sequit̃/hoc petrꝰ si est petrus est nõ ens, ergo est ens vel nõ ens, a parte disiũcti ad totũ, rursus, ergo est ens, cũ omne disiunctũ ex terminis cõtradictoriis cõuertat̃ cum transcẽdẽti seruata eadẽ ampliatione. Tum maxime ad hominẽ, q: si ly ens in ordine ad condicionatũ singularizatũ stat pro illo quod imaginat̃ esse ens, tunc per eorum oppinionẽ ly nõ ens stat pro illo quod nõ imaginat̃ esse ens, ac proinde non supponit pro chimera. Alij propter hoc argumentu cõcedunt hanc/hoc petrus si est petrus est ens/demõstrata chimera, eo quod extremis nõ repugnet supponere pro eodẽ, cõtra quos tñ arguit̃. Hoc petrus si est petrus est ens, ergo substãtia vel accidens, a sufficiente diuisione, rursus, si substantia. v. g. ergo aial vel lapis ꝛc. Et quicquid dicas est falsum, q: extremis repugnat supponere pro eodẽ, alias esset cõcedenda hec/hoc petrus si est petrus est hõ/demõstrato brunello. Nec valet dicere ꝙ est substantie in plurali, nã de quocũq; dr ly ens in singulari, dicitur aliqua eius species in singulari. Multa alia hmõi incõuenientia passim ꝯcedunt quã non cõsiderant differentiã inter condicionatũ pluribus acceptum ꝛ acceptu vnica. ¶ Igit̃ ad argumentũ concesso ꝙ sint cõtradictorie ꝛ cõcesso ꝙ affirmatiua sit vera, negat̃ negatiua, ꝛ negatur ꝙ liceat sub illo subiecto demonstrare entia q̃ nõ sunt, cũ condicionatũ, quippe quod accipit̃ vnica, nõ ampliat. Unde negat̃ illa ꝯña, scꝫ/chimera nõ est ens, chimera est petrꝰ si est petrus, ꝗ aliqõ petrꝰ si est petrꝰ nõ est ens. Nã ꝯdicionatũ in ꝯclusione tenet̃ vnica, ꝛ in minori pluribꝰ. Itẽ ex parte de ly chimera arguit̃ ab amplo ad nõ amplum. Sed dicẽdũ est in minori, chimera est aliqõ petrus si est petrus, q̃ est falsa. ¶ Nota qõ si in illa exclusiua non adderet̃ ly aliqõ a parte predicati, ꝯña nõ valeret. Non eñ sequit̃/tñ ens est homo si est aial, ergo omne homo si est aial est ens, q: si non essent hoies, añs esset verũ ꝛ ꝯñs falsum, arguitur eñ ab amplo ad non amplũ, q: condicionatũ in añti tenet̃ pluribus, ꝛ in ꝯñti, vnica. Itẽ notato ꝙ he non essent ꝯtradictorie/omne petrus si est petrus est ens/petrus si est petrus nõ est ens/nisi in negatiua addas ly aliquod, vt subiectum teneatur vnica sicut in affirmatiua.

¶ Ad tertium negat̃ maior. Est eñ defectus ꝙ affirmatiua accipit̃ in sensu hypothetico, ꝛ negatiua in sensu categorico, quantũ ad resolutionẽ subiecti. Aut si mauis, subiectũ negatiue distribuit̃ in ad particularitatem de ly si negati stantis cõfuse, ꝛ in affirmatiua remanet confuse in ordine ad vl̄itatem de ly si affirmati. Qõ est dicere affirmatiua resoluit̃ immediate ratione de ly si, ꝛ negatiua ratione subiecti. Et ly si affirmatũ potest dici vniuersalitas, q: denotat bonitatem ꝯñe, que diffinit̃ per vl̄itatem. s. non põt ita esse ꝛc. ac proinde cum negat̃, dicitur particularitas. Quare lꝫ nulla alia poneret̃ vl̄itas a parte predicati, vt si diceres a. animal est hõ si est aial, nullũ aial est homo si est animal, immo q̃q̃ nõ ponas ly. a. in affirmatiua (q: si non addas ly aliqõ/ adhuc accipit̃ in sensu hypothetico) cõmitteret̃ idẽ defectus. ¶ Sed arguit̃. Hic defectꝰ (vt ptꝫ ex capite oppõnũ)

deberet edificare subcontrarietatem, cum tñ dicte propōnes sint contrarie, qꝛ ambe false ꝛ non possunt esse vere. Negatur maior. Nā cum suppositio cōfusa in añti condicionalis edificans veritatē añtis, edificet proinde falsitatē totius condiciōalis, habet in ordine ad totā naturā determinate, et ideo potius talis defectus efficit hic contrarietatē. Quare nō sequitur/aliqḋ animal est hō si est aīal, ergo .a. animal est homo si est animal, a determinata ad cōfusam, sequit̄ añt cōtra ¶ Admittunt nōnulli sub termino illato ꝛ subinferente ascēsum ꝛ descensum contra cop. naturam, vt videatur quid inde sequatur, in quo tñ nihil vtilitatis est. ¶ Propōnis categorice negatiue de cōdicionato per suas contradictorias affirmatiuas regulentur, vt hec/ nullū animal est homo si est animal/probetur esse falsa per veritatem huius/aliquod animal est homo si est animal, ꝛ ita in ceteris.

¶ Caput decimūseptimū.

A Copulatiua est illa in qua cōiūgūtur due categorice per hanc cōiunctionē/et/ vt/petrus arguit ꝛ paulus respōdet.
B ¶ Ad veritatē copulatiue exigitur vtrāqꝫ partem esse veram: vt/ deus est summū bonū et homo est animal. Ad falsitatem eius sufficit alterā partem esse falsam: vt/homo est animal ꝛ equꝰ est lapis.

¶ Lectio prima.

1. No. Secunda hypotheticarū species est copulatiuarū. Ubi notandū ly/et/perinde ac de ly/si/ dictum est, posse coniūgere ꝛ inter propōnes, ꝛ tunc dicit̄ teneri copulatiue, ꝛ inter terminos, et tunc dr̄ teneri copulatim, aut diuisiue aut complexiue, de quibus tribus acceptionibꝰ erit disputatio huiꝰ capitis. ¶ Uñ propō copulatiua (inquit
A Petrꝰ hyspanus) est illa. i. est ꝓpositio hypothetica in qua cōiungūtur due categorice per hāc cōiunctionē/et. Que quidem diffinitio, vti precedētes, doctrinalr̄ est intelligēda. In hac eñ copulatiua/petrꝰ arguit et paulus respōdet ꝛ vterqꝫ docte loquit̄/non due sole, sed plures propōnes cōiungūtur. Itē in hac/si petrus est rationalis petrus est risibilis ꝛ si petrus est risibilis petrus est rōnalis, non categorice sed hypothetice cōiungūtur. Igit̄ sensus dicte diffinitionis hmōi est. Propositio copulatiua est propō hypothetica in qua cōiungunt̄ plures propōnes per hanc cōiunctionē/ꝛ/tanqꝫ partes principales sui. Quod addiderim propter hāc/si petrus loquitur petrus disputat ꝛ nō tacet/ly si existente copula principali, ꝛ propter hanc/petrū disputare et petrū non disputare est impossibile, que nō sunt copulatiue, sed prima est condicionalis, ꝛ secūda categorica. Quare nō opus est addere/in sensu quo sunt propōnes, nam hec/hec propō est oratio ꝛ ly homo est aīal, vbi/homo est aīal/nō vnitur in sensu quo est propō, iam secludit̄ a ratione copulatiue, qꝛ nec vnitur tanqꝫ pars principalis. ¶ Cum dr̄ per hāc cōiunctionē/ꝛ/intelligito vel per aliqḋ sibi proportionabile, vt per ly/sed/ aut per ly/nec. Ad hec tandē subintelligito formalr̄ vel equiualenter, ꝛ propter añs huius ꝯñe/omnis hō disputat, petrus est hō, ergo petrus disputat, vbi copula non est expressa, sed subintelligitur, ꝛ propter ly. a. in casu cōmuni.

2. No. ¶ Ad veritatem copulatiue affirmatiue
B affirmatiue significantis iuxta significationē suarū partium sufficit ꝛ requirit̄ quālibet eius partem principalē esse veram vt/dominicus loquit̄ ꝛ petrus scribit. Dixerim principalem propter hanc/si hō est lapis, homo est substātia, ꝛ si lapis est homo, lapis est aīal, ꝛ plures alias quarū, cum ipse sint vere, omnes tñ partes minus principales sunt false aut cōtra. Dixerim significantis ꝛc̄. qꝛ si aliqua copulatiua retentis significationibus partiū, imponat̄ nouo modo ad significādū de significatione totali, potest tota esse vera omnibus partibꝰ existentibus falsis ꝛ cōtra. Ut respectu verbi extrinseci tēporis nō sufficit ad hoc ꝙ copulatiua fuerit vera quālibet eiꝰ partem fuisse veram, sed requirit̄ oēs simul tempore fuisse veras nam si vna pars fuisset vera in vno tempore ꝛ alia in alio, nō cōtinuo fuisse, copulatiua vera. Itidē sentito respectu verbi presentis importātis latitudinem tpis, nisi forte copule categoricarū pro diuersis tēporibus vnirēt. ¶ Sed arguis, ergo copulatiua vocalis nō potest esse vera, cū partes non possint simul esse. Negat̄ ꝯña, nam sufficit ꝙ possint esse vere pro eodem, qꝛuis non sint in eodem. Ad falsitatē copulatiue affirmatiue ꝛc̄. sufficit ꝛ requirit̄ aliquā eius partē principalē esse falsam, vt/deus est summū bonū et hō est lapis/est falsa. ¶ Ad possibilitatē copulatiue affirmatiue sufficit ꝛ reqrit̄ quālꝫ eiꝰ partē ꝑncipalē esse possibilē, ꝛ ceteris oībꝰ cōpossibilē, vt/petrus est iustus, et tñ est paup. Ad impossibilitatē eiꝰ sufficit ꝛ reqrit̄ ꝙ aliq̄ pars sit īpossibilis, aut aliq̄ sit ceteris incōpossibilis. Ceteris inqꝫ, aut alteri si tñ sint due, vt/deus est ꝛ hō est lapis/petrus disputat ꝛ petrus nō disputat. Dixerim/ceteris omnibus, qꝛ non sufficit ad possibilitatē copulatiue ꝙ quelibet pars cuilibet alie sit cōpossibilis. Hec eñ copulatiua/hic angelus est creatus ꝛ hic angelus est creatus ꝛc̄. demōstratis omnibus creabilibus est impossibilis (vt supra dictum est) ꝛ tñ quelibet pars est possibilis ꝛ cuilibet alie cōpossibilis, immo quelibet pars est impossibilis infinitis aliis, qꝛ dictum est ꝙ non repugnat esse infinitos creatos, vtpote si in qualibet parte proportionali vnius hore producat̄ vnus angelus. Sat igitur est vt dicta propō sit impossibilis, ꝙ quelibet singularis repugnet ceteris omnibus simul. ¶ Ad necessitatem copulatiue affirmatiue sufficit ꝛ requirit̄ quālibet eiꝰ partem principalē esse necessariā, vt/deus est summū bonum ꝛ deus est summa veritas. ¶ Ad cōtingentiā copulatiue affirmatiue sufficit ꝛ requirit̄ aliquā eius partē esse contingentē, dūmodo nulla alia sit impossibilis, ꝛ nulla sit ceteris incōpossibilis, vt petrus disputat ꝛ deus est. ¶ Qḋ sufficit ꝛ requiritur ad veritatē copulatiue affirmatiue, sufficit ꝛ requirit̄ ad falsitatē negatiue. Sicut qḋ sufficit ꝛ requirit̄ ad necessitatē affirmatiue sufficit ꝛ requiritur ad impossibilitatē negatiue. Et qḋ sufficit ꝛ requirit̄ ad contingentiā affirmatiue, sufficit ꝛ requiritur ad contingentiā negatiue. Sed ad possibilitatē copulatiue negatiue, opposito modo qꝫ ad necessitatem affirmatiue, sufficit ꝛ requirit̄ ꝙ non quelibet pars sit necessaria. Que omnia patent per legem cōtradictoriarū. ¶ Percōtaris autē. Nōne posset veritas copulatiue, possibilitas, necessitas ꝛc̄. Diffiniri proportionabilr̄ ad categoricas vꝫ ꝙ copulatiua vera sit illa q̄ significat ita esse sicut est, ꝛ possibilis que significat ita esse sicut potest eē ꝛc̄. Posset quidē, immo ille diffinitiones cōprehendunt omne genus propōnis tā categorice qꝫ hypothetice, cōstituūtur tñ ille a priori ꝛ he a posteriori, vt vꝫ dicte proprietates totius per similes ꝓprietates partiū dignoscantur. ¶ Sequenti. c. constituūtur alie regule ad cognoscendum quid requiratur ad assentiendum aut dissentiendum toti copulatiue. 3. No.

¶ Notandus est tandē tertio locus arguendi in copulatiuis, vꝫ a copulatiua affirmatiua ad quālibet eius partem est formale argumētū, vt formalr̄ sequitur petrus arguit ꝛ paulus respondet, ergo petrus arguit. E contrario tñ. s. ab aliqua parte copulatiue ad totā nō sequit̄ nisi qñ dicta pars formalr̄ infert quālibet aliam, vt sequit̄/petrꝰ est homo, ergo petrus est homo ꝛ petrus est aīal ꝛ petrus est substātia. Subintelligāt̄ minutie ille. s. ab affirmatiua, qꝛ nō sequitur/nō homo est equus ꝛ homo est lapis, ergo homo est equus. Significāte iuxta significationē suarū partiū. Itē ad eius partem principalē, qꝛ ex hac copulatiua/si hō est equus homo est hinnibilis, ꝛ si equus est hō equus est risibilis/nec

sequitur/homo est equ⁹/nec alia illarū categoricarū. Ceteri modi arguēdi, a copulatiua ad disiunctiuā ⁊ ediuerso capite sequēti cōmodius locabunt, sicut ⁊ oppositiones inter ipsas.

¶ Contra horū autem singula arguitur. Primo cōtra diffinitionē propōnis copulatiue. Multe sunt ꝓpōnes copulatiue in quibus nō cōiungunt plures propositiones per ly/et/ergo diffinitio est nulla. Probatur añs de his propōnibus/ois homo est risibilis ⁊ ediuerso/petrus disputat ⁊ sic de singulis. Itē de consequēte huius ꝯñe/si petrus disputaret petrus esset doctus ⁊ premiaretur.

4. No. ¶ Ad hoc argumentum circa illā / ois homo est aial ⁊ ecōtrario/qui dicunt ly ecōtrario subordinari cōuertenti sue preiacentis, dicunt, dictā propositionē cōstare in mente ex duabus formalr categoricis. Hoc autē supra c. 7. satis impugnatū est, non eñ possum concipere qȝ ly ecōtrario non formet in mēte vt iacet in voce. ¶ Igit si placet dicere ꝙ illa sit in mente formalr copulatiua, ad qȝ sat esse ꝙ cum illa vl̄i vniatur illud aduerbiū qȝ tenetur loco ꝓpōnis, non omnino condēno, sed prestat dicere eam categoricā exponibilē per suam preiacentē ⁊ eius conuertentē simplr. Eodē modo dicendū de illa:petrus disputat ⁊ sic de singulis, ꝗ vere subordinatur vni ex tot adequate ꝯceptibus ex quot ipsa cōstat vocibus, ac subinde vel dicito ꝙ est copulatiua, qȝ particula mentalis/sic de singulis/accipit loco propositionū, vel quod est categorica reducibilis ad copulatiuā. Quis eñ dicat talē propositionē subordinari omnib⁹ categoricis loco quarū accipitur/sic de singulis/vix eñ possemus eius significatū percipere. Et p hec pȝ responsio ad argumētū quo ad duas primas partes. ¶ Sed queris supposito ille propōnes sint categorice, teneat ne ibi ly/et/copulatim an copulatiue. Credo copulatiue, ad qȝ non requirit ꝙ constituat copulatiuā, sed satis est ꝙ cum vna ꝓpōne vniat aliā particulā loco ꝓpōis, aut ꝙ vniat cōplexa propositionalia. ¶ Quare ad tertiā partem argumēti negat dictum ꝯñs esse copulatiuam qȝ non est propō, ꝗꝗ ibi ly/et/teneat copulatiue, cū nō teneatur copulatim, eo qȝ nō coniūgat inter eos. ¶ Sed arguis, ergo illa ois hō est aial ⁊ ecōtrario/ pōt habere exclusiuā in terminis trāspositis postꝗ est categorica. Negat ꝯña qȝ ly ecōtrario non congrue locatur a parte subiecti. Arguis scdo, ergo dat vl̄is que nō potest habere singularē, nā illa maxime haberet hāc/hic homo est risibilis ⁊ ecōtrario, sed ly econtrario nō retinet eādē significationē in singulari quā habet in vl̄i, ergo. Propter hoc argumentū dicunt multi nō posse descēdi sub dicto subiecto nisi exprimendo propōnem loco cuius accipit ly econtrario. s. hic homo est aial ⁊ omne aial est hō ⁊ hic homo ⁊c̄. Hoc tñ videt michi gratis dici, immo illa in argumēto data est sua singularis ⁊ ly econtrario eandē retinet significationē in singulari ꝗ in vl̄i, nam eius significatio non est dependens, sed absoluta quā vbicūqȝ retinet eandē. Accipit tñ loco alterius in singulari ꝗ in vl̄i nec id inconuenit. Est qui non potest cōcipere, quare, si in mente illa propō est categorica, potius ly ecōtrario accipiatur loco illius/omne risibile est homo/ꝗ huius/omnis equus est hō/quandoquidē non potius illud significet ꝗ hoc. Est tñ facile (ni fallor) intellectu ꝙ ratione sue cōmunis significationis, cum iungit huic omnis hō est risibilis, accipiatur loco huius/ oīe risibile est homo, ⁊ cum iungitur alie accipiatur loco alius.

¶ Secundo principaliter contra id qȝ dictum est requiri ad veritatē ⁊ ad falsitatē copulatiue arguitur. Hec copulatiua/quasi hic homo disputat ⁊ hic hō disputat ⁊c̄. que quidē constituitur ex decē partib⁹ quarū octo sint vere ⁊ due false, est vera, ⁊ tamen nō quelibet pars est vera, ꝗ. Si dicas illam regulā intelligi de copulatiua ꝗ nō modificatur a ly quasi, cuius nature est denotare ad veritatē copulatiue in quā fertur requiri oēs partes esse veras demptis paucis quas opȝ esse falsas, vt. c. 11. expositū est. Aliter arguitur Hec copulatiua. s. hec copulatiua est falsa ⁊ hec copulatiua est falsa, vtroqȝ pronomine demōstrante totā copulatiuā, est falsa qȝ se falsificat, ⁊ tñ quelibet pars est vera cum significet ita esse sicut est ⁊ nō se falsificet, ⁊ hoc. s. hec categorica est falsa, ⁊ hec categorica est falsa, est vera, qȝ ita est sicut p quālibet partē significatur ⁊ tota nō se falsificat, et tñ quelȝ pars est falsa qȝ quelȝ se falsificat, ꝗ. Nō si dicas regulā intelligi extra reflexiuas. ¶ Aliter arguit. Hec propō/aliqs hō est et petrus est ille ⁊ petrus non est ille/est falsa, ⁊ tñ quelibet pars est vera, vtroqȝ relatiuo referente solum ly hō prime categorice, ergo. Probatur maior, sequit bene/ aliquis homo est ⁊ petrus est ille ⁊ petrus non est ille, ergo hic hō est ⁊ petrus est ille et petrus non est ille, vel hic homo ⁊c̄. ⁊ ꝯñs est falsum, nā si demōstres petrum, tunc tertia pars est falsa, si vero aliū a petro secūda est falsa, sed minor principalis patet. Nā prima pars copulatiue sit vera, non est dubiū, ⁊ probatur scda. Hec copulatiua est vera. s. aliquis homo est ⁊ petrus est ille, qȝ demonstrato petro sub añte vna singularis est vera, ergo scda pars est vera: que est scda prime copulatiue. Eodē modo patet tertia qȝ hec copulatiua est vera/aliquis hō est ⁊ petr⁹ non est ille, cū sub añti detur vna singularis vera demonstrādo paulum, ergo secunda pars est vera, que est tertia prime copulatiue, cuius proinde quelibet pars est vera. ¶ Et confirmat. Hec copulatiua/nec homo est lapis nec lapis est homo/est vera ⁊ tñ quelibet pars est falsa. s. hō est lapis/lapis est homo, ergo.

¶ Ad argumētum responsum est vsqȝ ad vltimā replicā ad quā negatur maior. s. ꝙ dicta copulatiua sit falsa, ⁊ negat illa ꝯña. s. aliquis hō est ⁊ petrus est ille et petrus non est ille, ergo hic hō est ⁊ petrus est ille ⁊c̄. nam cum relatiuū non sit reciprocū debet, cū descendit sub añti, manere cōiter supponēs, quare inferendū est, ergo hic homo est ⁊ petr⁹ est ille homo qui est ⁊ petrus non est ille hō qui est, cuius tertia pars est falsa. ¶ Sed accipiat hec/ aliquis homo est ⁊ petrus est ipsemet ⁊ petrus nō est ipsemet/⁊ procedit totum argumentū vt formatū est, ⁊ supponatur ne sit aliqua euasio ꝙ relatiuū tertie partis no referat nisi solum terminū prime sine restrictione secūde ne dicatur sensum tertie esse petrus non est ipsemet qui est petrus. (vt inquit Pau. vene.) ¶ Tūc vera solutio argumenti est ꝙ relatiuū reciprocū vni⁹ categorice nō potest referre terminū alterius (vt capi. pre. dictum est) sed hoc dato necessario sequitur ꝙ dicta copulatiua est falsa, vt probant descendentes sub añti, et tñ quelibet pars est vera, vt patet si seorsum probet secūda cum prima, ⁊ seorsum tertia cū eadē prima. Nec valet dicere ꝙ partes ille cum seorsum resoluūtur nō sunt eedē omnino cū ipsis que totam copulatiuā constituūt, nam certe significant idem ⁊ referunt idem. Et sic respondet Pau. vene. 44. ar. primi dubij. Nec potest negari descēsus sub añti qui sit sigillatim sub ambobus relatiuis, nā idem est tibi ꝯcedere relatiuū vnius propositionis referre terminū alterius, ⁊ compelli talē ꝓpositionem esse probandā per talē ascensum sigillatum. Et ideo dictum est in regula/hypothetice probabilis/ nam copulatiua categorice. i. per ascensum resolubilis, nimirū si nō seruet legem ceterarū copulatiuarū. Et si arguas. Nunꝗ Arist. aut P. h. concessissent copulatiuā falsam cui⁹ quelibet pars est vera, certe nec ego id concederē, sed qȝ negarē cū illis, relatiuum reciprocū vnius categorice posse referre añs alterius. 6. No.

¶ Ad confirmationē sunt qui dicāt dictam propōnem subordinari in significando huic/nullus hō est lapis ⁊ nullus lapis est homo/ita ꝙ ly nec nō reperitur in mente, sed loco eius in primo loco, ly nullus, ⁊ loco ei⁹ in secūdo, ⁊ nullus, quare (dicunt) non idē significat in primo ⁊ in secundo loco. Hec aūt opinio negans has particulas reperiri in mente eiusdē significationis sicut in voce, nimirū si tibi fastidium generet. Igit dato, vt res habet, ꝙ dicta copulatiua est in mente in eadē forma qua iacet in scripto, posset aliquis dicere ꝙ ly nec non negat categoricas, sed ꝙ partes dicte copulatiue sunt affirmatiue. vnde ad veritatē eius requirit ꝙ quelibet pars sit falsa. Prestat tñ dicere ꝙ dicta particula

habet vim ⁊ vniendi inuicē ⁊ negādi categoricas quas vnit, nec opus est vniens presupponere extrema vnita, cum adiectiuū vniatur cū substantiuo, ⁊ verbum cum nōīe per se.i.cōgrue adaptent̄, quare partes dicte copulatiue sunt negatiue et ly nec eandē retinet significationē in vtroq₃ loco, nā in primo loco perinde coniūgit ac in scdo. Nec ꝓinde superfluit, sed geminatur ornatus grā, vt ly/et/in hac/et aliquis homo est iustus, ⁊ aliquis iniustus. ¶ Unde ad cōfirmationē negatur minor, immo vtraq₃ pars est vera sicut ipsa copulatiua.

¶ Tertio principaliter contra id quod

dictum est requiri ad possibilitatē ⁊ ad impossibilitatē copulatiue arguitur. Hec copulatiua solus lapis demonstrat̄ et hoc est deus (demonstrādo deum) est impossibilis ⁊ tñ vtraq₃ pars est possibilis ⁊ ambe cōpossibiles, ergo id nō sufficit ad possibilitatem copulatiue. Minor est nota, q₃ prima pars est contingens ⁊ scda necessaria ⁊ nullū cōtingens repugnat necessario, et probatur maior. Sequit̄ bene/ solus lapis demōstratur ⁊ hoc est deus, ergo solus lapis demonstrat̄ et hoc qd demōstratur est deus, q₃ prima pars añtis infert primā ꝯñtis ⁊ scda secūdā, ⁊ ꝯñs est impossibile, ergo ⁊ añs. Et ꝓbat̄ ꝯñs impossibile. Sequitur bene/hoc qd demonstratur est deus, ergo deus demonstrat̄, q₃ añs includit ꝯñs, ergo non solus lapis demōstratur, ac proinde ambe partes repugnant. ¶ Et cōfirmatur. Omnis ꝓpō impossibilis repugnat cuilibet alteri cū constituat copulatiuā impossibilē, ergo satis esset dicere ad possibilitatē copulatiue sufficit q₃ partes non repugnēt et ad impossibilitatem q₃ partes repugnent.

7. No. ¶ **Ad tertiū principale negatur maior** immo illa copulatiua est cōtingens ⁊ vera casu quo solus lapis demonstretur, ⁊ negat̄ prima ꝯña qua arguit̄ esse impossibilem, q₃ non sequit̄/hoc est deus, ergo hoc qd demonstratur est deus, q₃ añs est necessariū, nec ponit deum demōstrari, et ꝯñs est contingēs, quare copulatiua añtis est possibilis ⁊ copulatiua ꝯñtis impossibilis, vt ibidē monstratur.

8. No. ¶ **Ad confirmationē: concedentes ad** impossibile sequi quodlibet, concedūt subinde quālibet copulatiuā cuius aliqua pars est impossibilis repugnare, nos autem id negamus. Etem̄ duas ꝓpōnes repugnare est alterā inferre cōtradictoriā alterius vel alterā cum vna necessaria (vel quod idē est) ambas inferre vnā impossibilem, vel si sint plures q₃ due inferant contradictoriam tertie ⁊c. vt he repugnant/ homo disputat et homo nō viuit/et he/omne currens est hō, ⁊ aliquis equus currit, q₃ ex prima cū hac necessaria/ nullus equus est hō/sequitur oppositū secūde in camestres, aut q₃ ambe inferunt hanc/ aliquis equus est homo/ in darij. He autē/ aliquis homo est lapis ⁊ deus est/ q̄uis constituāt copulatiuā impossibilem, propter impossibilitatē prime, non tñ repugnant, q₃ prima non infert cōtradictoriā secūde, vt supra probatum est. ¶ Unde ad confirmationē negat̄ maior.

¶ Quarto principaliter contra primū

locum arguendi in copulatiuis arguit̄. Nō sequitur/hec propositio est impossibilis ⁊ homo est lapis, ergo homo est lapis. Nec sequitur/tu ignoras q₃ papa dormit ⁊ papa sedet, ergo papa sedet, nam si papa stet te ignorante, añs est verū ⁊ ꝯñs falsum. Nec sequit̄ ex eodem añti, ergo tu ignoras q₃ papa sedet, nam si videres ipsum sedere et ignorares ipsum dormire añs esset verū ⁊ ꝯñs falsum. Nec sequitur/ aliquantulū videt petrus ⁊ tātū videt paulus, ergo tñ videt paulus. At in oibus arguitur per primū locū, ergo ille non est formalis.

9. No. ¶ **Hec oīa facillime solutionis sunt** Nam si prima ꝓpō accipiat̄ in sensu categorico vt sit de copulato predicato vbi scda ꝓpō accipitur materialr, añs est verum ⁊ ꝯñs falsum, nec ibi arguitur a copulatiua ad alterā eius partem, si vero accipiat̄ in sensu copulatiuo, vt secūda propositio accipiat̄ significatiue, recte arguitur per regulā, sed sicut ꝯñs est falsum, ita ⁊ añs pro scda parte. ¶ Idem est dicendū de scda q₃ vez si accipiatur in sensu categorico, vt ly ignoras cadat in sequentē copulatiuā vnica acceptione, añs est verum ⁊ ꝯñs falsum, vtrolibet illoꝝ consequentiū inferas (vt ibi probatū est) nec arguitur a copulatiua ⁊c. si vero accipiatur in sensu hypothetico, vt ly ignoras cadat in solam primā partem, prima ꝯña est bona ⁊ sicut ꝯñs est falsum, ita et añs. Si denique accipiatur in sensu copulatiuo, sed vt ly ignoras diuisiue determinet vtrāq₃ partem copulatiue, scda ꝯña est bona ⁊ sicut ꝯñs est falsum ita ⁊ añs. ¶ Ad tertiū tādem negatur ꝯña, nam ly/tñ/in añti tenetur relatiue ⁊ in ꝯñti, exclusiue, sed est inferendū, ergo tātū quantū videt petrus videt paulus. Et per hec ad multa similia respondebis.

¶ Lectio secunda.

Post copulatiuas sequit̄ de propositionibus de copulato extremo disputare, in quibus vez ly/et/vnit inter terminos, qd est teneri copulatim. Et primo de illis in quibus cōplexiue tenetur. ¶ Interest inter ly/et/complexiue seu collectiue tentū ⁊ diuisiue tentū, q₃ ly et cōplexiue teneri est denotare alterum extremū cōuenire toti.i. omnibus partibus simul sumptis, si fuerit ꝓpō affirmatiua, aut nō cōuenire, si fuerit negatiua, ⁊ teneri diuisiue est denotare alterū cuilibet parti seorsum cōuenire. V.g. in hac/materia ⁊ forma sunt vnus homo/accipit̄ complexiue, ⁊ in hac/materia ⁊ forma est pars essentialis/diuisiue. In hac autē/petri ⁊ pauli equus est aial, potest accipi ⁊ cōplexiue ⁊ diuisiue, proportionabilr nāq₃ est dicendum quādo copulatum est pars extremi. Ex hac prima differentia q̄ est formalis sequūtur alie tres. Scda ly/et/diuisiue tentū est vniuersalitas, et cōplexiue tentum, nec vlitas, nec ꝓprie particularitas. Tertia. Diuisiue tentū confundit particularitatē mediatā in ordine ad se, ⁊ non efficit̄ pars extremi, at complexiue tentum et nihil agit in terminos sequentes, ⁊ efficitur pars. Quarta Complexiue tentū, vīr, si sit subiectum, exigit verbum pluralis numeri, sed diuisiue tentum, non, nisi qñ quelibet pars est pluralis numeri aut terminus collectiuus. ¶ Hinc sequit̄ q₃ qñ copulatū ponitur a parte predicati post verbum, respectu verbi cuiuscūq₃ numeri ponatur, aut qñ ponit̄ a parte subiecti ⁊ determinatur vnica acceptione ab aliquo signo, aut qñ omnes partes sunt singularis numeri ⁊ verbum est pluralis numeri, talis ꝓpō non est distinguenda, sed tale copulatū accipitur cōplexiue. Neq₃ est distinguenda qñ copulatū est subiectum non modificatū aliquo signo ⁊ verbum est singularis numeri, nā de rigore accipitur diuisiue. At qñ ponitur a parte predicati ante verbū, aut est subiectū cuius oēs partes sunt pluralis numeri ⁊ verbū est pluralis, tunc talis propositio est distinguēda, q₃ potest copulatū teneri ⁊ cōplexiue et diuisiue. V.g. in his/homo est materia ⁊ forma/aliqd materia ⁊ forma est homo/materia et forma sunt homo/accipit̄ cōplexiue, ⁊ in hac/materia et forma est homo/diuisiue. He aūt/homo, materia ⁊ forma est / materie ⁊ forme sunt hoies/ exercitus hispanus ⁊ exercitus gallus sunt christiani, potest accipi complexiue ⁊ diuisiue. Fateor q₃ copulatū positū post verbum a parte predicati quādoq₃ in cōmuni modo cōcipiendi accipitur diuisiue, vt/ petrus est homo ⁊ animal ⁊ substantia, sed in rigore, cū coniunctio sit pars, accipitur complexiue. Sed queris an hec/ Marcus ⁊ tullius sunt idem homo/ sit congrua. Est vtiq₃, vt reor, nam ꝯgruitas in voce est, quicquid voces significent.

¶ Ad veritatem ꝓpōnis de copula- 2. N.

to complexiue sumpto (dicunt nōnulli) requirit̄ debita correspondētia vnitatum predicati ad vnitates subiecti formalis vel virtualis, sic q₃ vna vnitas predicati vni subiecti, et alia predicati, alie subiecti cōueniat, si fuerit affirmatiua, aut disconueniat, si fuerit negatiua. Nam q̄ veritas negatiue per falsitatē affirmatiue, et falsitas, per veritatē certius cognoscetur. V.g. hec/ignis ⁊ aqua sunt calidum ⁊ frigidū/est vera, sicut hec/materia ⁊ forma sunt petrus/q₃ vna vnitas vir

tualis predicati.s.vnus terminus supponens pro parte toti⁹ pro quo supponit ly petr⁹ cõuenit vni vnitati subiecti,⁊ alia vnitas virtualis predicati cõuenit alteri subiecti. ¶ At vero nescio quonõ modo auctores huius opinionis asserãt(vt dicunt)eam,solũ ob cõem modũ concipiendi,cũ potius inde eliciantur multa ꝙ cum cõmuni modo cõcipiendi videnẽ pugnare. Sequitur eñ(vt ipsi concedunt)has esse veras/petrus et paulus sunt petr⁹ ⁊ paul⁹,⁊ tñ petr⁹ ⁊ paulus sunt differẽtia a petro ⁊ paulo,nam de prima parte non est dubiũ,et secũda patet,qꝛ sunt differens a petro ⁊ paulo ⁊ differens a petro et paulo. Et qua ratione teneñ cõcedere ꝙ materia ⁊ forma petri sunt petrus,et tñ sunt differentia a petro, qꝛ differẽs a petro ⁊ differens a petro,⁊ cũ hoc petrus nõ differt a materia ⁊ forma. ¶ Sequiẽ scḋo hãc esse falsam/petrus ⁊ paulus differunt a petro,qꝛ non sunt differens a petro ⁊ differẽs a petro. ¶ Et cum arguiẽ cõtra primũ corollarium/petrus ⁊ paulus differũt a petro ⁊ paulo,ergo petrus et paulus nõ sunt petr⁹ et paulus,ab exponibili ad tertiã exponẽtem,item cõtra secũdum/petrus ⁊ paulus nõ sunt petrus,⁊ sunt,ergo differunt a petro,negant dictas propõnes exponẽdas esse immediate,sꝫ aiũt reducendas esse ad copulatiuas,cõtra naturã de ly ⁊ cõplexiue. ¶ Sed alr arguiẽ. Sequereẽ hanc esse verã/hec materia ⁊ hec forma necessario sunt petrus/demonstratis partibus petri,et loquendo de necessitate naturali,sed ꝯñs est falsum,ergo ⁊ añs. Quod sequatur patet,vna vnitas virtualis predicati.s.terminus supponens pro parte suppositi predicati conuenit vni parti subiecti,et alia vnitas alteri parti mediãte ly necessario,ergo ipsa est vera,qꝛ sic suadet ab illis veritas huius/materia ⁊ forma sunt petrus. Sed ꝙ ꝯñs sit falsum,probatur. Primo,sequitur bene/hec materia ⁊ hec forma necessario sunt petrus,et hec materia ⁊ forma sunt petr⁹ ergo petrus necessario est petrus,qḋ est falsum. Itẽ sequitur bene/hec materia ⁊ forma necessario sunt petrus,et hec materia ⁊ hec forma sunt hec medietas ⁊ hec medietas,demonstratis duabus medietatib⁹ integralibus petri,ergo hec medietas ⁊ hec medietas necessario sunt petrus, qḋ est falsum, qꝛ non est conuenientia vnitatũ virtualiũ predicati ad vnitates subiecti,cũ vtraqꝫ medietas cõtingenter sit ens. ¶ Et cõfirmatur. Sequereẽ has duas simul esse veras,scꝫ/hec materia ⁊ hec forma necessario sunt ens ⁊ ens/hec materia et hec forma ꝯtingẽter sunt ens ⁊ ens/ꝙ videnẽ repugnare. Et ꝙ sequatur patet,nã prima est vera per cõuenientiã vnitatũ predicati ad vnitates subiecti,⁊ secũda patet sic. Hec medietas et hec medietas cõtingenter sunt ens ⁊ ens,demõstratis medietatibus totalibus,⁊ hec medietas et hec medietas sunt hec materia ⁊ hec forma,ergo hec materia ⁊ hec forma cõtingenter sunt hoc ens ⁊ hoc ens. Ad hec non possunt respõdere nisi negando hanc/hec materia ⁊ hec forma sunt hec medietas et hec medietas/in quo nõ est apparentia,nam pariter tenentur negare ꝙ hic binarius ⁊ hic binarius sunt hic binarius et hic binarius,a parte subiecti ꝑ primũ pronomẽ demonstrãdo petrum ⁊ paulũ,⁊ per secundũ,thomã ⁊ ioannẽ,et a parte predicati per primũ,petrum ⁊ thomã,⁊ per secũdũ, paulũ et ioannẽ. Ad hec tãdẽ, teneñ ꝯcedere ꝙ quatuor angeli sunt pauciores tribus,nam sequiẽ bene,hij duo angeli et hij duo angeli sunt pauciores tribus,qꝛ pauciores ⁊ pauciores ⁊ hij duo ⁊ hij duo sunt quatuor,ergo quatuor sunt pauciores tribus. Que oĩa non sunt dialectice dicta.

3. No. ¶ Igitur veritates propositionũ de copulato cõplexiue sunt omnino cognoscende sicut ceterarũ categoricaꝝ.s.si copulatũ est termin⁹ cõis,per ascẽsum,aut sub toto,si totum modificeẽ ab eodẽ signo vnica acceptione, aut sub partibus,si accipiãtur pluribus,ac demũ cum supponit singulariter,per suppositionẽ extremoꝝ. Et debet in verificatione manere ly et,cũ non sit vnitas. V.g. veritas huius/oĩs homo ⁊ angelus est binarius/toto distributo, cognosciẽ per ascensum sub toto,⁊ sola prima parte distributa/per ascẽsuꝫ sub prima parte,ac deinde sub scḋa,⁊ hui⁹/petrus ⁊ michael sunt substantie/per suppositionẽ extremoꝝ pro eodẽ. Et horum/petrus ⁊ paulus differunt a petro ⁊ paulo/ petr⁹ ⁊ paulus differunt a petro, per expositionẽ immediatã ratione de ly differt,quarũ proinde prima est falsa ⁊ secũda vera, cõtra primã opinionem. Et hec/deus ⁊ hoc instans incipiunt esse/ regulatur per expositionẽ de ly incipiunt,et hec/hij duo angeli ⁊ hij duo sunt pauciores tribus/per expositionẽ comparatiui,quare cõtra eandẽ opinionẽ prima est vera,⁊ scḋa falsa.

¶ Si autem percõteris in quo cognoscatur suppositio copulati pro aliquo,ꝗ̃ꝗ̃ satis esset respondere ꝙ in hoc qḋ propõ per quã sit verificatio sit vera,nihilominus vt per suppositionẽ partiũ dignoscas suppositionem totius,notato duas regulas. 4. No. ¶ Prima. Omne copulatum cuius vna pars supponit pro aliquo toto,⁊ altera pro eodem toto,aut pro aliqua ei⁹ parte,supponit pro ipso toto,vt vtrũqꝫ horum copulatoꝝ/homo ⁊ hõ/homo ⁊ caput/ supponit ꝓ quolibet hoĩe. ¶ Secunda. Omne copulatũ cuius vna pars supponit pro aliqua parte alicuius totius,et altera pro alia parte,aut ꝓ parte includẽte ipsam,supponit pro illo toto,vt vtrũqꝫ hoꝝ/materia ⁊ forma/materia ⁊ caput, supponit pro quolibet hoĩe. Cuꝫ audis/toto/intellige siue sit vnũ per se,siue per aggregationẽ, nam vtrũqꝫ hoꝝ copulatoꝝ/ populus et hoĩes/populus ⁊ homo/per primã regulã supponit pro toto populo,sicut hoc/hõ et hõ/per secundã, supponit pro duobus hominib⁹. Per hec proportionabiliẽ cognosces suppositionẽ copulatoꝝ pluriũ partiũ duabus. ¶ Ex hĩs regulis sequitur ꝙ ad hoc qḋ aliquod copulatũ supponat,sufficit ⁊ requiriẽ ꝙ quelibet pars supponat. Unde si aliqua pars non supponat,totũ non supponit. Has aũt regulas et corollaria intelligas qñ omnes partes supponunt pro eodẽ instanti,nã alias non habẽt verum. Etenĩ si copula huius propõnis/ petrus fuit albus ⁊ niger/vniat pro instanti, ⁊ petrus heri fuisset albus ⁊ preheri niger,⁊ nõ fuissent alia alba,vtraqꝫ pars illius copulati supponit,⁊ tñ totũ nõ supponit. Et ita in multis alĩs. ¶ Instant adhuc multi de ꝑdicato huius/he materies forme immediate post hoc erunt hõ et hõ, demonstratis materĩs ⁊ formis ex quib⁹ nunc nihil componiẽ,sed hora futura diuisa per partes ꝓportionales minoribus terminatis versus hoc instans in qualibet parte cõponantur noui homines per nouã transpositionẽ,et nec sint nec erunt alĩ hoĩes, ꝙ vcꝫ in tali casu totũ predicatum supponat pro illis partibus,cum verificeẽ de illis,⁊ tñ nulla pars supponat, qꝛ nõ signabiẽ materiã ⁊ formã que immediate post hoc erunt homo Sed fortasse dicendũ vtrãqꝫ partem supponere,qꝛ hec est vera/immediate post hoc erit hõ,ac proinde predicatũ accipiẽ pro aliquo correspondẽte ei ⁊c̃. ꝗ̃ꝗ̃ non sit signabile eius suppositũ,itaqꝫ verificatur de aliquo(vt ly aliquo cõfundatur) ꝗ̃libet de nullo verificeẽ, sicut poteś dici de predicato huius/immediate post hoc erit instans. Qui tñ voluerit concedere illud ꝯñs teneẽ querere rationẽ illius. ¶ Ex dictis seqꝫtur,nec a propõne de copulato complexiuo ad copulatiuam immo nec ad disiunctiuã,valere argumẽtũ. Non eñ sequiẽ/ materia ⁊ forma sunt petrus,ergo materia est petrus vel forma est petr⁹. Et eodẽ modo ptꝫ ꝙ a copulato cõplexiuo ad disiũctum diuisiuũ non valet argumentũ. ¶ Circa copulatorum oppositionẽ nulla est habenda particularis consideratio,opponũtur eñ per mutationẽ quantitatis sicut ceteri termini, et eandem legem seruant.

¶ Contra ea verũtamẽ que dicta sunt 5. No.
arguitur. Et primo cõtra diffinitionẽ huius qḋ est ly et teneri complexiue,⁊ teneri diuisiue. Si ly et teneri cõplexiue est denotare alterum extremũ conuenire toti copulato, et teneri diuisiue,denotare cõuenire cuilibet parti,sequereẽ dictas cõiunctiones esse propõnes cum illa sit propõnalis significatio ¶ Negatur ꝯñs, est nanqꝫ añs accipiendum in hoc sensu.i. per totam ꝓpositionẽ virtute de ly et diuisiuo denotatur ⁊c̃. sicut accipitur illud. ly oĩs distribuere est denotare predicatum cõuenire cuilibet supposito subiecti.i.per totã propõneꝫ

virtute talis signi denotaretur &c. ¶ Sed contra, ergo talia signa non significant extra propositionem. Negatur ꝯña, nam quamuis tales significationes nō exprimātur nisi in ordine ad propositionē, nihilominus diffinitiones accipiunt condicionaliter .s. ly & accipi diuisiue est taliter significare ꝙ si poneretur in propōne, virtute talis significationis per totā propōnem denotaretur &c. ¶ Percūctaris aūt. Quando extra propositionē audis/ petrus et paulus/ quē actum concipis, cōiunctionē vel complexiue, an diuisiue sumptā. Reuera potes vtrūqꝫ sicut quando audis petrus/ aut alium terminū equiuocū aliquando formas cōceptū huius petri aliquando illius, qd prouenit vel a volūtate vel ab alio motiuo extrinseco. Eodē enim modo ly et equiuoce significat.

¶ Scdo contra cōclusionē huius articuli de modo regulādi veritatē ppōnis de copulato complexiue sumpto arguitur. Casu quo petrus & paulus simul portent lapidem quē nullus seorsum sufficeret portare, extrema huius propōnis/ petrus & paulus sunt portans lapidē et portans lapidē/ non supponūt pro eodem, & tamen ipsa est vera, ergo Maior patet. Neutra pars illius copulati supponit pro petro & paulo nec pro altero illorum, ergo totū non supponit pro illis. Cōsequētia patet per regulas supra traditas, & aña est notum, quia si petrus portat lapidē, aut totū, & hoc non, quia non sufficit ipsum portare, aut aliquā partem, et id non, quia cū nō sit maior ratio vt hanc portet quam illam, oēs portaret, quod est falsum. Sed minor principalis arguitur. Petrus & paulus portant lapidē, ergo petrus et paulus sunt portans lapidem et portans lapidem. Cōsequētia patet per resolutionē termini pluralis numeri incopulatū, & aña, quia ille lapis portatur, et non ab aliquo illorum, ergo ab ambobus simul.

6. No. ¶ Pro solutione huius argumēti notato, ꝙ in verbis denotantibus actionē, aut quasi actionem vel passionē potest denotari actio, de per se, aut de per accidens, illa res dicitur aliquid agere de per se, que sine iuuamine alterius cause que non est sibi essentialiter subordinata agit illud, vt ignis se solo calefaciens, deo & celo concurrentibus. Non dixerim quod sine alia causa scda agit, nam deus concurrendo cū igne de per se vtiqꝫ agit, quamquam cōcurrēte alia causa scda que sibi essentialiter subordinatur, vnde petrus de per se dicitur scribere, quamquam id faciat calamo. Et illa res dicitur aliud agere de per accidens quod cum iuuamine alterius cause quod non est sibi subordinata id agit, vt petrus in casu argumēti. Disputatio est de nomine an agere de per accidens, sit absolute dicendū/ agere/ sed vr ꝙ non, nā in cōi modo dicendi/ si petrus et paulus emissent simul domū viginti aureis vtroqꝫ decē cōtribuente, neuter diceretur aut emisse domū aut possidere, sed ambo simul. ¶ Secundo meminisse opus est illius quod lectione .5. capitis .11. admonuimus .s. Quando aliqua determinatio modificat terminū pluralis numeri debet modificare omnes partes copulati in quē talis terminus resoluitur vnica acceptatione. ¶ Iam igitur ad argumentū cōceditur maior vel ꝙ nulla pars illius copulati supponit pro petro, nec proinde totum pro petro & paulo, sed negatur minor vel dictā propositionē esse veram. Et negatur illa ꝯña/ petrus & paulus portant lapidem, ergo petrus & paulus sunt portans lapidem et portans lapidē, sed est inferendū, ergo petrus & paulus sunt portās & portās lapidē. ¶ Si teneas portare de per accidēs dicendū esse portare absolute, ac subinde concedas ꝙ petrus est portans lapidē, formato sic argumentū/ petrus & paulus portant per se lapidē, ergo petrus & paulus sunt portans per se lapidē et portans per se lapidem, vbi est eadē difficultas. Sed si oppositum, qd modo loquendi magis cōsonat, sustineas, habes ꝯcedere ꝙ petrus & paulus sunt portantes lapidē, tamen nec petrus aliqd portat nec paulus, nā si aliqd portaret, maxime/ aut lapidē aut aliquā eius partē, cuius oppositū suadebat rō ad maiorē argumenti. Vnde sequitur ꝙ petrus magis laborat nihil portans quam thomas portās octo libras, si lapis quē equaliter portāt petrus & paulus est .30. librarū. Nec est mirādū plus facere quod aliū multū iuuat quam qui per se parū facit.

3. No. ¶ Diſputatio exceptiuarū quatuor articulis cōcluditur, ſi vez ſcias qualiter exponantur, qualr eorum termini ſupponant, qualr inter eas ſit oppoſitio conſtituenda, ac demū noueris regulas quaſdā que in hoc genere exponibiliū ſolent conſtitui. ¶ Igitur pro primi expeditione conſtituēda ſunt veluti in excluſiuis quatuor genera exceptiuarum, quarū prime ſunt ſimpliciter affirmatiue .ſ. in quibꝰ et copula ⁊ dictio exceptiua affirmatur, vt/omne aīal preter hominē eſt irrationale, alie ſimplr negatiue. i. in quibus et copula negatur ⁊ dictio, vt/nō oīe animal preter hominem eſt irrationale, alie ppōnes negatiue, ⁊ exponibiles affirmatiue in quibus. ſ. dictio exceptiua affirmat ſed copula negat, vt/omne aīal preter hominē non eſt rationale, alie deniqꝫ exponibiles negatiue ⁊ propōnes affirmatiue, vtpote in quibꝰ dictio negatur ⁊ copula affirmat, vt/nō omne aīal preter hominē nō eſt rationale. Sunt qui hec genera ex parte quātitatis ſubiecti ad octo multiplicent, collocātes hanc/omne aīal non preter hominē eſt irrationale, ſub alio, ⁊ hanc/omne animal non preter hominē nō eſt rationale, ſub alio, ⁊ harū contradictorias ſub alijs. Eſt tñ hoc intellectū obnubilare, non eñ ſunt diſtinguēda genera exponibiliū, niſi penes qualitatem aut verbi, aut dictionis exponibilis, igitur prima, ſub ſecundo genere continet, ⁊ eius ꝯtradictoria ſub primo, ⁊ ſcđa ſub quarto, ⁊ eius cōtradictoria ſub tertio. ¶ Unū tñ eſt hic adnotandū ꝙ negatio nominalis, ſicut frōti copulatiue prepoſita non negat copulam hypotheticalem, ita nec poſita in principio exponibilis negat ſignum hypothetice reſolubile, quare hec/nullum aīal preter hominē eſt irrationale/non eſt ſecundi generis, ſed tertij, ⁊ equiualet huic/omne aīal preter hominē non eſt rationale. ¶ Propoſitio exceptiua primi generis exponitur per vnā copulatiuā ex tribus categoricis, in quarū prima affirmatur predicatū exceptiue de complexo ex termino a quo ſit exceptio, ⁊ cōtradictorio partis extra capte ſupponente eodē modo ſicut ſubiectū exceptiue, ⁊ in ſecunda affirmatur terminus a quo ſit exceptio de parte extra capta diſtributa, ſi ſit terminus cōis, ⁊ in tertia negat predicatū exceptiue de eadē parte extra capta itidē diſtributa. U. g. hec/omne aīal preter hominē eſt irrationale/ſic exponitur/omne aīal nōhō eſt irrationale/⁊ omnis hō eſt aīal/ ⁊ nullus homo eſt irrationalis, et hec/nō omne animal nō preter hominē eſt irrationale/eodē modo, preterꝗ ꝙ ſubiectum prime exponētis non diſtribuatur. Nō ſi ſubiectum exceptiue diſtribuat a ly vterqꝫ ab eodē diſtribuatur ſubiectum prime exponētis. Et ꝓportionabilr qñ terminus a quo ſit exceptio nō eſt totale extremū. U. g. hec/cuiuſlibet hoīs preterꝗ petri quilibet equus eſt equus/ſic exponitur/cuiuſlibet hoīs nō petri quilibet equus eſt equus, ⁊ petrus eſt homo ⁊ petri equus non eſt equus. Et hec/omne aīal preter hominē, ⁊ equꝰ, ſunt irrationalia, ſic/omne aīal nōhomo, et equus, ſunt irrationalia, et omnis hō eſt aīal, ⁊ nullus homo ⁊ equus ſunt irrationalia.

¶ Propoſitio ſecūdi generis exponitur per vnā diſiūctiuā ex tribus categoricis cōtradictoriā copulatiue per quam exponitur ſua contradictoria primi generis, vt hec/non omne animal preter hominē eſt irrationale, ſic exponit/ aliqđ aīal nonhō non eſt irrationale, vel aliquis homo non eſt aīal, vel aliquis homo eſt irrationalis, et proportionabiliter cetere. ¶ Propoſitio tertij generis exponit per vnā copulatiuā ex tribus categoricis in quarū prima negatur predicatum exceptiue de cōplexo ex termino a quo ſit exceptio ⁊ contradictorio partis extra capte, ſupponente eodē modo ſicut ſubiectū exceptiue, ⁊ in ſcđa affirmatur terminus a quo ſit exceptio de parte extra capta diſtributa, ſi ſit trūs cōis, ⁊ in tertia affirmat predicatū exceptiue de eadē parte extra capta indē diſtributa. U. g. hec/omne aīal preter hominē nō eſt rationale/ ſeu/ nullum aīal preter hominē eſt irrationale/ ſic exponit/omne aīal non hō nō eſt rationale, ⁊ omnis hō eſt aīal, ⁊ omnis hō eſt rationalis, ⁊ hec/non omne aīal non preter hominē nō eſt rationale/eodē modo preterꝗ ꝙ ſubiectū prime exponentis non diſtribuat. ¶ Propoſitio quarti generis exponitur per vnam diſiūctiuā ex tribus categoricis contradictoriā copulatiue per quā exponit ſua ꝯtradictoria tertij generis. U. g. hec/nō omne aīal preter hominē non eſt rationale/ſic exponitur/aliquod aīal nonhō eſt rationale, vel aliquis hō non eſt aīal, vel aliquis hō non eſt rōnalis, ⁊ hec/omne aīal non preter hominē non eſt rationale/eodem modo preterꝗ ꝙ ſubiectum prime exponentis diſtribuat. ¶ Proportionabilr ſcđa exponēs huiꝰ/omnis homo preter petrū diſputat/ eſt hec/petrus eſt homo, ⁊ tertia petrus nō diſputat. Cum audis ſubiectum prime exponētis debere ſupponere eodē modo ſicut ſubiectū exceptiue, intellige ſi ambo fuerint termini cōes, nā ſi teneas ſubiectū exceptiue eſſe ſolū terminū a quo ſit exceptio, conſtat ſubiectū huius/omnis hō preter nō petrum eſt petrus diſtribui, cum ſubiectum in prima exponēte. ſ. hō petrus/ſupponat diſcrete. ¶ Hinc ſequit qualitatem prime exponentis in vniuerſum inſequi qualitatē verbi principalis ⁊ qualitatē ſecūde exponētis, qualitatē dictionis exceptiue, ſed tertia exponēs vniuerſalr eſt oppoſite qualitatis ad primā. ¶ Hmōi exponēdi regule intelligant, qñ ly preter accipitur exceptiue nam hec/decē preter quinqꝫ ſunt quinqꝫ/vbi ly preter accipitur diminutiue, reſoluitur per hāc/a decē exceptis quinqꝫ reſtant quinqꝫ. ¶ Sūt qui ꝓportionabilr ſicut in excluſiuis aſſignēt primā exponentē per/aliud ab. ſ. omne animal aliud ab hoīe eſt irrationale, ſed ſunt proportionabiles inſtantie illis q̄ ibi adducte ſunt, nō eñ ſequitur/omnis phenix preter hanc, que viuit, combuſit ſe, ergo oīs phenix alia ab hac ⁊c. qꝛ cum nulla alia fuit ſimul cum hac, ſubiectū ꝯñtis non ſupponit. Poſſet tñ componi ſubiectū prime exponentis per copulam implicationis in qua negat pars extra capta de termino a quo ſit exceptio ſeruata eadē ampliatione. ſ. omnis phenix que non eſt vel fuit hec phenix cōbuſit ſe. Quinetiā ſicut dictum eſt in excluſiuis qñ eſt ampliatio, vel tutius ſic dabit prima exponens, vel dꝫ accipi in hoc ſenſu. ¶ Hmōi exponentium quātitates ⁊ qualitates poſſūt memorie cōmendari his dictionibꝰ. Lauate cōmoti peccato hyſſopo. Quarū prima tribus illis vocalibꝰ ſignificat duas primas exponētes exceptiue primi generis eſſe vles affirmatiuas, ⁊ tertiā, vlem negatiuam. Et proportionabilr cetere, nā. i. et. o. denotāt particulares affirmatiuā ⁊ negatiuā. Et ſignificāt exceptiuas de parte extra capta termino cōmuni.

¶ Sunt qui diſtingāt inter exceptiuas 3. No.
et propōnes de excepto extremo appellātes hanc. v. g. omnis homo preter petrū eſt animal/propoſitionē de excepto extremo ſi accipiat in tali ſenſu vt reſoluatur per ſuppoſitionē extremorꝫ. Nec ſufficit verificare ſubiectū ſic/hoc eſt hō non petrus, nā tunc petro non exiſtente eſſet vera, qđ eſt falſum, ſed ſic/hoc eſt hō preter petrum/que valet hanc copulatiuā/hoc eſt homo non petrus ⁊ petrus eſt. Uñ dicta propō de excluſo extremo equiualet duabꝰ primis exponentiū per quas expo

neretur in sensu exceptiuo.s.omnis homo nõ petrus est aial,
et petrus est homo, quare dicta propõ rebus vt nunc est vera
Qu auté supponũt congrue posse dici / homo preter petrum
sine signo vñ, item qd ly omnis distribuat totum illud/ hõ pre
ter petrũ / vnica acceptione tanq̃ vnum terminũ, qd (vt ex di
ctis patet) non apparet verũ, quare non tã cõgrue videntur mi
hi admittende propões de excepto extremo q̃ de excluso ex
tremo. Nisi forsan qñ dictio exceptiua ponitur post copulã,
vt si dicas / deus est omne ens preter creturã, vbi ly omne effi
citur pars extremi, qd habet sic verificari / hoc est oĩe ens pre
ter creaturã, quare rebus vt nunc talis propõ est vera, et de
bet (vt dictũ est) cognosci per suppositioné extremorum, et ppo
sitionabilr si fuerit negatiua. Aut qñ excipit a sola determina
tione vt hic / sciens omné scientiã preter theologiam est satis
doctus. Hec auté / deus omne ens preter creaturã est / nõ de
excepta copula (vt quidã opinantur) sed est vtrõq; exceptiua si
cut hec / deus oĩe ens preter hominé creat / que sunt false ra
tione tertie exponentis. Qñ auté fit exceptio a determinatio
ne nõ vnica in fronte propõnis posita, interdũ apparent ma
gis de excepto extremo, vt hec / omné hominé preter petrũ vi
dens est homo, interdum vero magis exceptiue vt hec / cuius
libet hoĩs preter q̃ petri equus est aial / et ideo distinguende
sunt. Quod si accipiantur in primo sensu nõ sunt exponéde im
mediate, sed per descẽsum sub toto complexo resoluẽde. s. hoc
quod est omné hominé preter petrũ videns, est hõ / hoc qd est
cuiuslibet hoĩs preter q̃ petri equus, est aial. Unde si tantũ
sint petrus et paulus, quorum paulus possideat brunellũ, et pe
trus fauellum, hec propõ est vera. Si auté accipiantur in sen
su exceptiuo sunt exponende vt supra. De propõnibus autem
de exceptis extremis nihil amplius. ¶ Igitur cõclusio huius
articuli sit, argumentũ ab exceptiua ad eius exponétes et ecõ
trario est bonũ. i. ab exceptiua primi aut tertij generis ad co
pulatiuã earũ exponentiũ et ecõtrario, et ab exceptiua secũdi
et quarti ad disiunctiuã earũ exponentiũ et ecõtrario. Unde
ab exceptiua primi et tertij generis ad quãlibet exponétium
pña est bona. Item a qualibet exponentiũ secũdi aut quarti
generis ad ipsam exceptiuã bene sequitur, non autem ab ex
ceptiua ad aliquam exponentium.

4. N. ¶ Circa suppositiones terminorũ no
tato regulas. ¶ Prima. Terminus a quo fit exceptio et oĩs
precedens dictioné exceptiuã supponit sm exigentiã signorum
que in ipsum ferũtur. Non tñ licet terminũ a quo fit exceptio
per inductioné resoluere ante expositioné, tum propter incõ
gruitaté que esset. v. g. in hac / hoc aial preter hominé est irra
tionale / tum qz nõ valet descensus, hec namq; et quelibet alia
singularis est falsa, vt manifestat scda exponens, et illa vlis
scz / omne aial preter hominé est irrationale / est vera. Vale
ret tñ talis descensus si mutares ly preter in ly qd non est, vt
si inferres, ergo hoc aial qd non est homo est irrationale etc.
Nec propterea q talis trũs precedat fit vt sit immediate illo
modo resolubilis, nã ly omne nõ modificat dictionem excepti
uam, sed potius dictio modificans subiectum aut totã cõposi
tioné denotat resolutioné ab ipsa esse inchoandã. Siqui aũt
alij precedant, sunt quidem resoluendi per ascensum sue sup
positioni respondenté ante expositioné, vt obliquus in hac /
alicuius hoĩs quilibet equus preter brunellũ currit, et subie
ctum huius / omnis hõ omni aiali preter hominé essentialiter
prestat. Qui tenerent terminũ a quo fit exceptio restringi a
dictione exceptiua, tenentur dicere in hac / oĩs homo preter nõ
petrũ disputat / terminũ a quo fit exceptio non supponere sm
exigentiã signi precedẽtis, immo singulariter, sed verisimilius
est nõ restringi ac subinde distribui. ¶ Secũda. Pars extra
capta si sit terminus cõis distribuitur a dictione exceptiua affir
mata. Cuius signũ est, q in qualibet exponẽte distribuitur,
licetq; ascenndere pure copulatiue sub ea in exceptiuis tam
primi q̃ tertij generis, descendere tñ nullatenus licet, nã ar
gueretur ex parte subiecti primarũ exponentiũ ab inferiori ad
superius distributũ, vt patet hic / omne aial preter hominem
est irrationale, ergo omne aial preter petrum est irrationale /
omne aial preter hominé nõ est rationale, ergo omne aial pre
ter petrũ non est rõnale. ¶ Tertia. Termini existẽtes a par
te predicati in omni exceptiua cuiuscunq; generis modo sint
termini cões supponunt mixtim ad modũ expositũ lec. 4. pre
cedentis capitis, propter rationé ibi dictam. s. qz omnis talis
in altera exponentiũ distribuitur et in altera nõ distribuitur,
et exceptiua non cõuertitur cũ aliqua categorica in qua aut
distribuãtur aut determinate supponant, sicut exclusiua primi
generis que cõuertitur cũ vli. Unde sub nullo tali terminorum
licet ascẽdere disiũctiue per qd cognoscitur suppositio determi
nata, aut descendere copulatiue, per qd cognoscitur distributi
ua. Hec nãq; / omne aial preter hominé est irrationale, est ve
ra cuius quelibet singularis sub predicato est falsa, et si esset
vnus solus hõ cum vno bruto, esset falsa, et vna singularis ve
ra. ¶ Uerumtñ eadé ratiõe que ibi adducta est, sub quocũq;
termino qui in altera exponẽtiũ distribuitur, licet in exceptiu
is ascendere copulatiue, et sub quocũq; qui in altera suppo
nit determinate licet descẽdere disiunctiue, itaq; ascensus in
sequitur suppositioné habentem pauciores causas veritatis, et
descensus, suppositioné habenté plures. V. g. sub predicato
dicte propõnis licet ascẽdere copulatiue, sicut sub prima par
te predicati huius / omnis hõ preter petrũ. b. homo et quilibet
homo est / licet descẽdere disiũctiue cũ in prima exponẽte de
terminate supponat. Ubi scito q sicut in exclusiuis, ita qñ in
exceptiuis ponitur aliqua determinata post signũ exponibi
le non denotatur stare determinate in ordine ad dictioné exce
ptiuã, sed in ordine ad vniuersalitates exponentis in qua po
nitur. At sub predicato prime. s. omne aial preter hominé est
irrationale nõ licet disiunctiue descẽdere, qz in nulla expon
tium supponit determinate (cõfunditur em in prima). Nec lz
descendere disiunctiue sub prima parte predicati huius / oĩs
creatura preter parté quelibet pars et pars est / nã si ly creatu
ra accipiatur pro totalibus et partialibus, vnica creatura exi
stente, exceptiua est vera et quelibet singularis falsa, et ratio
est qz illa pars in nulla exponẽti supponit pure determinate
immo in tertia supponit confuse in ordine ad subiectũ, quod
est pars extra capta. Quare si talis pars esset terminus singu
laris, vt si diceres / oĩs creatura preter petrũ quelibet pars
et pars est recte liceret descendere disiunctiue sub dicta prima
parte predicati cũ in tertia exponẽti supponat pure determi
nate. Idem est in propõnibus tertij generis. ¶ Cum audis
licere ascẽdere copulatiue sub termino qui in aliqua expon
tium distribuitur, intellige nisi aliquis cõmittatur defectus ascẽ
dendo immediate sub illo in ipsa exponẽte vbi distribuitur, nã
sub secunda parte predicati huius / omne aial preter brunel
lum. b. pars hominis, et quelibet hoĩs est / non licet ascendere
copulatiue ante resolutioné prime partis, qz argueretur a plu
ribus ad vnicam determinatã, et casu quo esset petrus cũ bru
nello, quelibet singularis sub tali secunda parte esset vera et
exceptiua, falsa.

¶ Oppositiones exceptiuarum per ea 5. N.
que circa oppositiones exclusiuarũ dicta sunt clarescunt. Et
em contradictio imprimis eodé modo cõstituitur, vez propo
sitiones primi et secũdi generis, sicut propõnes tertij et quarti
cõtradicunt, si termini precedẽtes dictioné exceptiuã suppo
nant sm exigentiã contradictionis. Et pro alijs generibus
oppositionũ proportiõabiles regule constituũtur. ¶ Est em
pro propõnibus que ambe copulatiue exponũtur regula pri
ma. Omnes due exceptiue quarũ ambe copulatiue exponun
tur, si aliqua exponẽs vnius alicui alterius in veritate forma
liter repugnet, sunt cõtrarie. Formalr inq̃ sm sitũ quo sunt
exponẽtes talium exceptiuarũ, qd. 6. lec. capitis precedentis
expositum est. V. g. he / oĩe aial preter hominé est irrationa
le / omne aial preter hominé nõ est irrationale, propter repu
gnantiã primarũ exponentiũ, et he / omne aial preter hoiem
est irrõnale / oĩe aial preter hominé irrõnale nõ est / propter re
pugnantiã secundarũ, sunt cõtrarie. ¶ Ex hac regula sequũ

tur duo corollaria. Primū. Omnes due propōnes primi et
tertij generis sic se habētes ꝙ ois particularitas prime expo
nentis vnius mutatur in vniuersalitatē in prima alteri⁹ sunt
contrarie, qꝛ tunc aut prime aut tertie exponentes contrariā
tur, aut cōtradicunt. Secundū. Omnes due exceptiue primi
et tertij generis, de subiecto incomplexo, in quibus ceteris
paribus negatio preponitur soli copule alterius, contrarian
tur, qꝛ tunc ex prima exponente vnius ⁊ tertia alterius sequi
tur vnū impossibile, ac subinde tales exponentes repugnāt.
V.g. hec propō/omne aīal preter hominē, quilibet homo et
homo est, per primū corollariū contrariatur huic/omne aīal
preter hominē, quilibet hō ⁊ quilibet hō non est, immo huic/
omne aīal preter hominē. a. homo ⁊ quilibet hō non est, nam
ꝗ̄ꝗ̄ prime due exponentes nō cōtrarientur, contrariant̄ tñ
tertie. Rursus ratione secūdi corollarij cōtrariat̄ huic/oīe
aīal preter hominē quilibet hō ⁊ homo nō est, nam ex prima
exponente prime. s. omne aīal non hō quilꝫ homo et hō est, et
tertia secūde. s. ois homo, hō ⁊ quilibet homo est, sequit̄/om
nis homo est non homo, que est impossibilis. Immo quotiens
cūqꝫ prima exponens vnius ⁊ tertia alterius sunt syllogisti-
ce disposite tales propōnes cōtrariant̄, nam ex illis sequitur
affirmatio ꝯtradictorij termini a quo fit exceptio de parte ex
tra capta quod repugnat secūde exponēti, ac subinde prima
et tertia exponētes repugnabūt in veritate. Et hoc ſm corol
larium est memorie comēdandū pro capite illo. 4. tra. de mo
do syllogizandi in exponibilibus. Quare dixerim de subie-
cto incōplexo, inter arguendū declarabitur. Hinc sequitur,
ꝙ non requirit̄ aliquā exponentiū vnius aliquam legē oppo
sitionis participare cū aliqua alterius ad hoc ꝙ sint contra
rie, nec requirit̄ ꝙ due ordinatim sumpte repugnent, sat enī
est ꝙ prima vnius ⁊ tertia alterius per aliquē modū logica-
lem formalr̄ repugnent. ¶ Ex hac regula sequit̄ alia opposi
ta, vꝫ ꝙ oēs due exceptiue secūdi aut quarti generis qua
rum alique due exponentes nō repugnāt in veritate, sunt sub
cōtrarie, et pꝫ in contradictorijs exceptiuarū superioris exē
pli. ¶ Pro exceptiuis quarum altera copulatiue ⁊ altera ex
ponitur disiūctiue est scōa regula, ꝓportionabilis eidē regu
le exclusiuarū. Omnes propōnes exceptiue quarū altera ex
ponitur copulatiue ⁊ altera disiūctiue, si due exponētes vni⁹
cōtradicunt duabus alteri⁹ sibi correspōdētibus, participāt
legem aliarū duarū exponentiū. V.g. he due/omnis hō pre-
ter petrū disputat/ois homo preter petrū non disputat/sunt
cōtrarie, qꝛ secunde ⁊ tertie exponētes contradicunt, ⁊ prime
contrariant̄, ⁊ contradictorie earū. s. non ois homo preter pe
trum disputat/nō omnis hō preter petrum nō disputat/ sunt
subcōtrarie, qꝛ secūde ⁊ tertie exponentes cōtradicunt, ⁊ pri-
me subcōtrariant̄. In illis autē que sub hac regula nō com-
prehendūtur defectus qui cōmittitur inter exponētes vnius,
et exponētes alterius ordinatim sumptas, obstat oppositioni
ipsarū exponibiliū. ¶ Quare proportionabilr̄ sicut in exclu
siuis potest hic cōstitui rotulus ꝓpositionū inter quas repe-
riatur genus omne oppositionis. V.g. oīe aīal preter homi
nem est irrōnale/omne animal preter hominē non est irratio
nale / non omne animal est preter hominē est irrationale/nō
omne animal preter hoīem nō est irrationale. Quarum due
prime contrariātur, ⁊ tertia ⁊ quarta subcōtrariantur, prima
⁊ quarta subalternātur sicut scōa ⁊ tertia, ⁊ prima et tertia, si
cut scōa ⁊ quarta, contradicunt. Hec sunt considerāde condi
ciones cōmunes oppositionū categoricarū in exceptiuis im-
mediate exponibilibus, quippe que in suis oppōnibus sunt
tanꝗ̄ hypothetice reputande.

6. N°. ¶ **Constituūtur tādem in hoc quarto**
articulo quatuor regule exceptiuarꝫ. ¶ Prima. Omnis vni
uersalis in parte vera ⁊ in parte falsa potest per exceptionē
suppositorꝫ pro quo redditur falsa reddi vera, vt qꝛ hec/oīe
animal est irrationale/est vera pro brutis, ⁊ falsa pro homi-
nibus, hec/omne aīal preter hominē est irrōnale/ in qua exci
piūtur hoīes est vera, pariter hec/omne aīal non est rōnale/
redditur vera per hāc/omne aīal preter hominē nō est ratio-
nale. Uniuersalis in parte vera ⁊ in parte falsa est illa, que
sub termino distributo habet aliquas singulares veras ⁊ ali
quas falsas, per quas immediate copulatiue resoluitur, qua
re hec/incipit ois homo eē/nō diceret̄ in parte vera ⁊ in par-
te falsa, ꝗ̄ꝗ̄ esset nunc vnus homo qui non inciperet esse, et
immediate post hoc esset alius qui nunc nō esset, ac proinde
haberet vnam singularē veram ⁊ aliā falsam, immo esset sim
pliciter falsa, qꝛ non est immediate per ascensum resolubilis
Nec hec/omne aīal fuit in archa noe/subiecto incōplete dis
stributo, dicit̄ in parte vera ⁊ in parte falsa, si cuiuscūqꝫ spe-
ciei aliquod indiuiduū fuisset in archa noe, ⁊ aliqđ non, im-
mo est simpliciter vera, ꝗ̄ꝗ̄ habeat aliquas singulares fal
sas, qꝛ non resoluitur per illas copulatiue, esset tñ in parte ve
ra ⁊ in parte falsa, si alicuius speciei aliqđ aīal fuisset in ar-
cha ⁊ alicuius, nullū, ⁊ tunc redderet̄ ṽa, per hanc/oīe aīal
preter. a. (quod sit nomē illius speciei) fuit in archa noe. Ca
tus pars extra capta complete distribuit̄, non solū ꝙ sit tīs
specificus qui nō est capax distributionis pro generib⁹ singu
lorꝫ, sed etiā ꝙ lꝫ p̄ter nō vr̄ aliter posse distribuere. Et eadē
ratione hec/vterqꝫ hō currit/duob⁹ hominibus currētibus ⁊
duobus quiescētibus, nō dicitur in parte vera ⁊ in parte fal-
sa, diceretur tñ si tm̄ essent duo quorꝫ altero quiescente alter
curreret. Sed tunc nō potest reddi vera per exceptionē. Cui⁹
rationē assignant cōiter, ꝙ subiectum vlis non distribuat̄ cō
plete, de quibus dicunt intelligi regulā. At tunc sequeretur
ꝙ si lꝫ vterqꝫ distribueret complete seruata restrictione duo-
rum, posset in illo casu reddi vera per exceptionē, cum sit in
parte vera ⁊ in parte falsa) qđ est falsum. Igit̄ non est illa ra
tio, sꝫ hec. Talis vlis in illo casu non est vera in tanta parte
idest pro tot suppositis quot requirantur ſm talem restrictio
nem. s. pro duobus, modo regula intelligit̄ si talis vlis q̄ est
in parte falsa, sit vera pro tot suppositis vt illis solis existen
tib⁹ talis vlis esset ṽa. ¶ Hinc fit ꝙ ad faciēdā exceptionem
ab vniuersali negatiua, congrue sumitur pro parte extra ca-
pta predicatū ipsius, vt ab hac/omne aīal non est rōnale/sic
fiet exceptio/omne aīal preter rōnale non est rōnale/et ad fa-
ciendū exceptionem ab affirmatiua, pars extra capta potest
esse complexū ex subiecto ⁊ cōtradictorio p̄dicati, vt ab hac/
oīe aīal est irrationale, sic fiet exceptio/oīe aīal preter ani
mal nō irrationale est irrationale. Sed est obseruandū in ne
gatiuis, ꝙ si copula includit particularitatē, reflectat̄ copu
la cōtradictoria in tali parte extra capta, hec enī/ois substā-
tia possibilr̄ non est ens/in parte vera ⁊ in parte falsa, nō red
ditur vera per hanc/omnis substantia preter ens possibiliter
nō est ens, sed ꝑ hāc/ois substantia preter ens qđ necessario
est ens possibilr̄ nō est ens. Rursum in affirmatiuis obserue
tur ꝙ in parte extra capta assumatur contradictoriū predica
ti ſm exigentiā acceptionis. V. g. ab hac/omne ens necessa
rio est substantia/nō fit sic exceptio / omne ens preter ens nō
substātia necessario est substātia/cū exceptiua sit falsa sicut
vlis, vt patet ꝑ primā exponētē. s. omne ens substātia necessa
rio est substantia, sed per hāc/omne ens preter ens qđ nō ne-
cessario est substātia necessario est substantia. ¶ Hinc sequit̄
ad faciendā exceptionē huius/omnis hō est vel nō fuit alb⁹/
cum sit negatiua, reflectendū esse predicatū cum contradicto
ria copula pro parte extra capta vꝫ/omnis hō preter hoīem
qui non est ⁊ fuit albus, est vel non fuit albus, ⁊ ad faciendū
exceptionē ab hac/omnis hō est ⁊ non fuit albus/cū sit affir-
matiua, reflectendū esse contradictoriū predicati ſm exigen-
tiam talis ampliationis vꝫ/omnis hō preter hominē non al
bum qui est ⁊ non fuit albus, est ⁊ non fuit albus (negatione
totū infinitante). Et idē est ꝙ negetur predicatū mediāte co
pula implicationis opposita in parte extra capta. s. oīs hō
preter hominē qui non est ⁊ non fuit albus (prima negatione
cadente in totū sequens) est ⁊ nō fuit albus. Si autem nec pe
tro nec paulo disputante ceteri hoīes disputent, tunc ab hac
vniuersali/omnis homo disputat, debet fieri exceptio per dis
iunctum, sic, omnis hō preter petrū vel paulū disputat/q̄ ex-

ponitur sic / omnis homo non petrus vel paulus disputat / (toto disiuncto infinitato) et ois petrus vel paulus est hõ (toto disiuncto distributo) ꝛ nullus petrus vel paulus disputat.

7. No. ¶ Scḋa regula que est conuertens prime. Omnis exceptiua copulatiue exponibilis, repugnat sue preiacenti, vt he / omnis homo disputat / omnis homo preter petrũ disputat / repugnant, sicut he / ois homo non disputat / ois homo preter petrum nõ disputat (preiacens est que restat dẽpta dictione exceptiua ꝛ parte extra capta). Ratio huius regule est, ꝙ preiacens cũ scḋa exponente exceptiue inferat cõtradictoriã aut contrariã tertie, sequit̃ eñ bene / omnis hõ disputat, petrus est homo (que est secunda exponẽs) ergo petrus petrus disputat (que est cõtradictoria tertie): proportionabilr in negatiuis. Dixerim copulatiue exponibilis, qꝛ hec / non ois homo preter petrũ est lapis / simul stat cũ sua preiacente. Itẽ est intelligenda regula, qñ terminus a quo fit exceptio complete distribuit̃, nam hec / non omne aial non preter hominẽ currit, simul stat cũ sua preiacenti, si nullo hoie currente aliqua bruta currant, ꝛ aliqua nõ, sicut hec / vtrũq₃ animal preter hominẽ est irrationale / simul stat cũ sua preiacente, vtpote ex qua cũ exponente scḋa non sequatur cõtradictoria tertie. Item qñ fit exceptio a toto subiecto preiacẽtis, nã alias regula non habet vlr verum, hec nãq₃ / omnis homo et ois pars preter formã sunt hõ (vt fiat exceptio a scḋa parte) simul stat cũ sua preiacẽti, vt p₃ si solus sit vnus hõ, qꝛ ex illa sc₃ / omnis hõ ꝛ ois pars sunt hõ, cum scḋa exponẽte. s. ois forma est pars, nõ sequit̃ contradictoria tertie. Dixerim nõ habere hic vlr verum, qꝛ quãdoq₃ verũ habet vt hec / cuiuslibet hois preterq̃₃ petri quilibet equus currit, repugnat vtiq₃ sue preiacẽti. Igit̃ in his cõsideranda est ratio regule, an ve₃ ex preiacenti cũ exponente scḋa sequatur contradictoria tertie. ¶ Est ꝛ alia exceptio, qñ in vlr est aliqua determinate in ordine ad vniuersalitatẽ, hec eñ / aliquod ens oñe. a. preter patrem est, simul stat cũ sua preiacẽte, si ly. a. valeat tñ sicut pater vel filius in diuinis, nã preiacens habet vnã singularem verã sub subiecto demonstrãdo essentiã, ꝛ exceptiua alia demonstrãdo filiũ. ¶ Sunt qui ad saluandũ hanc regulã in distributionibus incõpletis fingant, terminũ a quo fit exceptio in scḋa exponente debere particularizari opposito modo ad stributionẽ quã habet in prima, vt ve₃ scḋa exponẽs huius / omne aial preter hominẽ fuit in archa noe / sit hec / aliqs hõ aliquod aial fuit. i. de aliqua specie aialis quodlibet aial, et scḋa huius / vterq₃ hõ preter petrũ fuit / hec / petrus alter hõ fuit / quo supposito claret dictas exceptiuas suis preiacentibus repugnare. Sed eadẽ facilitate posses fingere secũdã exponentẽ huius / nõ omne aial nõ preter hominẽ est irrationale / esse hanc / ois homo omne aial est / vbi ly aial opposito modo supponat q̃₃ in pͥma exponẽte, qḋ nõ est opinabile, et ideo cõgruẽtius est negare hãc regulã tenere in huiusmodi distributionibꝰ incõpletis, vtpote in quibꝰ deficiat eiꝰ fundamẽtũ

8. No. ¶ Tertia. Omnis exceptiua primi generis infert duas subcõtrarias, in quibus subijcit̃ terminus a quo fit exceptio, ꝛ predicatur predicatum exceptiue, vt formaliter sequit̃ / oñe aial preter hominẽ est irrationale, ergo aliquod aial est irrationale, ꝛ aliquod aial nõ est irrationale, nã prima infert̃ ex prima exponente, ab inferiori ad superius non distributũ affirmatiue, ꝛ secunda ex scḋa ꝛ tertia exponẽtibus simul. s. omnis hõ est aial, ꝛ nullus hõ est irrationale, ergo aliqḋ aial nõ e st irrationale. Quare ex exceptiua tertij generis nõ sequit̃. s. omne aial preter hominẽ nõ est rationale, ergo aliquod aial nõ est rationale, nam si solus esset petrus inter aialia añs esset verum ꝛ ꝯñs falsum, qꝛ ab inferiori ad superius negatiue nõ valet ꝯña.

9. No. ¶ Quarta pro cõuersione exceptiuarũ primi ordinis. Omnis exceptiua primi ordinis cõuertitur in copulatiuã triũ exclusiuarũ in quas sue exponẽtes cõuertuntur, vt bene sequit̃ / omne aial preter hominẽ est irrationale, ergo tñ irrationale est aial nonhõ, ꝛ tñ aial est hõ, ꝛ tñ non irrationale est hõ, ꝛ ediuerso, nã ꝙ prime due sint cõuertẽtes duarũ primarũ exponentiũ notũ est, ꝛ ꝙ tertia sit cõuertens tertie p₃. Nam sequit̃, nullus hõ est irrationalis, et aliquis hõ est (qḋ ponit̃ in scḋa exponẽte) ergo ois hõ est non irrõnalis, ꝛ sequit̃ ecõtrario, que quidẽ vlis cõuertit̃ in tertiã exclusiuã. Pariter ex exceptiua tertij gñis inferũtur exclusiue cõuertẽtes secũde ꝛ tertie exponẽtiũ, cũ sint affirmatiue ex quibus tñ solis nõ infert̃, sed nõ infert̃ inde aliqua exclusiua prime exponẽtis, qꝛ hec. v. g. omne aial nõhomo non est rõnale, nullã infert affirmatiuã de predicato finito sine cõstãtia subiecti, que tñ non ponitur in aliqua exponẽtium huius / omne aial preter holem non est rationale.

¶ Lectio secunda.

AT cõtra conclusionẽ primi articuli arguit̃ primo. Non sequit̃ / omne aial preter album fuit nigrũ, ergo omne aial non albũ fuit nigrũ, ꝛ omne albũ est aial, ꝛ nullũ abum fuit nigrũ, ꝛ arguitur ab exponibili ad exponentes, ergo cõclusio falsa. Minor videt̃ nota, ꝛ probat̃ maior, nã casu quo nullũ sit nunc aial albũ, fuisset tñ aliqḋ album qḋ nunq̃₃ fuit nigrum, ꝛ cetera oia semper fuissent nigra ꝛ nũq̃₃ alba, exceptiua est vera vt notum est, ꝛ scḋa exponens falsa. Qḋ si negaueris minorẽ, ꝙ termini secũde exponẽtis nõ teneant̃ tã ample q̃₃ in exceptiua, aliter arguit̃. Nõ sequit̃. Omne aial preter albũ nõ fuit nigrũ, ergo oẽ aial nõ albũ non fuit nigrũ, ꝛ omne albũ est vel fuit aial, ꝛ omne album fuit nigrũ, ꝛ arguit̃ ab exponibili ad exponentes, ergo. Minor videt̃ nota, ꝛ p₃ maior casu quo inter aialia tñ fuissent petrus ꝛ paulus quoꝝ petrus fuisset quãdoq₃ albus et quãdoq₃ niger, ꝛ paulus nũq̃₃ albus nec niger, sed alio colore medio coloratus, nã qḋ exceptiua sit vera p₃, qꝛ cum hec vlis / oẽ aial non fuit nigrũ, sit in parte vera ꝛ in parte falsa, recte fiet vera si fiat exceptio per illũ terminũ album supponentem pro supposito ꝑ quo reddit̃ falsa, ꝛ ꝙ ꝯñs sit falsum p₃ per veritatẽ cõtradictorie prime exponẽtis. s. aliqḋ aial nõ album fuit nigrũ. ¶ Et cõfirmat̃ primo. Nõ sequit̃ / omne ens qḋ non potest esse creatura possibilr nõ est creatura, ꝛ omnis creatura possibilr est ens, ꝛ omnis creatura possibilr est creatura, ergo oñe ens preter creaturã possibilr nõ est creatura, et arguit̃ ab exponẽtibus ad exponibilẽ, ergo cõclusio falsa. Minor videt̃ nota ꝛ pariter maior, perspicuũ eñ est, exponentes esse veras, ꝛ ꝙ exceptiua sit falsa p₃, nã alias staret cum sua preiacente ꝯtra secundã regulã. ¶ Confirmat̃ scḋo. Nõ sequitur / omne aial nonhõ, rationale non est, et omnis hõ est animal, ꝛ omnis homo est rationalis, ergo omne aial preter hominẽ rationale non est, ꝛ tñ arguitur ab exponentibus ad exponibilẽ, ergo conclusio falsa. Minor videt̃ nota, ꝛ maior patet cum exponẽtes manifeste sint vere, et si exceptiua esset vera staret cum sua preiacente.

¶ Eedẽ fere difficultates: que circa exclusiuas, possunt et circa has exceptiuas submoueri. Unde opus est (vt innuitur in argumẽto) terminos in exponẽtibus eodem modo ampliari, restringi ꝛc̃. quo in exponibili. Quare secũda exponens harũ / omne ens preter creaturã necessario est deus / omne ens preter creaturã cõtingenter est deus / omne ens preter creaturam impossibiliter est deus, est hec / omnis creatura possibiliter est deus. Sicut secunda huius / omne coloratum preter album est et fuit nigrum, est hec / omne album est vel fuit coloratum. ¶ Rursum quo ad primam exponẽtem si in casu argumenti concedas hanc / non album fuit nigrum, quod (vt supra visum est) non potest recte a dialectico negari, infinitanda est pars extra capta in prima exponente sm exigentiã ampliationis, nam proportionabilr sicut in exclusiuis excipit̃ talis pars sm exigentiã cõtradictionis. ¶ Igit̃ ad replicã argumẽti ꝯcessa maiore negat̃ minor, immo pͥma exponẽs d₃ esse hec / oẽ aial nõ albũ qḋ est vel fuit albũ (relatiuo referente terminũ infinitatũ) nõ fuit nigrũ que 1. No.

est vera sicut ⁊ exponibilis, vel (que euidentior est) omne animal quod nō est vel fuit album non fuit nigrū. Unde in his terminis ampliatis, immo vīr, clarius datur prima exponēs si in eius subiecto negetur pars extra capta de tō a quo fit exceptio seruata eadē ampliatione, sicut dicebamus in exclusiuis, ⁊ adhuc melius q̄ꝫ in illis, nā hic expositio hmōi erit formalis qꝺ illic forsan nō ꝯtingebat. ¶ Hinc fit primā exponētem huius/omne ens preter creans possibilr nō est deus/non esse/omne ens nō creans possibilr non est deus cū sit falsa, qꝛ cum subiectū supponat pro deo, quippe qui possibilr sit non creans, pro illa singulari redditur falsa, ⁊ tn̄ exceptiua est vera, cum hec vlīs/omne ens possibilr nō est deus, in parte vera ⁊ in parte falsa, reddatur vera si fiat exceptio per illū terminū creans supponentē pro deo pro quo redditur falsa. Igitur prima exponēs est/omne ens qꝺ nō possibilr est creans possibiliter nō est deus. Et idem est subiectum prime harū/omne ens preter creans necessario est ens/omne ens preter creans cōtingēter est ens. Et prima huius/omne ens preter album est ⁊ fuit nigrum/est hec/ omne ens qꝺ non est vel fuit album est ⁊ fuit nigrū. Et proportionabilr in alijs. ¶ Sciendū tandem circa hmōi exceptiuas modales, q̄ sicut exceptiua de extrinseco tpe aut modalis nō venit immediate rōne verbi aut modi regulāda per suā deinesse, ita nec potest rōne modi aliquo modo resolui. V.g. hec/omē ens preter creaturam fuit deus/in primo instanti esse totius mundi erat vera, ⁊ tn̄ deinesse illius ante illud instās nūq̄ꝫ fuit vera. Et hec/omne ens preter creaturā necessario est ens, est necessaria, ⁊ tn̄ deinesse illius nō est necessaria, immo ante creationē mūdi erat falsa. Rursus nō sequitur/omne ens preter substantiā cōtingēter est a. ergo omne ens preter substantiā possibilr est. a. et omē ens preter substantiā possibilr nō est. a. rōne de ly contingēter, qꝛ si ly. a. valeat tm̄ sicut deus vel accidēs, aīs est verū ⁊ vtraq̄ꝫ pars consequētis est falsa. Ratio est, qꝛ dictio exceptiua modificans modos sequentes quodāmodo confundit eos vt nō sint resolubiles ante eius resolutionē. Ex hac exceptiua de contingenti bene sequitur/omne ens preter substantiā possibiliter est ⁊ possibiliter non est. a. que nō est immediate resolubilis ad copulatiuam.

2. No. ¶ Debet scđo obseruari in exceptiuis sicut in exclusiuis, q̄ tertia exponēs detur fm̄ exigentiā contradictionis ad primā, ⁊ quātum ad copulā ⁊ quantū ad suppositionē terminoꝝ, negatiōe inclusa in ly preter precedēte, id postulante. ¶ Igitur ad primā ꝯfirmationē concessa maiori negatur minor, nā tertia exponens debet esse hec/nulla creatura possibilr nō est creatura, que equiualet huic/ois creatura necessario est creatura, sicut tertia exponēs huius/omne ens preter creaturā necessario est ens, nō est hec/ ois creatura necessario nō est ens/sed hec/nulla creatura necessario est ens/ que equiualet huic/ois creatura possibilr nō est ens, ⁊ tertia exponēs huius/omne ens preter creaturā est vel nō fuit ens/ est hec/ois creatura nō est ⁊ fuit ens (negatione in primū verbum cadēte). ¶ Hinc fit has ꝓpōnes/ omne ens preter creaturā necessario est deus /omne ens preter creaturā possibilr est deus, impertinenter se habere, nam ipse sunt simul vere, et he/omne ens preter deū necessario est ens/omē ens preter deum possibilr est ens/sunt false, ⁊ hec/omne ens preter creaturā necessario est ens, est vera, hac/omne ens preter creaturam possibilr est ens existente falsa, ⁊ ecōtrario hec/omē ens preter deum possibiliter est creatura/est vera, hac/omne ens preter deum necessario est creatura/existente falsa (accipiuntur termini ac si non supponāt suppositione naturali). Quare exceptiua de necessario non est subalternans exceptiue de possibiliter, qꝛ ex parte vltimarū exponentiū arguitur a particularitate de ly necessario negato ad vniuersalitatē de ly possibiliter negato. ¶ Et si arguas, scđa exponens huius/ omne ens preter creaturā necessario est ens, est contraria tertie huius/omne ens preter creaturā possibiliter est ens, ergo ipse sunt contrarie. Iam hoc solutū est per distinctionem antecedentis, nam q̄ꝫ q̄ꝫ sint contrarie fm̄ situm oppositionum, non tamen fm̄ quod sunt exponentes taliū exceptiuarū, nam cum he/omne ens preter creaturā necessario est deus/ omne ens preter creaturā possibiliter est deus, sint eiusdem forme cum illis, sit vt secūda exponens prime et tertia secunde sint itidem eiusdē forme cum illis exponētibus, ⁊ tn̄ non sunt contrarie. Ubidq̄ꝫ ex illa materiali contrarietate exponentium non sequitur exponibiles esse contrarias. ¶ Proportionabiliter dicito de his/omne ens preter creaturam impossibilr est ens/ omne ens preter creaturam possibilr nō ens, que vēꝫ impertinenter se habent. Et proportionabilr de his/omne animal preter hominē est ⁊ fuit album/omne animal preter hominē est vel fuit album, si em̄ bruta sint ⁊ fuissent alba, et homines sint ⁊ non fuissent albi, prima est vera et secūda falsa. ¶ Igitur subalternatio in exceptiuis sicut nec in exclusiuis non est assignanda ex parte copularū vniuersalis. s. ⁊ particularis, sed ex parte suppositionū terminoꝝ, vt subalternās huius/omne ens preter creaturam possibilr est ens/est hec/omne ens preter creaturā omne ens possibiliter est/aut hec/omne ens preter creaturam. b. ens possibiliter est, in quibus ex parte primarū exponentiū arguitur vel a distributo ad nō distributum, vel a determinata ad cōfusam, sed est illa vltima immediate exponenda, nam alias illa est vera prima existente falsa. ¶ Quod si arguas. Ex tertia exponente huius/omne ens preter creaturā omne ens possibiliter est/ad tertiam huius/omne ens preter creaturam possibilr est ens/ arguitur a non distributo ad distributum ex parte predicati, ergo prima non est subalternans secūde. Negatur ꝯña, nam cum prima exponens prime nō possit verificari nisi dicto predicato vnicū habente suppositū, tantūdem est ac si distribuatur in tertia. ¶ Oppositiōes aūt in huiusmodi modalibus cōstituende sunt sicut in ceteris, vt. v.g. cōtraria huius/omne ens preter creaturā necessario est ens/sit hec/oē ens preter creaturā possibilr nō est ens, sicut hec/ oē ens preter creaturā impossibiliter est ens, in quibus prime exponentes sunt contrarie. Item he/omne ens preter creaturā possibiliter est ens/ omne ens preter creaturam possibiliter non est ens/sunt contrarie propter eandem rationē. s. propter vltimarū exponentium contrarietatem.

¶ Est deniq̄ꝫ obseruandū: q̄ tertia exponens detur fm̄ exigentiam contradictionis ad primā quātum ad suppositionē terminoꝝ. Unde ad secundā confirmationem concessa maiore negatur minor, vltima em̄ exponens deberet esse hec/omnis homo omē rationale est, sicut vltima huius/omne aīal preter hominē omne rationale est, est hec/ omnis homo aliquod rationale nō est. Quare nō sequitur/ omne animal preter hominē nō est rationale, ergo omne animal preter hominē rationale non est. Et proportionabilr in terminis complexis. ¶ Unde qui fingunt in prima exponēte huius/omnis homo preter petrum pars hominis ⁊ quelibet pars materie est, primā partem copulati confundi in ordine ad secundā, coguntur subinde more suo dicere non posse dari vltimā exponētem sine ly. a. aut ly. b. scꝫ/petrus nō. a. pars hoīs ⁊ quelibet pars materie est, nam alias si secunda pars supponeret confuse, esset vera ac proinde preiacens staret in veritate cum exceptiua, si tantū essent inter homines petrus et paulus cōmunicantes in materia. Est tamen falsa imaginatio hec. Igitur vltima exponens prime est hec/petrus nulla pars hominis ⁊ quelibet pars materie est/que est vera, sed in illo casu ⁊ preiacens ⁊ exponibilis pro prima exponēte est falsa. Et vltima exponens huius/cuiuslibet hominis preter q̄ꝫ petri equus non est equus, proportionabiliter est hec/petri quilibet equus est equꝰ, ⁊ casu quo singuli homines, etiā petrus, haberent duos equos, tam preiacens q̄ꝫ prima exponens est falsa. Et per hanc doctrinam bone parti argumētorum que hic solet multiplicari obuiatur. Si tamen in exponibili pones litteras. a. vel. b. ⁊c̄. debes in vltimis exponente ipsis quoq̄ꝫ vti, vt seruetur vera contradictio supposi- 3. No.

tionis, vt vltima exponēs huius/ois hō preter petrū .a. pars
et quelʒ pars est, erit hec/petrus quelʒ pars ⁊ .b. pars nō est.

¶ Scđo contra modū ascendendi tradirū sub terminis exceptiuarū arguitur. Predicatū huius/
omne aial preter hominē omne rationale est, in prima expo
nente distribuitur ⁊ in vltima nō, ⁊ tñ valet sub illo immedia
te tā descensus ꝙ̄ ascensus copulatiuus, ergo doctrina secū
di articuli nō habet verū. Minor patet, q̄ sicut in ascensu,
ita nec in descensu pōt dari añs verum ⁊ ꝯñs falsum. Idē est
de predicato huius/omne aial preter hominē rōnale non est,
qđ in prima nō distribuit̄, ⁊ in vltima distribuitur, et tñ valet
immediate sub illo ascensus ⁊ descensus copulatiuus.

4. No. **¶ Ad hoc argumentum concesso toto**
añti negatur ꝯña, nā si sub dictis predicatis valet descensus
copulatiuus, eo est qđ tales propōnes non possunt verificari
nisi tali predicato vnicū habēte suppositū, ⁊ tunc perinde est
ꝙ in aliqua exponentiū non distribuat̄, ac si in omnibus di
stribueretur, vt pʒ per quādam regulam oppositionū, modo
doctrina secūdi articuli intelligit̄ qñ suppositio non distribu
tiua nō equiualet distributiue. Nō neutra harū exceptiuarū
possit verificari predicato plura supposita habēte, patet, nā
prima exponens prime est hec/omne aial nonhō, omne ratio
nale est, ⁊ vltima secūde est hec/omnis homo omē rationale
est, modo vt dictū est in oppōnibus toto altero extremo affir
matiue distributo si a parte alterius extremi nō ponatur con
fusa, talis propō non potest verificari distributiua plura ha
bente supposita, nisi in diuinis qñ alterum extremū suppone
ret determinate, vt/aliqua essentia diuina omīs persona est,
nā si vtrūqʒ extremū cōplete distribueret̄, nec in diuinis ha
bet regula instantia. ¶ Hinc fit in affirmatiuis a distributio
nē formali totius predicati ad distributionē virtualē totius
aut partis esse formale argumentū, ⁊ in negatiuis tertij gene
ris a distributione virtuali totius predicati ad distributionē
formalem totius aut partis. V.g. formalr̄ sequit̄/omne aial
preter hominē omne rōnale est, ergo omne aial preter homi
nem est rationale, itē omne aial preter hominē rationale non
est, ergo omne aial preter hominē nō est rōnale (dicitur eñ di
stributio formalis q̄ prouenit ab alio signo ꝙ̄ a ly preter, et
virtualis, que ꝓuenit a ly preter) patet, nā in prima ꝯña pri
me due exponētes añtis inferunt primas duas ꝯñtis vt notū
est, sed ꝙ tertia inferat tertiā pʒ, q̄ si quid obstaret, maximē
q̄ arguitur a nō distributo ad distributū ex parte ꝑdicati,
sed hoc nō, cū non possit añs verificari nisi tali predicato vni
cum habente suppositū. Potest alr̄ deduci ꝙ vcʒ due prime
exponētes añtis inferant tertiā ꝯñtis, sequitur eñ bene/om
ne aial nonhō omne irrationale est, (que est prima añtis) er
go omne irrōnale omne aial nonhō est, per cōuersionē, ergo
omne irrōnale est nonhō, a toto ad partē in modo, ergo omē
irrationale nō est hō, ab affirmatiua ad negatiuā, ⁊ tandē
ergo nullus hō est irrationalis, que est tertia exponēs ꝯñtis.
Proportionabilr̄ patʒ scđa ꝯña in negatiuis, cū vltime due
exponentes añtis manifeste inferant duas vltimas ꝯñtis, et
a prima ad primā nō obstet arguere a nō distributo ad distri
butum eadē ratione, immo vltime due añtis inferunt primā
ꝯñtis ꝓportiōabili arte qua in superiori deductiōe. ¶ Hinc
sequitur ex hac/omē aial preter hominē quodlibet .a. ⁊ quod
libet .b. est/inferri exceptiuā in qua aut nulli, aut soli alteri
parti predicati addatur signū vl̄e, sed ex hac/omne .a. preter
petrū quilibet hō ⁊ homo est/vtpote in qua totale predicatū
non formalr̄ distribuit̄, non sequit̄, hec/omne .a. preter petrū
homo ⁊ hō est, nā si ly .a. valeat tñ sicut binarius hoīm vel
petrus, ⁊ sint inter hoīes petrꝰ ⁊ paulus, añs est verū ⁊ ꝯñs
falsum. Proportionabilr̄ ex hac/omne aial preter hominē
.a. et .b. nō sunt/infertur exceptiua in qua, aut vtriqʒ aut soli
alteri parti predicati addatur signum vl̄e, sed ex hac/ois hō
preter petrū quodlʒ .a. et .b. nō est/nō sequitur, ergo quilʒ hō
preter petrū quodlʒ .a. ⁊ quodlibet .b. non est, nam si sit solus
paulus inter hoīes ex cuius altera medietate fiat petrus, et
ly .a. valeat tātū sicut pars hominis, ⁊ ly .b. sicut pars petri,
añs est verum ⁊ ꝯñs falsum.

¶ Contra modū constituendi oppositiones arguitur. Ex secūdo corollario prime regule sequeret̄
has duas/cuiuslibet hoīs preterꝙ̄ petri quilʒ equus est cur
rens/cuiuslibet hoīs preterꝙ̄ petri quilʒ equus .b. currēs nō
est, esse ꝯtrarias, sed dantur vere in facili casu, ergo. Maior
patet, prima exponens prime .s. cuiuslibet hoīs nō petri quilʒ
equus est currens, ⁊ vltima secunde .s. petri .a. equus quodli
bet currens est, sunt debite disposite syllogistice capiēdo pre
dicatum pro medio, ergo tales exponētes deberent repugna
re in veritate per dictum corollariū. Sed minor facile patet
casu quo oēs homines possideant brunellū currentē, sed pe
trus, preter ipsum, possideat fauellū itidē currentē ⁊ grisellū
quiescentē. ¶ Et cōfirmat̄ primo. Sequeret̄ has duas/omē
aial preter petrum quilʒ homo ⁊ hō est/non omne aial preter
petrū hō ⁊ hō est, esse contrarias, sed dant̄ simul vere, si loco
de ly aial ponas ly binarius hominū vel petrus, ⁊ sint tñ in
ter hoīes petrus ⁊ paulus, ergo. Maior videt̄ nota, q̄ si ali
quis defectus ibi cōmitteretur maxime q̄ in vltimis expone
tibus manet prima pars predicati nō distributa, sed hic non
tollit, cum hec/omne aial preter petrū quilʒ hō et quilʒ homo
est/non omne aial preter petrū homo ⁊ hō est/sint contrarie,
in quarū tñ vltimis exponentibus neutra pars distribuitur
¶ Et confirmat̄ scđo. Sequeret̄ inde has propōnes/omnis
homo preter petrū quilʒ homo ⁊ homo est/non ois homo pre
ter petrum quilʒ homo ⁊ .b. hō est, cōtradicere, cum nō videa
tur quisnā defectus cōmittatur, sed dantur vere si tñ sint pe
trus ⁊ paulus, ⁊ in vtraqʒ parte ꝑdicati ponas ly medietas
pauli extremalis: Nō si assignaueris pro defectu ꝙ prima
pars predicati que in prima exponēte affirmatiue distribuit̄
in ordine ad secūdā stantē ꝯfuse in prima negatiue stat ꝯfuse,
adminꝰ deberēt esse subcōtrarie, sed dant̄ false si in prima par
te copulati ponas ly medietas materie, ⁊ in scđa ly medietas
hoīs vel paulꝰ, ⁊ sint soli petrꝰ ⁊ paulus cōicātes in materia

¶ Ad argumētum negatur sequella: 5. No.
restrinximus eñ corollariū illud pro solis ꝓpōnibus de sub
iectis incōplexis, nam in subiectis cōplexis esto prima expo
nens affirmatiue, ⁊ vltima negatiue sint disposite syllogisti
ce nō inferunt aliqđ repugnās secūde exponēti. V.g, ex illis
cuiuslʒ hoīs nō petri quilʒ equus est currēs, ⁊ petri .a. equus
quodlibet currēs est, nō sequit̄ nisi/petri .a. equus cuiuslibet
nō petri quilibet equus est, que nō repugnat secunde expone
ti .s. petrus est homo. Hec autē/cuiuslibet hoīs preterꝙ̄ pe
tri quilibet equus currēs nō est, est quidē cōtraria dicte affir
matiue, sed per aliam regulā, q̄ vcʒ cum in tertia exponente
negatiue, predicato distributo, nulla ponatur cōfusa a parte
subiecti, nō potest talis exponens ac proinde tota exceptiua
reddi vera, tali predicato plura habēte supposita, quare per
inde est nō distribui ac si distribueretur. Et hoc tuipse prati
cato in ceteris terminis complexis.

¶ Pro solutione prime cōfirmationis 6. No.
notato, ꝙ sicut in exclusiuis, ita in exceptiuis eadē particu
laritas in duabꝰ exponētibus duarū exceptiuarū primi ⁊ ter
tij gñis ordinatim sumptis tollit cōtrarietatē, et eadē vl̄itas
subcōtrarietatē, nisi qñ forte hic sicut illic a distributione for
mali ad virtualē aut cōtra sequit̄. ¶ Igit̄ ad confirmationē
primā negat̄ dictas exceptiuas aliquā legē participare, im
mo sunt simul vere ꝓpter defectū ibi tactū, ⁊ false, q̄ manet
eadē vl̄itas ex parte prime partis copulati, in his/oē aial pre
ter petrū, qđlʒ brutū ⁊ brutū est/nō oē aial preter petrū brutū ⁊
brutū est, si sit solus petrꝰ cū multis brutis. Vbi memorie cō
mēdato, ꝙ qñ manet eadē particularitas in primis exponētibꝰ
ex pte ꝑdicati, idē ipse tñ restat in vltimis eadē vl̄itas, ⁊ ecō
trario, ac ꝓinde tales ꝓpōes nullā legē participabūt. Sʒ ad
replicā ꝯcesso ꝙ ille defectꝰ ibi non tollit ꝯtrarietatē, negat̄
ꝙ ꝓinde nō deberet tollere in primis ꝓpōnibꝰ, nā in ꝓpōnibꝰ

secūdo assumptis ex affirmatiuo sequitur contradictoria negatiuē, vt patet ex solutione secūdi principalis. ¶ Propositio nabilr pt3 ꝙ he/omne animal preter hominē brutū ⁊ brutum nō est/nō omne aīal preter hominē quodlibet brutū ⁊ quodlibet brutum non est, aut si soli alteri parti adderetes signum vle, sunt contrarie, he autem/omne animal preter hominē quodlibet brutū ⁊ brutū non est/non omne aīal preter hominē brutum ⁊ brutū non est/nequaꝗ̄. ¶ Circa secundā confirmationem idem notato qđ in exclusiuis, vc3 ꝙ quādo inter primas exponentes exceptiuarū primi ⁊ tertij generis cōmittitur ille defectus ꝙ distributiua vnius in ordine ad confusam restat in altera confuse in ordine ad illam, tunc ex parte vltimarum cōmittitur oppositus, vc3 ꝙ distributa vnius in ordine ad determinatā restat determinate in ordine ad illā, vt potes in argumento secunde confirmationis praticare.

¶ Contra primā regulam quarti articuli arguitur. Hec propō/omnis homo videt se, est in parte vera ⁊ in parte falsa, casu quo quilibet alius a petro videat se, petrus autē videat alios a se ⁊ non se, et tū non potest per exceptionē reddi vera, ergo regula falsa. Maior est nota, et minor patet qꝛ maxime sic/omnis hō preter petrum videt se, sed hec in illo casu est falsa, vt patet per tertiā exponentē. s. petrus non videt se hominē in qua seruaꝶ similis relatio.

6. No. ¶ Ad hoc argumētum illi qui astruūt terminū a quo fit exceptio restringi a dictione exceptiua, dicunt subinde, relatiuū huius exceptiue referre ly homo restrictum pro hoīe alio a petro, quare vltima exponēs (dicunt) est hec/petrus non videt hominē non petrū, ratione cuius dicta exceptiua est falsa in illo casu. Et si contra illos arguas. Ergo si petrus ⁊ quilibet alius hō videat seipsum ⁊ nihil aliud, dicta exceptiua staret in veritate cū sua preiacenti. s. omnis homo videt se, negant hanc esse preiacentem illius, qꝛ relatiuum non refert eodē modo, sed est (aiunt) hec / omnis hō non petrus videt se, vbi relatiuū idem adequate refert qđ in exceptiua. ¶ At, mihi ad minus, supra suasꝰ, oppositū t̄mi a quo fit exceptio nō restringi in exceptiua magis ꝙ̄ in prima exponēte. Unde cū relatiuū in exceptiua referat pro hominibꝰ absolute, forsan posset dici, ꝙ in tertia exponente idem debet referre, vt inter arguendum insinuauimus. Sed tunc esset concedendum ꝯñs argumenti contra regulā, vc3 ꝙ dicta propositio est in parte vera ⁊ in parte falsa, ⁊ tū non potest fieri per exceptionem vera, qđ indē precedens opinio tenetur cōcedere. Et si contra arguas primo ex cōmuni modo concipiendi, ad quē casu argumenti dicta exceptiua videtur vera, scđo a simili, nam sicut in oppositionibus relatiuū affirmatiue refert añs secum positū, et negatiue pariter antecedens secum positum, ⁊ in exclusiuis relatiuū prime exponentis refert añs ibi positum, ⁊ relatiuū secunde añs quod ibi secū est, ita in exceptiuis debet relatiuū prime exponentis referre añs qđ est in prima, ⁊ relatiuū tertie añs quod est in tertia. Ad primū dicendum, ꝙ si illa videtur vera in tali casu est qꝛ accipitur in sensu quo relatiuū refert ly videns secum positum (in illo eñ casu est vtiqꝫ manifeste vera). Ad secundū negatur esse simile, qꝛ in oppositionibus ⁊ in exclusiuis idē terminus ponitur in vtraqꝫ oppositarū aut exponentiū, sed in exceptiuis cum añs ponatur in prima exponente ⁊ non in tertia, nimirū si in tertia debeat referre ipsu3 añs qđ est in prima, aut debeat exprimi ipsummet in tertia, vt. v. g. dicas/petrus nō videt se hominē. At vero qꝛ hec propō/omnis hō videt se, in casu argumenti non solū relatiuo referente ly videns, sed referente subiectum, est in parte vera ⁊ in parte falsa, reuera apparet durum negare quin possit reddi vera per exceptionē suppositorum pro quibus redditur falsa, qđ fit in exceptiua argumenti. Quā proinde tentandum est sustinere vera in illo casu. ¶ Igiꝶ cum relatiuū reciprocū referat añs sigillatim pro singulis eiꝰ suppositis, fit, vt qñ aliqđ subsumiꝶ sub tali añte, absqꝫ aliqua equiuocatione referat id qđ sub eo subsumitur (in hoc eñ fundaꝶ bonitas huius ꝯñe/omnis hō videt se, petrus est hō, ergo petrus videt se). Vñ cum scđa exponens exceptiue sit subsumptio quedā sub termino a quo fit exceptio, fit, vt relatiuum dicti termini debeat in tertia exponente referre partē extra captā, ac si ibi ponereꝶ añs ipsum, ⁊ sic tertia exponens est hec/petrus nō videt se, quare dicta exceptiua est vera in illo casu. Nec hec ꝯña/ omnis hō preter petrū videt se, ergo omnis hō non petrus videt se (relatiuo in añte referēte ly hō, ⁊ in ꝯñte referente terminū/brunellus/alteriꝰ propōnis) est eiusdē forme cū ipsa referente in ꝯñti terminū petrus, vt ex dictis claret, nā in hac scđa maior est synonimitas inter relatiuū añtis ⁊ ꝯñtis, ꝙ̄ in prima. Et per hoc pt3 solutio ad argumētū per interemptionē minoris, immo dicta vlis redditur vera per dictā exceptiuam.

¶ Capitis quarti. Lectio prima.

Inter propositiones ratione aduerbiorū aut prepositionū exponibiles vltimum locū tenet genus reduplicatiuarum, quippe que quatuor ꝓpōnibus exponūtur. Quod quidē genus exponibiliū, cum omnibus facultatibus preceteris ancilleꝶ, decet diligenter adnotare. Est igiꝶ dictio reduplicatiua ꝙ̄ rationē qua alterū alteri cōuenit, importat, vt sunt/inquātum/scđm qđ/prout/⁊ sique sunt alie similes, ex quibus ly inquantū est in vsu frequētius. Et solent hmōi dictiones dupl'r acci. s. specificatiue, ⁊ reduplicatiue, ⁊ non ab re (vt iamiam mōstrabimus) adderetur diminutiue. Specificatiue accipitur adhuc dupliciter. s. vt specificat conceptū, ⁊ vt specificat actū. Primo modo accipiꝶ qñ modificat terminū importantē actū animi interiorē, vt/cognosco coruscū inquantū venientē/ ly hō significat petrū inquantū hominē/deus odit hominē inquantum peccatorē/ vbi denotaꝶ me cognoscere coruscū per istum conceptū veniens, ⁊ ly hō significare petrū mediante illo cōceptu hō, tunc eñ (vt scđa parte introductionū dictum est) dictio reduplicatiua impedit appellationē verbi ꝓcedētis. In his autē deus inquātum deus est subiectū theologie/ ens inquantū ens est subiectū methaphisice, ⁊ similibus, diciꝶ ly inquantū specificare actū, qꝛ specificat formā seu rationem formalē rei sub qua cōsideratur in tali scientia (solet eñ forma cuiusqꝫ actus appellari). Et hmōi ꝓpōes exponunꝶ ꝑ solas duas exponentes. s. ly hō significat petrū, ⁊ cōceptus cui subordinaꝶ in significādo est ly hō/deus est subiectum in theologia, ⁊ rō formalis qua est subiectū est deitas/ ⁊ proportionabiliter in ceteris. Reduplicatiue accipitur (vt dictū est) qñ explicat rationē qua predicatū cōuenit subiecto, vt hō inquantum rōnalis est risibilis, ⁊ tūc exponiꝶ per quatuor ꝓpōnes. 1. No.

¶ Pro cuius intelligentia notādi sunt in reduplicatiua quatuor t'mi. s. dictio reduplicatiua/t'ns immediate precedēs ipsam/t'ns immediate sequens (qui dr reduplicatus) ⁊ predicatū. Et (sicut dictū est de ly preter) dictio reduplicatiua ⁊ t'ns reduplicatus nō efficiunꝶ partes subiecti, sed modificant totā cōpositionē, exprimēdo causam cōnexionis ꝓdicati cū subiecto, reddendoqꝫ ipsam ꝓpōnem exponibilē. Quare in hac/oīs hō inquantum rōnalis est risibilis/solum ly hō est subiectū, immo causa breuitatis semꝑ infra vocabiꝶ subiectū, t'ns supra quē fit reduplicatio. ¶ Est ergo distinguēdū quadruplex ꝓpōnum genus. Primū, simpl'r affirmatiuarū. s. in quibus ⁊ dictio reduplicatiua affirmaꝶ ⁊ verbum, vt/oīs hō inquantū rōnalis est risibilis/hō inquantum rōnalis est risibilis (cū eñ sicut in superiori capite nō distinguunꝶ hec genera penes quātitatē, sed solū penes qualitatē, sub eodē genere cōtinētur subalternans ⁊ subalternata). Secundū genus est simpliciter negatiuarū. s. in quibus ⁊ dictio et verbū negaꝶ, vt/nō omnis hō inquātū rōnalis est risibilis. Tertiū, in quibus dictio reduplicatiua affirmaꝶ ⁊ verbū negaꝶ, que dicunꝶ reduplicatiue affirmatiue ⁊ propōnes negatiue, vt/oīs hō inquantū rōnalis nō est rudibilis. Ac deniqꝫ quartū in quibus, cōtra, verbum affirmatur ⁊ dictio negaꝶ,

vt/non omnis homo inquantũ rationalis non est rudibilis. ¶ Sciendum rursus ꝙ ſm antiquos et preſertum ſm ſanctũ Thomã. 1.q.de malo.ar.2.dictio reduplicatiua quãdoq3 dicit cauſam predicati, quandoq3 ſolam cõcomitantiã inter reduplicatum terminũ ⁊ predicatum. V.g.in hac/homo inquãtum materialis eſt corruptibilis/terminus reduplicatus importat cauſam.ſ.materialẽ predicati, ſed in hac/homo inquãtum albus habet albedinẽ, neuter terminus importat cauſam alterius, ſed denotatur in tali propõne concomitantia inter reduplicatũ terminũ ⁊ predicatum. Et poteſt in reduplicatione importare omne genus cauſe.ſ.materialis vt in exemplo poſito, formalis, vt/homo inquãtu3 habet animã eſt creatus ad imaginẽ dei, efficiens, vt petrus inquãtum filius pauli eſt eius heres, ⁊ finalis, vt/petrus inquantum beatificabilis eſt perpetuus, exẽpla ſunt. D.ſ.ad hoc propoſitum.3.diſtin.10.

3. No. ¶ Igitur ſi huiuſmodi propoſitiones accipiãtur cauſaliter, propõ primi generis exponitur per copulatiuam in cuius prima parte affirmatur predicatũ exponibilis de eius ſubiecto eodem modo supponẽte ſicut in ipſa exponibili, in ſecũda terminus reduplicatus de eodem ſubiecto itidem eodẽ modo ſupponẽte, et in tertia idem predicatũ de termino reduplicato diſtributo (ſi fuerit terminus cõmunis) et quarta eſt vna cauſalis in cuius añti affirmatur terminus reduplicatus de tranſcendẽti, ⁊ in ꝯñti predicatum exponibilis de relatiuo eiuſdẽ tranſcendentis. V.g.omnis homo inquãtum rationalis eſt riſibilis, ſic exponitur/omnis homo eſt riſibilis, ⁊ omnis homo eſt rationalis, ⁊ omne rationale eſt riſibile, et q2 aliquid eſt rationale ipſum eſt riſibile. ¶ Propoſitio ſecũdi generis exponitur per vnam diſiunctiuam contradictoriam copulatiue per quam exponitur eius contradictoria primi generis, vt/non omnis homo inquãtum rationalis eſt riſibilis/ſic exponitur/nõ omnis homo eſt riſibilis, vel non ois homo eſt rationalis, vel nõ omne rationale eſt riſibile, vel non q2 aliquid eſt rõnale ipſum eſt riſibile. ¶ Propoſitio tertij generis exponitur per vnã copulatiuã, in cuius prima parte predicatũ exponibilis negatur de eius ſubiecto eodem modo ſupponẽte ſicut in exponibili, ⁊ in ſcđa affirmatur terminus reduplicatus de eodẽ ſubiecto itidẽ eodem modo ſupponẽte, ⁊ in tertia negatur predicatum exponibilis de termino reduplicato, ⁊ quarta eſt vna cauſalis in cuius antecedẽti affirmatur terminus reduplicatus de tranſcẽdenti, et in ꝯñti negatur idem predicatum de relatiuo ipſius tranſcendentis. V.g.hec/omnis homo inquãtum rationalis non eſt rudibilis/ſic exponitur/omnis homo nõ eſt rudibilis, ⁊ omnis homo eſt rationalis, ⁊ omne rõnale non eſt rudibile, ⁊ q2 aliquid eſt rationale, ipſum nõ eſt rudibile. ¶ Propoſitio quarti generis exponitur per vnam diſiunctiuã contradictoriam copulatiue per quã exponitur eius cõtradictoria tertij generis, vt/non ois homo inquãtum rationalis nõ eſt rudibilis, ſic exponitur/aliquis homo eſt rudibis, vel aliquis homo nõ eſt rationalis, vel aliquod rationale eſt rudibile, vel nõ q2 aliquid eſt rationale, ipſum nõ eſt rudibile. ¶ Quo fit qualitatem prime ⁊ tertie exponentiũ inſequi qualitatẽ verbi, qualitem autẽ ſecũde exponentis inſequi qualitatẽ dictionis reduplicatiue. ¶ Et ſolent deſignari tres prime ille exponentes per has quatuor dictiones, barbara/bodoco/retrahet/viroris/quarũ prima denotat, omnes tres exponẽtes primi generis eſſe vniuerſales affirmatiuas, ⁊ ſecunda ꝙ tres prime exponentes propõnis ſecũdi generis ſunt particulares negatiue ⁊c. Supponitur tamen per ſecundã ⁊ tertiam ꝙ tales vniuerſales reduplicatiue exponantur ante reſolutionẽ rationes ſubiecti in ſingulares, qđ nõ ſemper oportet, vt infra videbitur. ¶ Quãdo autẽ tales reduplicatiue accipiũtur cõcomitanter, exponũtur omnino eodẽ modo, hoc dempto, ꝙ quarta exponens loco cauſalis eſt condicionalis ex eiſdem añte ⁊ conſequente, ⁊ in hoc ſenſu vniuerſaliter accipiũtur a modernis ſummuliſtis, cum tamen in omnibus ſcriptis longe frequentius accipiãtur in primo ſenſu, immo vniuerſaliter ſunt cauſaliter accipiende, niſi vel ex terminis ipſis conſtet accipi cõcomitanter, vel inter arguentes ſupponatur. ¶ Igitur eadẽ eſt hic concluſio que in ſuperioribus capitibus, vz ꝙ ab exponibili ad exponentes et econuerſo eſt mutua conſequẽtia.i. a reduplicatiua primi aut tertij generis ad copulatiuã ſuarum exponentiũ ⁊ econuerſo eſt mutua ꝯña, ſicut a reduplicatiua ſecũdi, aut quarti ad diſiunctiuã earum.

¶ At ſummuliſte huius temporis nollant ſubiectum añtis in vltima exponente eſſe tranſcẽdens, 4. No.
ſed ipſummet terminũ reduplicatũ, ita vt vltima exponẽs huius/omnis homo inquãtum rationalis eſt riſibilis, ſit hec/ſi rationale eſt rationale, rationale eſt riſibile/⁊ ſi acciperetur cauſaliter, equa ratione tenerẽtur dicere eſſe hanc/ q2 rationale eſt rationale, rationale eſt riſibile. Quorum ea ſola eſt ratio, vt conſtituant ꝯñam formalem ab exponibili ad exponẽtes, q2 alias ſi ſubiectum eſſet ly aliquid cum nõ habeat aliquem terminũ in exponibili ſynonimũ, poſſet inſtari ponẽdo loco illius alium quẽcunq3. V.g.huic ꝯñe/omnis homo eſt riſibilis, ⁊ omnis homo eſt rationalis, ⁊ omne riſibile eſt rationale, ⁊ ſi aliquid eſt rationale ipſum eſt riſibile, ergo omnis homo inquantum rationalis eſt riſibilis, poſſet inſtari per hanc/omnis homo eſt albus, ⁊ omnis homo eſt rationalis, ⁊ omne rationale eſt album, ⁊ ſi equus eſt rationalis ipſe eſt albus, ergo omnis homo inquãtum rationalis eſt albus (caſu quo omnes hoies eſſent albi). Iſti autem vt ſubſtineãt inter exponentem ⁊ exponibiles formalitatẽ ꝯñe, deuiant a recta expoſitione reduplicatiuarũ. Ubi attente notato, ꝙ dictio reduplicatiua (vt ex ipſo modo ſignificandi conſtat) denotat predicatum eſſe de intrinſeca ratione termini reduplicati, ac ſubinde terminũ reduplicatũ eſſe cauſam quare predicatum, non ſolũ ſubiecto reduplicatiue, verum cuicũq3 de quo talis terminus reduplicatus verificatur, cõuenit. Et proportionabiliter quando dictio reduplicatiua dicit ſolam cõcomitãtiam denotat ꝙ in quocũq3 reperitur terminus reduplicatus reperitur ⁊ predicatũ ipſum (ſi ſit propõ primi generis) aut (ſi ſit tertij) qđ de quocunq3 tali negatur, que quidẽ aut cauſalitas aut cõcomitantiã non poſſet apte exprimi niſi ſubiectum añtis condicionalis eſſet tranſcendens, vt Auth.ſum.et omnes antiqui docuerunt. A quo proinde modo exponendi nõ eſſet modernis deuiandũ vt facerent ꝯñam formalem inter exponibilẽ ⁊ exponẽntes, quã, tenere nõ opus eſt ad rectam expoſitionem, vt infra videbitur. Eo vel maxime ꝙ ſi meminerĩs ſolam impoſſibilitatẽ añtis non ſufficere ad bonitatem ꝯſequentie, niſi ſit intrinſeca illatio, ⁊ ve ra expoſitio noſtra eſt formalis, ⁊ illa ꝯña ab exponentibus ad exponibilem que aſſumpta eſt ad inſtandũ, eſt quidem ſimilis forme cũ prima, ſed certe bona ſicut prima, quia añs eſt falſum pro vltima exponẽte.ſ.ſi equus eſt rationalis, equus eſt albus, que eſt mala ꝯña, ⁊ ideo quẽcunq3 terminũ accipias loco de ly aliquid, nunq3 dabis exponibilẽ veram exponentibus falſis, aut contra. ¶ Poſſet forſan aliquis dicere ſubiectum añtis cauſalis aut condicionalis debere eſſe ſubiectum illius exponibilis, vt vltima exponẽs ſuperioris reduplicatiue ſit hec/q2 homo eſt rationalis, homo eſt riſibilis/aut ſi homo eſt rationalis, homo eſt riſibilis, ſed tunc non denotatur niſi particularis cauſa aut concomitantia illius predicati in illo determinato ſubiecto.

¶ Dixerim ſupra huiuſmodi dictiões 5. No.
admmus ly ſecundũ, quando eſt prepoſitio accuſatiui, accipi diminutiue, vt hic/ethiops eſt albuſ ſm dentes, nam ſi acciperetur aut ſpecificatiue aut reduplicatiue, preiacenſ eſſet vera.ſ.ethios eſt albuſ, quod eſt falſum, accipitur ergo diminutiue, qđ eſt denotare predicatũ/albus/non abſolute ſubiecto, ſed parti ſignificate per talẽ accuſatiuũ accidere. Eſt enim pulchra regula docto.ſancti.1.q.16.vz ꝙ id qđ põt cõuenire parti ⁊ toti, ſi ſolũ cõueniat parti non attribuimus toti, id aũt qđ ſoli parti conuenire poteſt quãdoq3 abſolute attribuimus toti. Nõ enim dicimus ꝙ ethiops eſt albuſ, ſed ꝙ ſit albus

secũdum dentes, dicimus autem ꝙ sit crispus, (sine addito) q̄ꝗ̄ soli capiti insit crispitudo. Unde hec/ christus sm hũa nitatẽ est creatura, q: non asserit absolute ꝙ christus est crea tura, sed ꝙ humanitas que est in christo est creatura, ab om nibus indubitãter cõceditur, hec tñ reduplicatiua/ christus inquãtũ homo est creatura a multis negaẽ ratione prime ex ponẽtis, q̄ꝗ̄ doctor sanctus eodem loco et in tertio negans ꝙ christus sit creatura, concedit ꝙ christus scdm ꝙ homo est creatura, vbi videtur innuere ad veritatẽ reduplicatiue non requiri veritatem preiacẽtis, sed forsan accipit eam loco hu ius/ christus sm humanitatẽ est creatura / cõparat eñ illam huic/ ethiops est albus sm dentes. Sed de his pro summuli stis satis.

6. No. ¶ Adhuc supposito requiraẽ veritas omniũ quatuor exponentiũ modo predicto, disputatur inter summulistas an tantũdem esset exponere per solas duas illa rum, aut forsan per solas tres. Ubi notato quatuor proposi tiones. ¶ Prima. Propositio reduplicatiua nõ exponitur per tres primas dempta vltima, nam omni hoie existente al bo hec est falsa/ omnis homo inquantũ rationalis est albus/ vt manifestat vltima exponens, et tñ tres prime exponentes sunt vere. Ex quo sequiẽ, non recte exponi per aliquas duas illarũ trium. ¶ Secunda. Nec exponitur per ceteras tres dẽ pta secũda, q: ceteris animãtibus preter hominẽ existentib⁹ albis hec est falsa/ oẽs homo inquãtum albus est coloratus, ratione secũde exponentis, ⁊ tñ relique tres sunt vere. Et in de sequitur non posse exponi per aliquas duas illarũ trium. ¶ Tertia. Tres exponentes dempta prima conuertũtur for maliter cũ tota reduplicatiua. Hoc patet, q: copulatiua illa rum triũ infertur ex copulatiua omniũ quatuor (vt notũ est) et ꝙ ecõtrario illa copulatiua inferat hanc, itidem patet, q: tertia ⁊ secunda exponẽtes inferunt in barbara aut in darij primã. Accepta eñ hac. v.g. oẽs homo inquãtũ rationalis est risibilis, formalr sequitur/ omne rõnale est risibile, ⁊ omis homo est rationalis, ergo omnis hõ est risibilis, ⁊ si illa redu plicatiua esset particularis, sequereẽ in darij. Et si essent ter tij generis, sequereẽ in celarent, aut in ferio. Nõ si terminus reduplicatiuus esset singularis, sequeretur expositorie, vt ui pe facile praticabis. ¶ Quarta. Quinimmo sole due. s. secũda et vltima, vt omnes antiqui (presertim mãtuanus) asserebãt, conuertũtur cum tota exponibili. Nõ patet, nam copulati ua talium duarũ exponentium infertur ex copulatiua omniũ quatuor, vt notum est, ⁊ ꝙ copulatiua duarũ inferat copula tiuam quatuor patet. Secũda ⁊ quarta inferunt tertiã, ⁊ ter tia et secunda inferunt primã, ergo de primo ad vltimũ, scõa et quarta inferũt omnes quatuor. Minor est nota per tertiã propositionẽ, ⁊ probatur maior. Accepta. v.g. hac/ omnis hõ inquantũ rationalis est risibilis/ formalr sequitur in quibus cũqȝ terminis. Omnis homo est rationalis, et q: aliquid est rationale ipsum est risibile, ergo omne rationale est risibile. Quinimmo ex eodem añte sine alia intermedia consequen tia sequitur prima exponens. s. omnis homo est risibilis. Et ratio vtriusqȝ cõsequentie est, q: supposito (vt res habet) nul lam esse bonã cõsequentiã nisi que tenet per modum intrinse cum, nunq̄ꝗ̄ illa condicionalis aut causalis erit bona conse quentia, nisi in terminis in quibus predicatum ꝯñtis sit de intrinseca ratione, aut cõuertibile cũ predicato añtis, ⁊ tunc ex affirmatiõe predicati añtis de aliquo sequitur affirmatio predicati ꝯñtis de eodem distributo. Si enim hec ꝯña est bo na/ si aliquid est. a. ipsum est. b. et hec in eisdem terminis erit bona/ si aliquid est. a. omne ipsum est. b. quare q̄ꝗ̄ subiectũ cõsequentis in condicionali formalr non distribuatur, quan do tñ est relatiuũ reciprocum subiecti añtis, perinde est ac si distribueretur. Unde formalr sequitur/ si aliquid est rationa le ipsum est risibile, ⁊ rationale est rõnale (quod ponit secũda exponens) ergo omne ipsum quod est rõnale est risibile, ⁊ to ta condicionali cum positione añtis ad positionem cõsequen tis. Unde sequitur ⁊ prima ⁊ tertia exponens dicte exponibi lis. ¶ Sed arguunt moderni contra regulã. Hec/ deus inquã tum ens est deus/ omnis homo inquantũ animal possibiliter est risibilis, ⁊ multe alie similes sunt false, vt patet per tertiã exponentem, ⁊ tñ tres cetere exponẽtes sunt vere, ergo quar ta regula falsa, ac subinde reduplicatiua non põt exponi per duas aut tres dempta tertia. Ad hoc tñ concessa maiore. s. ꝙ tales reduplicatiue sint false, negatur minor, immo falsificã tur ratione vltime exponentis, he eñ sunt false/ si aliquid est ens ipsum est deus/ si aliquid possibilr est animal ipsum possi biliter est risibile, sunt eñ male consequẽtie, q̄ꝗ̄ vtriusqȝ cõ sequẽs sit necessariũ. Nec potest aliquod argumentũ contra hanc regulam antiquorum formari, nisi supposito ꝙ ad bonita tem ꝯñe sufficiat impossibilitas añtis, aut necessitas cõsequẽ tis, quod est falsum. ¶ Hinc sequitur, ꝙ q̄ꝗ̄ huius. v.g. re duplicatiue/ omnis homo inquantũ omne rõnale est risibile, aut/ inquantũ. b rationale est risibile, admitteres tertiã expo nentem esse hanc/ aliquod rationale est risibile (subiecto non distributo) nihilominus dicta exclusiua cõuerteretur cum co pulatiua triũ exponentiũ dempta prima, q: q̄ꝗ̄ prima non sequeretur ex scõa ⁊ tertia (q: argueretur ex puris particula ribus) sequeretur tñ ex secũda ⁊ quarta. Ut q̄uis reduplica tiua conuertaẽ cum duabus exponẽtibus nihilominus est ex ponenda per omnes quatuor, q: nõ potest per pauciores ple ne eius significatio explicari.

¶ Possunt sicut in exclusiuis. Propo 7. No.
sitiões de reduplicato extremo a reduplicatiuis secerni, que quidẽ sunt resolubiles per ascensum vel descensum sub toto complexo ex termino a quo fit exceptio ⁊ dictione reduplica tiua, si fuerit immediate resolubile, ⁊ tandem singularis per quã fit verificatio debet probari per exponentes tanq̄ꝗ̄ redu plicatiua. U.g. hec propositio/ aliquod risibile inquantũ ra tionale disputat, in sensu reduplicatiuo facit hunc sensum, aliquid de quo verũ est dicere ꝙ est risibile inquantũ rõnale, disputat, ⁊ hec/ omne risibile inquãtũ rationale disputat, pro portionabilr hanc/ omne illud de quo verum est dicere ꝙ est risibile inquãtum rationale, disputat (fertur eñ tunc signum in totũ complexum) ⁊ debet resolui per singulares hmõi, hoc risibile inquãtum rationale, disputat (pronomine totũ singu larizante). Uerum est tñ ꝙ quando ly inquãtum ponitur im mediate post totũ subiectum non accipiẽ propositio in rigore nisi reduplicatiue, sed quando reduplicat supra aliquã partẽ subiecti, aut quando ponitur a parte predicati, vt hic/ omne diligens inimicũ inquantum proximũ, seruat legem/ aliquod animal est risibile inquãtum rationale/ facit propositionẽ de reduplicato extremo, aut parte extremi. Sȝ singularis hec/ hoc est risibile inquãtum rõnale (per quã fit verificatio talis predicati) sic est exponenda/ hoc est risibile, ⁊ hoc est rationa le, ⁊ omne rationale est risibile, et q: aliq̄d est rationale ipm est risibile, ⁊ hec/ petrus est diligens inimicũ inquantũ proxi mũ (per quã fit verificatio subiecti prime) sic proportionabili ter/ petrus diligit inimicũ ⁊ diligit proximũ ⁊ inimic⁹ est pro ximus, et q: inimic⁹ est proximus petr⁹ diligit ipm. ¶ Quis sit hanc ppositionẽ/ aliquod risibile inquantũ rationale dis putat/ que in sensu reduplicatiuo est falsa, casu quo aliquis homo disputet, in sensu reduplicato esse verem. Sequitur eñ/ hoc disputat/ ⁊ hoc est aliquod risibile inquantũ rationa le, ergo aliquod risibile inquantũ rationale disputat. Si tñ consequens acciperetur in sensu reduplicatiuo non sequere tur, nam minor extremitas diuersimode acciperetur in mino ri et in conclusione, in minori. s. vnica acceptione seu cate goreumatice, ⁊ in conclusione pluribus seu syncategoreumati ce, quod est dicere/ exponibiliter.

¶ Circa suppositiones terminorum 8. No.
reduplicatiue notandum, subiectum, sicut omnes terminos precedentes dictionem reduplicatiuam supponere secũdum exigentiam signorum que in ipsos feruntur. Quibus pro inde debentur ascensus et descensus talibus suppositioni bus respondentes. Quinimmo q̄ꝗ̄ possint reduplicatiue

immediate exponi vt dictum est, clarius tamen et tutius fiet si prius resoluantur termini precedentes dictionem, vt si in hac/omnis homo inquantū rationalis est risibilis, prius singularizetur ly homo, ꝙ̄ talis propositio exponatur. ¶ Terminus autē reduplicatus, ꝗ̄ꝗ̄ iuxta doctrinam quinte regule suppositionū secunda parte introductionū tradite, posset dici formaliter distribui, q2 in tertia exponente distribuitur, equiualenter tamē mixtim supponit modo supra exposito, q2 in aliqua exponentium distribuitur ⁊ in aliqua non. Quare sub illo nec valet descensus copulatiuus tanꝗ̄ sub termino distributo, nec ascensus disiunctiuus. Etenī/omnis homo inquantū rationalis est risibilis/est vera, ⁊ omnes descendentes sub ly rationale sunt false, sicut econuerso in hac/petrus inquātum animal est homo/aliqua singularis sub ly animal est vera, ipsa reduplicatiua existēte falsa. Nec sub tali termino valet descensus disiunctiuus si subiectū distribuatur, q2 in nulla exponentium supponit determinate, supponit enī in secunda confuse tantū, sed si subiectū nō distribueretur, valeret quidem propter rationē oppositam, vt hic/petrus inquātum rationalis est risibilis. ¶ Sed queris an liceat sub tali termino ascēdere copulatiue (quem quidē ascensum diximus in exclusiuis et exceptiuis valere sub termino qui in altera exponētium distribuitur) postꝗ̄ in tertia exponente distribuitur. Non licet, si tantū demonstrentur supposita que illi correspōdent in ordine ad verbū sue propositionis. Et ratio est quia virtualiter ascenderetur sub predicato antecedētis causalis aut condicionalis, contra doctrinam. 16. capitis. 1. tractatus. Non enī sequitur/si aliquid est hoc animal ipsum est homo, ⁊ si aliquid est hoc animal ipsum est homo, ⁊c̄. ergo si aliquid est animal ipsum est homo, nam solis hominibus existentibus antecedēs est verum ⁊ cōsequens falsum. Proportionabilr̄ dicēdum est de subiecto et termino reduplicato exponibilis tertij generis, et opposito modo in propositionibus secundi aut quarti. In hac autē/omnis homo inquantū omne rationale est risibilis, volunt ly rationale determinate supponat propter illa duo signa vniuersalia que feruntur in ipsum, quod reuera posset non admitti, cū duo signa affirmatiua nō videātur se impedire a distributione, sed cum sit questio de nomine cōueniendum est cū arguente, sicut potest admitti ꝙ in hac/omnis homo inquātum. b. rationale est risibile, descendēdum est immediate sub ly rationale, ⁊ potest quidem negari, q2 ly. b. non videtur impedire distributionē signi vniuersalis. ¶ At predicatū reduplicatiue ꝓmi generis nullo alio signo a dictione reduplicatiua modificatum, si subiectum distribuatur, supponit confuse tantū, cum in nulla exponente ponaṫ nisi in prima, ⁊ ibi supponat illo modo. Quo fit vt valeat sub illo ascensus disiūctus, disiunctiuus, ac proinde copulatiuus, dūmodo fiat per singularia vaga, nā aliaſ non sequitur/petrus inquātum petrus est petrus, ⁊ petr⁹ est omne album, ergo petrus inquātum petrus est albus, sed valeret si in maiori diceres/petrus inquātum petrus est hoc album. Fit inde vt sub illo nō valeat descensus disiunctiu⁹, nec proinde copulatiuus. ¶ Sed queris an subiecto non distributo liceat sub tali predicato disiunctiue descendere, ⁊ videtur ꝙ sic per regulam. 2. cap. traditam, cum in prima exponente supponat determinate. Minime licet. Et ratio est, q2 virtualiter descenderetur sub termino cōsequentis condicionalis aut causalis contra doctrinam. 16. cap. 1. tracta. Non enī sequitur/petrus inquātum rationalis est risibilis, ergo petrus inquātum rationalis est hoc risibile (ꝗ̄ꝗ̄ demonstreſ ipsum petrū) propter defectū cōmissum inter vltimā exponētē ↄ̄ntis ad vltimā consequētis, immo nec valeret ascensus disiunctius sub tali termino demonstrando sola risibilia ꝗ̄ sunt, aut possunt esse, valeret autem si demonstrarētur omnia que imaginantur esse.

9. No. ¶ Circa oppositiones reduplicatiuarum nihil est particulare considerandū, sed opponūtur sicut cetere categorice, dūmodo ad contradictionē obseruetur ꝙ dictio reduplicatiua in altera affirmetur et in altera negeṫ, et ad contrarietatē ꝙ in vtraq3 vel saltem in altera affirmeṫ, ⁊ ad subcōtrarietatem ꝙ in vtraq3 vel in altera negetur. V. g. he due/omnis homo inquātum rationalis est risibilis/omnis homo inquātum rationalis non est risibilis/contrariantur, ⁊ he/non omnis homo inquātum rationalis est risibilis non omnis homo inquātum rationalis nō est risibilis/subcōtrariantur, prima est contradictoria tertie, et subalternans quarte, ⁊ secunda contradictoria quarte, ⁊ subalternans tertie. Et pariter in modalibus propositio de necessario contradicit propositioni de possibili nō, ⁊ cōtrariatur propositioni de impossibili, ⁊ est subalternāo ꝓpositiōis de possibili, ⁊ propositio de possibili subcōtrariaṫ propositioni de possibili nō.

¶ Lectio secunda.

Contra conclusionem autem superius positam arguitur. Non sequitur/deus inquantū omnipotens cōtingenter est creans, ergo deus contingenter est creans, ⁊ deus contingenter est omnipotens, ⁊c̄. (siue assignaueris vltimā causaliter siue condicionaliter) nam antecedens est verum vt ad cōmunem sensum apparet, ⁊ secūda exponens est falsa, ⁊ tamē arguitur ab exponibili ad exponentes, ergo conclusio falsa. Nō si negaueris minorem, dicens secūdam exponentem debere sic dari/deus possibiliter est omnipotens/vt terminus reduplicatus teneatur tam ample sicut in exponibili. Aliter arguitur, sequeretur hāc reduplicatiuam/petrus inquātum albus, erit coloratus/esse impossibilem, q2 eadem ratione vltima exponens erit hec/q2 aliquid est vel erit album, ipsum erit coloratum, in qua omnes termini tenentur eodem modo que est impossibilis, cum sit mala cōsequentia, ⁊ idem esset si acciperetur cōcomitanter. Et tamē videtur possibilis. ¶ Et confirmaṫ. Non sequitur/petrus inquantū creatura possibiliter non est ens, ergo petrus possibiliter non est ens, et petrus necessario est creatura ⁊c̄. (tertia exponens, siue causalis siue condicionalis) et tamen arguiṫ per regulam, ergo regula nulla. Maior patet, nam ꝙ antecedens sit verum patet per falsitatē sue contradictorie. s. petrus inquantū petrus necessario est ens, dictum enī est cōtradicendū esse in his sicut in alijs categoricis, ⁊ ↄ̄ns cōstat esse falsum pro secūda exponēte. Sed minor patet, q2 si aliqua illarum non esset eius exponens, maxime secunda, ⁊ tamen datur secundum regulam supraepositam, videlicet ꝙ exponens affirmatiua detur secundum exigentiam contradictionis ad negatiuam.

¶ Ad argumētum principale recte di- 1. No.
ctum est in secunda exponente, sicut in prima ⁊ tertia, terminos eodē modo debere supponere sicut in exponibili. At circa materiam replice est mihi dubium an copula antecedentis causalis seu cōdicionalis debeat esse synonima copule cōsequentis, ⁊ videtur ꝙ non, sed vna mediante qua terminus reduplicatus teneatur tam ample sicut in exponibili, que videlicet est copula secūde exponentis, q2 eadem apparet ratio de secunda ⁊ vltima exponentibus, quod vez termini in ipsis eodem modo amplientur sicut in exponibili. Sed est in cōtrarium aliquale argumentū, quod cū dictio reduplicatiua denotet cōcomitantiā inter reduplicatum terminū ⁊ predicatū, videtur talem cōcomitantiam donotare mediante eadē copula, vt vez vltima exponens illius/omnis homo inquātum coloratus erit albus, sit hec/si aliquid erit album ipsum erit coloratum, ⁊ a fortiori si exponeretur causaliter videtur antecedens, ipsam copulam ↄ̄ntis exigere. Eo vel maxime quod nō cōsonat cōmuni sensui talem reduplicatiuā esse impossibilē, quod tū sequitur si copula ↄ̄ntis esset ly est vel erit. ¶ In his igitur aures sunt cōsulende. Et posset nec ab re dici iuxta secundum motiuū. Et tunc dicendū non opus esse omnes terminos in omni exponente eque ampliari sicut in exponibili, quando aliter rectius exprimitur natura signi exponibilis. ¶ Iuxta quē modum dicendi, qū subiectū reduplicatiue est

terminus irresolubilis possent propōnes de extrinseco tēpore regulari immediate per expositionē, aut indifferenter p suas deinesse. Hec enī/petrus inquātum albus erit coloratus/est vera qā sua deinesse in futurū erit vera, & ecōtrario. Sed nō esset idem de propōnibus modalibus, hec enī/deus inquātū ompēs possibilr est creās/est vera, et tā sua deinesse est impossibilis rōne sue vltime exponentis. Quare iuxta modū concipiendi nō essent similes modales regulande per deinesse, sȝ per expositionē. ¶ Hinc sequit̄ has oēs modales/ols homo inquantū rationalis possibilr est risibilis/ omnis hō inquantum rationalis impossibilr est risibilis/ omnis hō inquātum rationalis necessario est risibilis/ eandē habere secūdā exponentē. s. ols homo possibilr est rationalis. In his autē modalibus idē est añs vltime exponentis detur per copulā ↄñtis, an per eius subalternā, dūmodo exponātur per oēs quatuor vel ad minus per tres vltimas expontētes, idem enī est dicas in vltima exponēte secunde/si aliquid possibilr est rationale ipsum contingēter est risibile, aut/si aliquid contingenter est rationale ipsum cōtingenter est risibile. Et idē est in vltima exponēte quarte dicas/si aliquid possibilr est rationale ipm necessario est risibile, aut/si aliquid necessario est rationale ipsum necessario est risibile. Dixerim dūmodo exponātur ad minus per tres, nam hec/deus inquantū creans necessrio est creans, (cōcomitanter) est falsa, & tā secunda. s. deus possibiliter est creans, & vltima (si añs datur per copulā vniuersalē) scȝ/si deus necessario est creās, de⁹ necessario est creās/sunt vere. Et ratio est, qꝛ he due. s. secūda/et quarta/nō inferunt/tertiā, cum secunda nō recte ponat constantiā añtis cōdicionalis vt inferatur ↄñs, qǒ est tertia. Sed si adderes tertiam per illam falsificaretur. Et idem praticabis in hac falsa/de⁹ inquantū deus cōtingenter est deus. Sed si in añte condicionalis poneres copulā secūde exponentis, sufficerent ille due vtpote que formaliter inferunt tertiā. Et per hoc ostēditur in modalibus, vel añs debere dari non per copulā consequētis, si fuerit vniuersalis, sed per subalternatam, vel exponendas esse per omnes quatuor exponentes ad minus addendā esse tertiam. ¶ De hac autem/deus inquātum omnipotens potest conseruare hominē qui est/& similibus, in quibus ponitur talis copula implicationis post copulā, qui tenent tale complexū nō ampliari dicerent eā esse impossibilē ratione vltime exponētis. s. si deus potest esse omnipotēs deus potest cōseruare hominē qui est/cuius añs est necessariū & ↄñs contingens, qꝛ reddit hunc sensum/deus potest conseruare hominē & ille est. At verius apparet (vt dictū est in modalib⁹) in hac/deus possibilr ↄseruat hominē qui est (cū relatiuū referat terminū post copulā) totum predicatū vnica ampliari, obidqꝫ dictum ↄñs esse regulandum per suā deinesse immediate, et non per illam reductionē ad copulatiuā, esseqꝫ necessariū, ac proinde dictam modalē.

2. No. ¶ Ad confirmationē concessa maiore negatur minor, etenī scōa exponens, q̄q̄ cōtingat illam esse opposite qualitatis ad primā, non tā debet dari ſm exigētiā cōtradictionis. Nā si in superioribus speciebus exponibiliū illud requirebat̄, eo erat q̄ ly tm̄ aut ly preter includūt negationes q̄ feruntur in copulas, at ly inquātū nullā negationē includit, sed si contingit secundā exponentē non esse eiusdem qualitatis cū prima, est, qꝛ prima insequit̄ qualitatē copule principalis, & scōa qualitatē dictiōis reduplicatiue, quare talis scōa exponens nō debet dari nisi per copulā mediāte qua termini teneant̄ tam ample sicut in exponibili. Unde harū reduplicatiuarū/omnis homo inquantū rationalis est & non fuit risibilis/omnis homo inquantū rationalis est vel nō fuit risibilis/q̄q̄ prima sit affirmatiua primi generis, & scōa negatiua tertij, eadē est scōa exponens. s. omnis hō est vel fuit rationalis. ¶ Idē censendū de quātitate terminoꝝ. Etenī si dicas/omnis hō & equus inquantū alalis non sunt lapides, partes subiecti tam in prima q̄ in secūda exponēte, q̄q̄ sint opposite qualitatis, eodem modo habent supponere sicut in exponibili. Et idē sentito de termino reduplicato huius/ols homo inquantū ex omni materia & forma compositus est corruptibilis, qui vȝ eodē modo debet supponere in scōa & tertia exponētibus. ¶ Hmōi tā termini cōplexi nō tā apte multiplicantur in reduplicatiuis q̄ in alijs exponibilibus maxime qꝛ non est aliqua noua difficultas, que in ipsis possit hic tractari & ideo ab eoꝝ multiplicatione abstinendū duximus, presertim qui nō admittamus ad bonitatē ↄñe sufficere aut impossibilitatē añtis, aut necessitatē ↄñtis, vnde argumenta que hic solent multiplicari emanant.

¶ In exponēdis reduplicatiuis in quibus terminus reduplicatus tenet̄ in ordine ad copulā aliam a principali, nihil aliud noui obseruādum est, nisi q̄ scōa exponens & añs vltime debent dari per talē copulam, et (vt opinor) si talis copula reduplicationis fuerit negatiua, debet et tertia exponens esse negatiua, cetera enī omnia debent oīno obseruari ſm regulas traditas. V. g. hec/petrus inquātum fuit creatus hō erit perpetuus/sic exponitur/petrus erit perpetuus, & petrus fuit creatus homo, & omne qǒ fuit creatum homo erit perpetuū, & si aliquid fuit creatū homo ipsum erit perpetuū/& hec/deus inquantū necessario est ompēs cōtingēter est creans/sic/deus contingēter est creās, & deus necessario est ompēs & omne ompēs qǒ necessario est omnipotens contingenter est creans, et si aliquid necessario est ompēs ipsum cōtingēter est creans. Sed hec/petrus inquantū nō est deus est creatura/sic/petrus est creatura, & petrus non est deus, et nullus deus est creatura, & si aliquid nō est deus ipm est creatura. Etenī non apparet mihi tertiā exponentem esse negatiuam (vt quibusdam placet.) 3. No.

¶ Capitis quinti Lectio prima.

Post exponibiles ratione aduerbij sequūtur ille que ratione verbi exponibiles redduntur. Et primo disputādū est de expositione de ly differt, quod per pauciores exponentes q̄ ly/incipit/aut/desinit/exponitur. 1. No.
¶ Igitur cū in hmōi exponibilibus ipsum idē signū exponibile sit copula ppōnis, aut participium in qǒ talis copula resoluitur, nō distinguūt̄ nisi duo genera. s. affirmatiuarū & negatiuarū. Affirmatiue dicūtur, quarū copule affirmant̄, & negatiue quarū copule negantur. ¶ Propositio affirmatiua immediate exponibilis ratione de ly differt exponit̄ per vnā copulatiuā ex tribus categoricis, in quarū primis duabus ponūtur constātie extremoꝝ differētie, & in tertia negatur alterū extremū de altero. Et propō negatiua exponitur per disiunctiuam cōtradictoriā copulatiue per quā exponit̄ propō affirmatiua primi generis. V. g. petrus differt a paulo, sic exponitur, petr⁹ est, & paulus est, & petrus nō est paulus, & hec/petrus nō differt a paulo, sic/petrus non est vel paulus non est, vel petrus est paulus. Que quidē expositiōes designant̄ per has dictiōes/vitio/cōmoti. Quarū prima denotat duas singulares affirmatiuas & vnā negatiuā & secūda ecōtrario, qꝛ hmōi exponibiles nō exponūtur nisi subiecto singularizato. ¶ Extremoꝝ differētie, vt in plurimū, alterū est subiectū exponibilis, & alterū exprimit̄ in ablatiuo, quādoqꝫ tā ponūtur ambo a parte subiecti, vt in hac/petr⁹ et paulus differūt inter se, que sic exponitur/petrus est, & paulus est, et petrus non est paulus.

¶ Dixerim immediate exponibilis.

Ubi notandū, propōnes immediate exponibiles ratione de ly differt vocari in presentiarū, propōnes de modo loquendi consueto, in quibus ly differēs cū suo ablatiuo est totale predicatū, & si vis clare & tute agere, adde/deinesse/& singularis vt sunt he/petrus differt a lapide/petrus nō differt a lapide. 2. No.
Cetere autē ad hanc formā sunt reducēde antēq̄ exponant̄. V. g. hec/petrus omne differens a paulo est/que est de modo loquendi incōsueto, habet regulari per resolutionē copulatiuam sub predicato. s. petrus hoc differens a paulo est, & petr⁹ hoc differens &c. Sed cognoscatur pro quo predicatū suppos.

nas, per veritatē huius/hoc est differens a paulo/que est immediate exponibilis. Et pariter sua contradictoria. s. petrus differens a paulo non est/habet immediate resolui disiunctiue sub predicato. Est eñ vera rebus vt nunc, ꝛ tñ exponētes essent false si immediate exponeret̃. Nec eius singularis. s. petrus hoc differens a paulo nō est (demonstrato ioanne) est immediate exponibilis, sed debet regulari per hoc qḋ extrema pro eodē supponāt aut non. Si eñ esset exponenda immediate, maxime sic (vt quidā exponit) petrus hoc nō est (demōstrato eodē supposito quod demonstrat̃ in exponibili) vel petrus paulus est, sed reuera paulo non existēte hec exponibilis est fa/petrus hoc differens a paulo non est (demōstrato eodem petro) et tñ exponētes sunt false. ¶ Rursus hec/oē differens a deo est creatura (vbi differens ponitur a parte subiecti) debet resolui immediate copulatiue sub subiecto, sic/hoc differens a deo est creatura ⁊c̃. Et suppositio subiecti hꝫ cognosci per veritatem huius/hoc est differēs a deo, que est immediate exponibilis. Et proportionabilr̃ dicito de hac/tantum differēs a deo est creatura/que est immediate exponibilis ratione de ly tñ. Et ita in ceteris. Hec autē/differens a deo est creatura/aut resoluatur ratione subiecti, aut/quod idem est) cōuertatur in hanc/creatura est differēs a deo/que est immediate exponibilis. ¶ Itē hec/petrus videt differens ab hoīe (ly differens in accusatiuo) habet immediate cognosci ꝑ suppositionē extremoꝝ, et suppositio partis predicati cognoscit̃ per veritatem huius/hoc est differens ab hoīe/que est immediate exponibilis. Et qñ sub ly differens est necessario descēdendū aut ascēdendū anteq̄ exponat̃, solet dici categorematice accipi, ꝛ qñ licet ipm̄ immediate exponere, accipi syncategorematice. ¶ Et q̄uis hec/petr⁹ possibilr̃ differt ab albo/ et cetere modales possint immediate exponi (vt infra videbitur) clarius tñ ꝛ tutius regulant̃ per suas deinesse immediate. Rursus q̄uis hec/omnis hō differt ab equo, possit immediate exponi, clarius tñ operaberis, si eam ꝛ ceteras de subiecto cōi prius resoluas in suas singulares. Itaq̄ nullā exponas ratione de ly differt quo adusq̄ reduxeris ad hanc formā/petrus, aut, hoc, est differēs ab homine. Per quod vnū fundamentū magnā argumentoꝝ struem dissolues.

3. No. ¶ Proportionabiliter exponūtur he/ petrus differt genere a lapide / differt specie a brunello/differt numero a paulo. Hoc vno cōsiderato ꝙ tales determinationes solent quādoq̄ denotare id in quo aliqua differunt, ꝛ tunc talis determinatio dicitur cōiter de vtroq̄ extremo differentie, vnde dicte propōnes sic exponūtur: petrus est alicui⁹ generis, ꝛ lapis est alicuius generis, et petrus non est illius generis immediati cuius est lapis, vel si mauis/petrus alicuius generis cuius est lapis nō est, nam male diceres/petr⁹ non est illius generis cuius est lapis, cum sint eiusdē generis scꝫ substātie ꝛ corporis. Et ꝓportionabilr̃ cetere. Quādoq̄ autē talis determinatio denotat id per qḋ vnū differt ab alio, quod vcꝫ est ei peculiare, vt si diceres/homo ratione differt a bruto, et tunc nō debet addi talis determinatio ꝯstantie alterius extremi, est eñ illa propō vera q̄uis brutū non sit rationale, sed talis propō resoluit̃ per hanc: homo differt a bruto et est rationale quale non est brutū. ¶ Hinc fit illas determinationes non distribui (vt quidam volunt) immo cū in tertia exponente distribuātur, non aūt in duabus primis, fit vt mixtim modo supradicto supponāt, nec licet sub illa immediate descendere copulatiue aut disiunctiue, siue eñ humanā siue equinā demonstres, hec est falsa/petrus hac specie differt ab equo/cum altera duarū primarū exponentiū. s. petrus est huius speciei, ꝛ equus est eiusdē speciei, sit falsa. Non diceris ly specie supponere simplr̃, cū in exponentibus liceat sub illo ascendere ꝛ descēdere. ¶ Propōnes de ly aliud ab, vt/petr⁹ est alius a paulo/ eodem modo exponūtur sicut propōnes de differt, obseruato ꝙ in neutro genere denotat distinctionem essentie, in masculino autē, suppositoꝝ tantū. Quare confitētib⁹ nobis ꝙ pater in diuinis est alius a filio, negandū est ꝙ sit aliud a filio. ¶ Vnū tñ hoc nō decet hic te preterire, qḋ in hmōi expositionibus extendimus late ly differt vt conuertat̃ cū ly diuersum, nā iuxta modū loquendi philosophoꝝ quē docet Aristoteles. 5. meta. t. co. 15. et decimo. t. co. 11. diuersum latius extenditur q̄ differens, nam cū/diuersum/et/idem/cōtrarie opponātur, oīa quomodocūq̄ distincta, q̄uis in nullo cōueniant, dicūtur diuersa (immo si in nullo cōueniant dicūtur primo diuersa) non autē dicūtur differētia nisi que in aliquo cōueniant. s. specie, genere, aut proportione, sicut quātitas ꝛ qualitas q̄ proportionātur in ente. Quare vltime differentie diuersaꝝ specierum, dicūtur quidē diuerse, sed nō differentes, quinetiā deus, potius dicitur diuersus a creatura q̄ differens, qꝛ nec habet differentiā nec est per differentiā contrahibilis. Sed hec satis est vos admonuisse. ¶ Ex modo exponendi tradito sequit̃ has propōnes/celū non differt a chimera/antichristus nō differt ab hoīe sanctissimo/ ꝛ similes in quibus alterum extremū non supponit, esse veras. Iuxta modum loquendi Arist. 10. meta. nō enti nihil est idē aut diuersum, item has/celum est aliud q̄ terra ꝛ nihil aliud q̄ terra, petrus differt ab animali qḋ non differt ab hoīe. Patet prima. Celū est, ꝛ aliquid qḋ est terra ꝛ nihil aliud q̄ terra (vnica acceptione) est, ꝛ celū nō est illud qḋ est terra ꝛ nihil aliud q̄ terra, ꝛ proportionabilr̃ probabis secūdā, et plures alias id genus. ¶ Est igitur hic conclusio sicut in ceteris. Ab exponibili primi gñis ad copulatiuā suarū exponentiū est mutuū argumentū sicut ab exponibili secūdi ad disiunctiuā suarū.

¶ Circa suppositiones terminorū exponibilis de ly differt nulla est difficultas, nā termini precedentes ly differt supponūt sm̄ exigentiā signoꝝ que in ipsos feruntur, ꝛ sm̄ eoꝝ exigētiam sunt resoluendi, et pariter totū complexū ex ly differens ꝛ eius ablatiuo, qñ categorematice accipit̃. i. qñ ꝓpō nō est immediate exponibilis (vt late visū est). 4. No.

Item ablatiuus sequens ly differens affirmatū, non modificatus ab alio signo, supponit simplr̃ distributiue, ꝛ vbi negatur, supponit aut confuse aut determinate sm̄ exigentiam suppositionis quā habebat in sua ꝯtradictoria. V. g. in hac/petrus differt ab hoīe/supponit pure distributiue, qꝛ non ponitur nisi in tertia exponēte ꝛ ibi distribuitur, ꝛ proportionabili rōne in sua contradictoria supponit determinate. Quare licet immediate ascendere ꝛ descēdere copulatiue sub tali ablatiuo in affirmatiua, ꝛ disiūctiue in negatiua, nisi fortasse in modalibus. Sed in hac/homo differt ab aīali/nō valet ascēsus copulatiuus añ resolutionē subiecti, qꝛ alias ex parte subiecti argueret̃ a pluribus ad vnicā determinatā, quare in sua contradictoria. s. omnis hō non differt ab aīali supponit ly differens confuse tm̄. Igit̃ equiualent respectu verbi presentis/homo differt ab animali, et/homo a quolꝫ aīalī differt. ¶ At vero respectu verbi extrinseci temporis cauendum est (quod docet paulus. 21. argumēto primi dubij) ne descendatur ante resolutionē determinationis copule, respectu cuius est determinabile acceptū nō vnica, non eñ sequitur/ petr⁹ differet ab albo, ergo petrus differet ab hoc albo, ꝛ petrus differet ab ab hoc albo, ꝛ cetera, nā demonstratis albis que nō erunt simul cū petro, ꝯñs erit falsum añte existēte vero, sed resoluta prius determinatione copule. s. petr⁹ in hoc instanti differet ab albo, licet copulatiue descēdere ad oīa alba que erunt in illo instanti, quare non sequit̃/petrus differet ab albo, ergo petrus a quolꝫ albo differet, arguitur eñ a restricto ad non restrictū distributū. ¶ Exceperim autem ab hoc modo ascendēdi ꝛ descendēdi modales, nā certe in his/ petrus possibilr̃ differt ab albo/petrus contingēter differt ab albo, vix sciremus descēdere copulatiue sub ly albo, quin daret vna singularis falsa demonstrato ipso petro. ¶ Quādo autē totalis ablatiuus modificat̃ ab alio signo interposito, censendum est de illo sicut de termino in quē cadunt duo signa vniuersalia. Quare in hac/petrus differt ab omni animali/ supponit determinate, et in hac/omnis homo differt ab omni animali, supponit confuse. Vnde secundo expendo

vtrinsq; est/aial est, ⁊ tertia prime, petrus aial nõ est, ⁊ tertia secude/omnis homo aial non est.

5. No. ¶ Nec circa oppositiones est hic alia peculiaris consideratio ꝙ̄ in ceteris categoricis, siue ex parte suppositionis terminoꝝ, siue ex parte modoꝝ si fuerint modales. Nãpe sicut in hoc rotulo/omnis homo differt ab equo/omnis hõ nõ differt ab equo/aliquis homo differt ab equo/aliqs hõ non differt ab equo/prime due sunt contrarie ratione quãtitatis subiectoꝝ, ⁊ tertia ⁊ quarta subcontrarie, ⁊ prima ⁊ tertia subalterne sicut scda ⁊ quarta, ⁊ pma ⁊ quarta cõtradictorie sicut secũda ⁊ tertia, ita in his/petrus necessario differt ab hoie/petrus impossibilr differt ab hoie/petrus possibiliter differt ab homine/ petr⁹ pssibibr nõ differt ab hoie/prime due sunt contrarie ratione modoꝝ, et tertia et quarta subcontrarie, ⁊ ita de ceteris oppositionibus, quod infra cõtra nõnullos manifestabitur.

¶ Lectio secunda.

1. No. At insurgis ꝙ modus exponendi traditus nõ sit formalis. Hec eñ ꝯña/ petrus differt a paulo, ergo petrus disputat, ⁊ paulus disputat, et petr⁹ nõ est paulus, est eiusdẽ forme cum hac/petrus differt a paulo, ergo petrus est, ⁊ paulus est, ⁊ petrus nõ est paulus, cũ nulla sit synonimitas intrinseca inter añs ⁊ ꝯñs huius que non sit in illa, ⁊ tñ hec nõ valet, ergo. Fateor qui vellet sustinere expositionẽ formalẽ, deberet in scda ⁊ tertia exponẽtibus addere pro predicato subiectum ipsum, vt. v. g. diceres/petrus est petrus, ⁊ paulus est paulus, nã tũc cum omniũ termĩnoꝝ exponentiũ ad terminos exponibilis esset synonimitas, non instaretur si in ꝯñti diceretur/petrus est disputans. ¶ Sed arguis adhuc. Nõ sequit̃/petrus est ⁊ paulus est et petrus nõ est paulus, ergo petrus est. a. a paulo, si ly. a. significet de materiali equũ cum cõnotatione de ly differens, ⁊ tñ hec ꝯña est eiusdẽ forme cum illa in qua cõcluderes/petrus est differens a paulo, ergo adhuc hec expositio nõ est formalis. ¶ Sunt qui cõcedant hanc minorẽ vez ꝙ hec ꝯña sit eiusdẽ forme cũ illa. Sed isti non ꝯsiderant ꝙ participiũ in qḋ resoluit̃ ly differt, debet accipi adiectiue sicut ipsum verbum tenetur. Unde in hac/petrus est differens a paulo non includitur/ens/sed/petrus. Quare in hac ꝯña/petrus est petrus ⁊c̃. ergo petr⁹ est differens a paulo, est aliqua synonimitas inter ly petrus antecedentis ⁊ substantiuũ de ly differens, que nõ est inter ly petrus ⁊ ly. a. At vero cum de formalitate nõ fuerit questio, nõ est tibi ab antiquoꝝ expositione recedẽdũ. ¶ Sed minus placent qui hac leui ocasione adducti nouos fingunt exponendi modos, vt. v. g. dicta exponibilis sic exponat̃, petrus est petr⁹ cum paulo ⁊ petrus non est paulus, aut (quẽadmodũ alius tertiam exponentẽ fingit) petrus est non paulus. Est eñ sine causa a modo cõmuni deuiare.

1. No. His igitur circa ly immediate prelibatis ad expositionē propositionū de/incipit/et de/desinit/redeūtes supponamus ex. 2. parte introductionū, verbū/incipit/ad id qđ est vel immediate post hoc erit, tam ante ꝙ̄ post se ampliare, ⁊ ly desinit ad id qđ est vel immediate aū hoc fuit, nisi qñ ponitur a parte subiecti categorematice vt hic/aliqđ incipiens esse est hō/vbi nullus terminus ampliatur. Quo supposito notandū, ꝙ cum in hmōi exponibilibus signū ipsum exponibile sit copula ꝓpōnis non distinguuntur hec nisi duo genera propōnum, sicut distinguebantur in illis de differt, vꝫ propōnum affirmatiuarū. s. in quibus copula principalis affirmatur, vt/petrus incipit esse iustus/ ⁊ propositionū negatiuarū. s. in quibus copula principalis negatur, vt/ petrus nō incipit esse iustus. Et eodē modo distinguantur in ꝓpositionib⁹ de/desinit. ¶ Percūctaris aūt, nōne hec/petr⁹ incipit non esse iustus/in qua ly incipit affirmatur, ⁊ ly esse negatur, constituit tertiū genus? Nequaꝙ̄, qꝛ ly esse non est copula ꝑncipalis ꝓpōnis, ⁊ ideo de ly incipit nō/idē sentito qđ de ly desinit, et eodē modo ampliat vtrūqꝫ eadēqꝫ ratione ly desinit nō/idem est qđ/incipit/equiualent eñ/petrus incipit nō esse iustus/petrus desinit esse iustus/easdēqꝫ sortiūtur exponentes, sicut/petrus desinit non esse iustus/petrus incipit esse iustus.

¶ Pro barū igitur expositione notandum, quatuor esse instantia. s. primū instās esse/primū instās non esse/vltimū esse/vltimū non esse/duo que dicuntur prima, quoꝝ alterum affirmatiuū, ⁊ alterum negatiuū, ⁊ duo que dicūtur vltima, itidē affirmatiuū ⁊ negatiuum. Primū instās esse rei, est in quo res est, ⁊ nō immediate ante illud fuit, ⁊ primum non esse, in quo res nō est, ⁊ immediate ante illud fuit. Ultimū esse, in quo res est ⁊ nō immediate post illud erit, vltimū non esse in quo nō est ⁊ immediate post illud erit. ¶ Refert dicere primu instans esse hois, et hois primū instās esse, nam ad veritatē prime requiritur nullum hominē fuisse, cū sit immediate exponibilis, ac proinde ly hō distribuatur in exponente, et ad veritatē secunde sufficit ꝙ aliquo hoie signato, ille ante hoc non fuerit, cū talis terminus sit immediate resolubilis ante expositionē. Pariter in terminis singularibus cōnotatiuis refert dicere/hoc est primū instans esse dei creātis/hoc est creātis primu instās esse, nā deo incipiēte creare, prima est vera, ⁊ scđa est impossibilis, vt pꝫ per resolutionē immediatā de ly creantis in hanc/hoc est dei primū instās esse. Immo refert in absolutis supponētibus pro diuisibilibus, nā si partes petri ante hoc fuissent que nunc primo vniantur, hoc est primū instans esse petri, ⁊ tñ non est petri primum instās esse. Et ꝓportionabilr in ceteris instātib⁹. ¶ Quo fit, vt ꝙ̄uis idem instās possit esse primū instās esse, ⁊ vltimū esse sicut vltimu non esse, ⁊ primū non esse (vt in rebus indiuisibiliter incipiētibus ⁊ desinētibus esse) repugnat tñ ꝙ idem instans sit primū esse ⁊ primū non esse, aut primū esse ⁊ vltimū non esse, sicut repugnat ꝙ idē sit vltimū esse ⁊ primū nō esse, aut vltimū esse ⁊ vltimū non esse. ¶ Primū instās esse ⁊ vltimū instans non esse deseruiunt inceptioni rei, sed vltimū esse, et primū non esse, desitioni. Ubi notato scđo, rerum aliquas esse permanētes quo ad esse ⁊ fieri, alias successiuas quo ad vtrūqꝫ, alias permanentes quo ad esse et successiuas quo ad fieri. Res permanētes quo ad vtrūqꝫ sunt creature indiuisibiles, ⁊ diuisibiles, quibus nō repugnat naturaliter habere oēs suas partes simul, nec oēs simul acquirere, vt angelus, ⁊ minimū naturale (si sit dabile) cuiuscūqꝫ diuisibilis. Sicut eñ homo aut ignis potest habere partes simul, ita minimum eius acquirit oēs simul. Res successiue quo ad vtrūqꝫ sunt quibus naturalr repugnat aut habere aut acquirere omnes partes simul, vt tp̄s ⁊ motus, permanentes quo ad esse ⁊ successiue quo ad fieri sunt quibus naturalr nō repugnat habere omnes suas partes simul, repugnat tñ acquirere, vt hom⁹ et ignis maior minimo. Dixerim naturalr, qꝛ supranaturalr quecūqꝫ res possent quo ad oēs suas partes simul creari, nisi ei⁹ nature repugnaret, vt forsan repugnat motui. Res permanētes quo ad fieri incipiūt per primū sui esse, vt angelus, et minimū naturale, sed res successiue quo ad fieri incipiunt per vltimū non esse. Itē res permanētes quo ad esse desinūt esse per vltimū sui esse, vt angelus, res autē successiue, vt tempus, desinunt esse per primū sui nō esse. Unde propositiones

de/incipit/aut/desinit/per solas duas categoricas deberent exponi secundum quod subiectum supponit, aut pro re permanente, aut pro re successiua. Et quia dialectici non interest discernere inter res que hoc modo incipiunt aut illo, solum attinet ad ipsum illo modo exponere quamcunque propositionem qui teneat vtrumque in rebus vtroque modo incipientibus, aut desinentibus.

3. No. ¶ Igitur propositio de / incipit/primi generis immediate exponibilis exponitur per vnam disiunctiuam ex duabus copulatiuis exponentibus primi instantis esse et vltimi non esse. Et propositio secundi generis per vnam copulatiuam compositam ex duabus disiunctiuis contradictoriam disiunctiue per quam exponitur sua contradictoria primi generis. V.g. hec/petrus incipit disputare, sic exponitur/petrus nunc disputat et non immediate ante hoc disputauit, vel petrus nunc non disputat et immediate post disputabit, et hec/petrus non incipit disputare, sic/petrus nunc non disputat vel immediate ante hoc disputauit, et petrus nunc disputat, vel non immediate post hoc disputabit. ¶ Propositio de/desinit / primi generis immediate exponibilis exponitur per vnam disiunctiuam compositam ex duabus copulatiuis exponentibus vltimi instantis esse, et primi non esse, et propositio secundi generis per vnam copulatiuam ex duabus disiunctiuis contradictoriam disiunctiue per quam exponitur sua contradictoria primi generis. V.g. hec/petrus desinit disputare, sic exponitur/petrus nunc disputat, et non immediate post hoc disputabit, vel petrus nunc non disputat, et immediate ante hoc disputauit, et hec/petrus non desinit disputare/sic/petrus nunc non disputat, vel immediate post hoc disputabit, et petrus nunc disputat, vel non immediate ante hoc disputauit. ¶ Que quidem exponentes designantur per has dictiones/ Proscori/ Dominico/quarum prima denotat primam copulatiuam exponentium primi generis constare ex singulari affirmatiua et singulari negatiua et secundam ex singulari negatiua et singulari affirmatiua et secunda denotat duas disiunctiuas exponentes exponibilis secundi generis vice versa se habentes. Non enim sunt huiusmodi exponibiles exponende ante resolutionem terminorum signum precedentium in singulares. ¶ Tua intererit postea cum philosophum agas sola vna copulatiua vti in expositione secundum exigentiam rei permanentis, aut rei successiue. Immo quando in ipsa exponente exprimitur instans inceptionis, vt si dicas/petrus per primum esse incipit disputare, tunc non exponitur nisi per solam copulatiuam illi correspondentem. At si determinatio talis repugnet verbo, vt si dicas/petrus per vltimum esse incipit disputare, reuera quamquam secundum regulas grammatice nullam habeat incongruitatem, non tamen debet a dialectico apta reputari, cum natura de ly incipit exigat determinari per alia instantia, et negatiua de ly desinit per alia. Hanc autem/petrus incipit non disputare, dictum est exponi sicut exponitur hec/petrus desinit disputare, et hanc/petrus desinit non disputare, sicut hec/petrus incipit disputare. ¶ Sed arguis. Hec/petrus albus desinit non esse homo, est vera, hec/petrus albus incipit esse homo/existente falsa, casu quo petrus nunc non sit, sed immediate post hoc erit, et nunquam erit albus, fuit tamen albus immediate ante hoc. Nam falsitas secunde nota est, cum subiectum non supponat, et veritas prime patet, hoc desinit non esse homo, et hoc est vel immediate ante hoc fuit petrus albus, ergo petrus albus desinit non esse homo. Negatur veritas prime, quia non ampliatur illic/ petrus albus/ad illud quod est vel immediate ante hoc fuit, sed sicut ampliaretur a ly incipit, et ideo hec vltima consequentia non valet, quamquam fateor, posses dicere ly incipit non ampliare ad preteritum, et tunc licet propositiones de/desinit non/et de/incipit/equivaleant quando subiectum est irresolubile, non tamen quando est resolubile, primus tamen modus est vsitatior. ¶ Animaduertendum hic autem circa primam exponentem quod ly nunc non accipitur hic singulariter, vt valeat/in hoc instanti/nam tunc expositio nihil valeret adhuc materialiter, lapso enim instanti demonstrato, exponibilis esset vera, tali exponente existente falsa, sed accipitur communiter loco huius/ in instanti quod est presens. Sed non vtimur hoc complexo, quia ly nunc compendiosius est et inter philosophos vsitatius, quod quidem aduerbium doctrinaliter potest hunc sensum reddere. Et in eodem sensu accipitur ly hoc in secunda exponente. ¶ Secundo aduertito circa secundam exponentem quod negatio debet preponi signo immediate, nam alias si petrus nunc desineret esse per vltimum sui esse, qui post annum rursus reproduceretur, hec esset falsa petrus desinit esse, quia secunda exponens .s. petrus immediate post hoc non erit (ly immediate prepositionaliter accepto) est tunc falsa, vt supra probatum est. Non si ly immediate accipiatur aduerbialiter, si petrus nunc esset albus, et hora futura diuisa vt supra in partibus paribus esset albus, et in imparibus niger, hec esset vera/petrus desinit esse albus, quia verum esset dicere/petrus est albus/et immediate post hoc non erit albus, quod tamen est falsum. Hinc sequitur terminos in negatiua exponente non ampliari sicut in exponibili.

¶ Dixerim immediate exponibilis. 4. No.

Vbi notandum ly incipit quandoque accipi syncategorematice, et quandoque categorematice. Non quod equiuoce teneatur, aut quod aliquando solum aliqualiter significet, sed quod quando constituit propositionem immediate exponibilem dicitur a modernis sophistis syncategorematice teneri, quod rectius diceretur exponibiliter, et quando constituit propositionem regulandam per suppositionem extremorum, aut per descensum sub ly incipit dicitur categorematice teneri. ¶ Ad cuius noticiam hoc tibi sit documentum. Sola illa propositio est immediate exponibilis in qua ly incipit verbum ponitur in fronte propositionis, aut in qua omnes termini ipsum precedentes sunt irresolubiles, aut, si est de participio, immediate potest reduci ad vnam talem. V.g. he/incipit homo esse/michael incipit esse/ michael est incipiens esse/sunt immediate exponibiles, ac proinde sue contradictorie. He autem/omne incipiens esse est homo/tantum incipiens esse est homo/michael omne incipiens esse est, michael aliquod incipiens esse non est/et vniuersaliter quando ly incipiens modificatur ab aliquo talium signorum, non sunt immediate exponibiles, et dicitur ly incipiens in eis categorematice teneri. Quarum proinde veritates regulande sunt per ascensum sub talibus participijs, ac deinde per suppositionem extremorum, que quidem suppositiones sunt tandem cognoscende per hanc hoc est incipiens esse, que est immediate exponibilis. ¶ Et sicut hec/incipit esse homo/est immediate exponibilis, ita et hec/incipiens esse est homo, vbi tale participium non modificatur aliquo signo, et eodem modo ampliat sicut verbum ipsum. Sed hec/aliquod incipiens esse est homo, non est immediate exponibilis, nec ibi tale participium ampliat, sicut nec in hac vniuersali/omne incipiens esse est homo, vt in principio huius lectionis dictum est. ¶ Quare dicta vniuersalis non conuertitur cum hac copulatiua/incipiens esse est homo, et nullum incipiens esse est incipiens esse quin illud sit homo/immo casu quo sint infiniti homines, hora futura (vt supra) diuisa, et nullus sit nunc homo, copulatiua est vera et vniuersalis falsa. Et eadem ratione prima exponens huius/tantum incipiens esse est homo, non est hec/incipiens esse est homo, sed hec/aliquod incipiens esse est homo, que est subalterna dicte vniuersalis. Vnde sub participio huius/incipiens esse est homo/non licet immediate descendere. Proportionabiliter dictum est c. 11. de his/requisitum ad equitandum est equus/aliquod requisitum ad equitandum est equus/quarum secunda est falsa, et prima vera, cum equiualeat huic / requiritur ad equitandum equus. ¶ Percunctaris autem an hec/michael incipiens esse non est/sit immediate exponibilis, cum ly incipiens non modificetur a ly aliquod. Reuera minime, idem enim est ac si modificaretur a tali signo, cum illa non possit immediate reduci ad aliquam de/incipit/sub illa forma, inepte enim diceres, petrus incipit esse non est. Idcirco non sequitur/michael aliquid quod nunc est et non immediate ante hoc fuit, vel quod nunc non est et immediate post hoc erit, non est, ergo michael incipiens

esse nō est, nā si nihil inciperet eē preter ipsū qui inciperet eē per vltimū non esse, añs est verum, & consequens falsum.

5. No. ¶ Ex dictis sequitur has cōsequētias non valere/ homo incipit esse, ergo incipit esse homo, nec ecō trario, nam si solus petrus incipiat nunc esse et sint & fuerint alij homines, antecedens est verum & consequēs falsum. Et si nullum incipiat esse ens, petrus tamē incipiat esse albus & nullum antea fuerit album, ecōtrario. s. incipit album esse, ergo album incipit esse, añs est verum & ꝯñs falsum. Immo nō sequeretur respectu subiecti absoluti & singularis, nempe si partes petri antea fuissent, que nunc vniantur, non sequitur, incipit esse petrus, ergo petrus incipit esse, (tali infinitiuo includente ens vel entia). Quare termini precedētes ly incipit debēt omnimode resolui ante expositionem. s. cōmunis, in singularem, cōnotatiuus, in absolutū, ac denique terminus supponens pro re diuisibili in illud disiunctū ex pluribus copulatis modo sepe dicto. Iuxta quā doctrinam cōcedētes theologi q incepertit eē christus, negāt q christus inceperit esse, vt docet. S. tho. 3. q. 16. ar. 9. Quando autem a parte predicati nō exprimitur tñ collectiuus tunc subiectū singulare absolutū reputatur irresolubile, vt in hac/ petrus incipit esse albus.

6. No. ¶ Per hec clarēt suppositiones terminorum precedentiū ly incipit. Supponunt enī sm exigentiam signorum que in ipsos feruntur. Termini autem sequentes quāuis formaliter distribuātur a vi negatiua de ly incipit (vt secunda parte introductionū dictum est) nihilominus tñ equiualēter supponunt mixtim. i. non habent vnicam suppositionē, sicut in ceteris exponibiliū generibus expositū est, cum in vtriusque copulatiue exponentis altera categorica distribuātur, in altera vero non. ¶ Quare nec valet descēsus copulatiuus, nec ascensus disiunctiuus, ob rationē in exclusiuis et exceptiuis adductam. Adde. Nec valet descensus disiunctiuus nec ascēsus copulatiuus, nam hec est vera/ incipit instās futurū esse, quacunque singulari subiecti existente falsa, eo qd talis exponibilis verificatur per vltimū non esse, & in nulla exponente talis instantis ly homo supponit determinate, immo distributiue in prima, & ꝯfuse supponit in scda. Et ecōtrario si oēs homines qui nunc sunt inciperent esse, & immediate añ hoc fuerint alij hoīes, omnes singulares sunt vere sub subiecto huius/ incipit homo esse/ & tñ exponibilis est falsa, eo qd in singularibus sub ly homo non licet demōstrare nisi supposita q sunt vel immediate post hoc erunt, et in exponente negatiua primi instantis esse, pro qua verificantur tales singulares, distribuitur pro illis que sunt vel fuerunt. Unde dicti termini sequentes supponūt omnino immobiliter quo ad ascensum & descēsum, immo supponerēt immobiliter quāuis ab alio signo modificarētur, vt si diceres/ incipit omnis homo esse (quod huic exponibiliū generi inter cetera est peculiare) Si aūt in hac/ incipit. b. homo esse, denotet ly. b. determinatā in ordine ad ly incipit, tunc tale subiectum est resolubile omnino ac si precederet. Sicut ecōtrario si subiectum huius/ a. homo incipit esse, cōfundatur in ordine ad ly incipit (vt apparet) supponit omnino immobiliter ac si sequeretur.

7. No. ¶ Oppositiones eodem modo sunt hic constituende sicut in illis de immediate, nam qñ subiectū antecedit signo/ incipit/ eodē omnino modo constituūtur sicut in ceteris categoricis siue modales fuerint siue de inesse, hoc vno considerato q ly incipit est vniuersalitas, quod proinde non debet in vtraque cōtradictoriarū aut subcōtrariarū affirmari, nec in vtraque contradictoriarū aut contrariarū negari Quare in hoc rotulo/ omnis homo incipit disputare/ omnis homo nō incipit disputare/ aliquis hō incipit disputare/ aliquis hō non incipit disputare/ reperitur omne genus oppōnis, sicut si non essent exponibiles, & eodē modo in his/ petrus necessario incipit disputare/ petrus impossibiliter incipit disputare/ petrus possibiliter incipit disputare/ petrus possibiliter nō incipit disputare/ prime due sunt cōtrarie, secūda & quarta subcōtrarie, prima & tertia subalterne sicut secūda & quarta, prima & quarta cōtradictorie sicut scda & tertia. Nec licet in aliquo genere oppositionis aliquē terminū qui in altera oppositarū sequitur ly incipit, in altera precedere, ob rationē dictā in expositione de ly immediate. ¶ Hoc tñ vnum hic adnotato q quāuis huic/ immediate post hoc ois homo erit albus/ assignauimus cōtrariā ratione vniuersalitatis de ly hō, & huic/ immediate post hoc hō erit albus/ subcontrariā ratione particularitatis eius, nihilominus hec/ incipit ois homo esse albus, nullā habet cōtrariā. Nam maxime hāc/ incipit ois hō non esse albus/ sed hanc nō, qr si omnes hoīes inciperent esse per primū sui esse, & simul per vltimum sui esse desinerent esse albi, ambe essent vere, qr scda equiualet huic/ desinit omnis homo esse albus. Uel hanc/ nō incipit homo esse albus, sed nec istā, nam si immediate ante hac fuissent alij hoīes albi et alij nigri, nunc autē omnes sint albi, ambe essent vere. Et eadem ratione patet hanc/ incipit nō esse albus/ nullā posse habere subcōtrariā, qr nec istam/ nō incipit ois homo esse albus/ quippe que sit simul falsa cū illo, casu quo omnes hoīes nunc sint albi & fuerint & erunt albi. Nec istā/ nō incipit omnis hō esse albus, cum sit simul falsa cū illa casu secūdo suprapositio Et ratio huius est, qr cum nec ly homo sit cōpleta vniuersalitas in hac/ incipit ois homo esse/ nec completa particularitas in hac/ incipit homo esse, nec prima potest ratione illius termini habere contrariā nec secūda subcontrariā vbi ly hō postponatur verbo, quod si anteponeretur variaretur ampliatio, vt expositū est. Quecūque de ly incipit dicta sunt, tu ipse poteris ad propōnes de/ desinit/ facile applicare.

¶ Ex dictis patet expositionē de ly incipit non esse ꝯñam formalē. 8. No. Imprimis enī qñ termini precedunt ly incipit, omnes id fatentur, qr si aliqua esset formalis, maxime hec/ michael nunc est, & nō immediate ante hoc fuit, ergo michael incipit esse (ly esse includēte ens vel entia) cui tñ instatur si loco de ly michael ponatur ly petrus, & partes petri ante hac fuissent q nūc primo vniantur. Sed q nec sit formalis qñ ly incipit precedit, patet, qr cum in hac ꝯña, nūc homo disputat, & nō immediate añ hoc disputauit, ergo incipit hō disputare, nulla sit synonimitas inter ly instās añtis & aliquē terminū ꝯñtis, vel (ne sit locus dicendi q virtualiter sit aliqua) ad minus cū nulla sit inter ly immediate & aliquē terminum ꝯñtis, reuera potest instari per hāc/ nunc hō disputat, & non multū ante hac disputauit, ergo incipit hō disputare, maxime cū nec in prima sit eadē ampliatio terminorum añtis & ꝯñtis, sicut nō est in secūda. Igitur fat est vt recta sit expositio de/ incipit/ et/ desinit/ esse ꝯñam mutuā & materialē. ¶ Ubi proinde cōstituitur cōclusio sicut in superioribus. Ab exponibili de/ incipit/ aut/ desinit/ ad disiunctiuā suarū exponentium et ecōtrario est mutua ꝯña, sicut ab exponibili secūdi generis ad copulatiuā suarū exponentiū & ecōtrario. Quo fit, vt ab vna copulatiua, parte principali disiunctiue exponētis de/ incipit/ aut/ desinit/ primi generis ad ipsam exponibilem sit bona ꝯña, sed non ecōtrario, sicut ab exponibili secūdi generis ad quālibet disiunctiuam, partem principalem sue copulatiue exponentis, & non econtrario.

¶ Lectio tertia.

At vero contra cōclusionem hanc arguitur. Per totū mēsem ianuarij dicimus/ nunc incipit annus, & post paruū tp̄s quo lectio incepta est dicimus nunc incipit lectio, & sic de alijs multis, & tñ exponētes iuxta prefixū modū tunc sunt false, ergo expositio nō est bona. Et si dicas locutiones illas vulgares nō accipi in rigore dialectico, adhuc arguitur. Non sequitur/ petrus in hoc instanti incipit esse, ergo petrus in hoc instāti est, & nō immediate añ hoc instās fuit, vel in hoc instāti nō est & immediate post hoc erit et tñ arguitur ab exponibili ad exponentes, &c. Probatur maior Si petrus nūc sit & immediate añ hoc fuerit, ꝯña est falsum vt notum est, & veritas añtis patet. Petrus incipit esse in

hoc instāti, ergo petrus in hoc instanti incipit esse, ⁊ aṅs patet, q: petrus nunc est in hoc instanti, et non immediate ante hoc fuit in hoc instanti.

1. No. ¶ Ad argumentū satis responsum est: sed circa materiā replice notant multi in hac propōne/petrus in hoc instanti incipit esse, ly instāti posse determinare vel ly incipit vel ly esse, si determinet ly incipit illa propō est falsa in casu posito, ⁊ in dicta ꝯña arguitur recte ab exponibili ad exponentes, sed si determinet ly esse, dicta propō est vera, nec illo modo habet exponi, sed sic/petrus nunc est in hoc instanti, ⁊ non immediate ante hoc fuit in hoc instanti, ⁊ ita dicunt de aliis determinationibus. Idcirco concedunt. deus in hoc instanti incipit esse, ⁊ deus in hoc instanti desinit esse, petrus salmantice desinit esse, casu quo exeat vrbem, vnde rursus/ petrus est salmātice mortuus/ ⁊ multa alia id genus quibus male intellectus adheret. Igitur non apparent mihi huiusmodi propōnes distinguende, cū ex ipso verboꝝ contextu quecꝫ suū sensum sortiatur. Et ideo quādo determinatio preponitur verbo/incipit/tūc determinat verbū ipsum, sed quādo additur immediate ad ly eē, tūc determinat ly esse. ¶ Quare ad replicam sine distinctione cōcedenda est ꝯña, ⁊ sicut cōsequens est falsum ita ⁊ aṅs, sed negatur illa ꝯña/ petrus incipit esse in hoc instanti, ergo in hoc instanti incipit esse. Et proportionabilr conceditur/deus incipit esse in hoc instanti, et negetur/deus in hoc instanti incipit esse, hanc autem/deus incipit in hoc instanti esse, fateor esse distinguendam. Proportionabiliter hac/petrus desinit esse salmantice/concessa, negatur hec/petrus salmantice desinit esse/nam prima est exponēda ita vt ly salmantice addatur verbo in omnibus exponentibus, sed secunda facit hunc sensum/petro existente salmantice desinit esse homo. ¶ At concesso ꝙ petrus desinit eē salmātice, non subinde sequitur ꝙ petrus sit mortuus salmātice, nam cum ly mortuus valeat tātū sicut quod desiuit esse, seu quod desiuit viuere, determinatio addita tali participio non pōt determinare infinitiuum/viuere/inclusum in ly mortuum, sed preteritū/desiuit/loco cuius ponitur, ⁊ ideo hec/petrus est mortuus salmātice, facit hunc sensum, desiuit salmātice viuere, determinatione determinante preteritū. i. petrus dum existeret salmātice desiuit viuere. Proportionabilr de illo qui incidit in peccatū, non cōcedas ꝙ sit mortuus in gratia, quāquā desiuit viuere in gratia, q: denotatur per illā ꝙ dū erat in gratia desiuit viuere, qđ contingit beatis. Et hoc notato, ne propōnes inopinabiles concedas.

2. No. ¶ Cōtra hec autem arguitur. Supposito ꝙ motus nō fiat in instanti, vt. 6. phisicoꝝ ⁊ multis aliis locis traditur, sequeretur hanc esse veram/celū in hoc instanti incipit moueri, ⁊ in hoc instanti desinit moueri, q: celum in hoc instanti non mouetur, ⁊ immediate post hoc mouebitur, ergo incipit moueri, ⁊ immediate ante hoc mouebatur, ergo desinit moueri. Hoc corollarium cōcedunt multi, quod vz, in quocunqꝫ instanti intrinseco motus alicuius verum est dicere ꝙ incipit ⁊ desinit esse motus, quod manifeste repugnat continuitati motus. Unde quāquā in instanti non fiat motus, ac subinde negandū sit/celum mouetur in hoc instāti, in qua virtute appellationis, denotatur partes motus simul esse in hoc instanti, non tamen subinde negandum est/nunc celum mouetur, aut, in hoc instanti celum mouetur, in qua denotatur hoc instans esse continuatiuū temporis in quo mouetur, ac proinde dicta exponibilis est falsa ratione illius exponentis negatiue de presenti. Qui negant res successiuas esse in instanti continuatiuo temporis in quo sunt, cōcedunt multa dicto corollario similia, que a philosopho nō essent concedēda. ¶ Sed infers forsan ex dictis cum Henti bero hanc copulatiuam/petrus per totam horam sequentem augebitur, ⁊ tamen desinet augeri per per tempus ante finem illius hore, casu quo petrus per totam horam sequentē continuo augeatur, vsqꝫ ad instans terminatiuum exclusiue, qđ dicatur. b. Nam prima pars clare constat, ⁊ secūda probatur. Petrus in. b. instanti non augebitur per tempus ante finem, ⁊ immediate ante illud augebitur per tempus ante finem, ergo desinet augeri per tp̄s ante finē. ¶ Ad hoc si tota illa determinatio/per tempus ante finem/determinet ly augeri, fateor copulatiuam esse veram, immo esset vera si in secunda parte diceres/petrus desinet augeri ante finem, nam habet tunc talis determinatio modificare ly augeri in omnibus exponētibus, sed si talis determinatio determinet ly desinit (quod reuera magis consonat modo concipiendi) negatur secunda pars vtpote in qua denotatur ꝙ in aliquo tempore vel instanti ante finem petrus desinet augeri.

¶ Secundo principaliter arguitur cōtra modum resoluendi terminos precedentes ly incipit. Nō sequitur/hec entia incipiunt esse animalia, ⁊ hec entia sunt vel immediate post hoc erunt homines, ergo hoies incipiunt esse animalia, ⁊ arguitur per resolutionem subiecti, ergo nō valet huiusmodi resolutio. Minor videtur nota, ⁊ probaꝰ maior. Casu quo sint nūc due materie ⁊ due forme, ex quibus hora futura diuisa versus nos in prima parte fiāt petrus ⁊ paulus, qui per illam solā durent, ⁊ in secūda per transpositionē partium ioannes ⁊ thomas, ⁊ ita per diuisionē materiarū in infinitum, aṅs est verum ⁊ ꝯña falsum.

¶ Ad argumētum concessa maiore negaꝰ minor, nec eīn recte arguiꝰ expositorie, nā variatur ampliatio de ly hoies, qđ sm̄ acceptionem quā hꝫ in minori vbi ponitur post ly immediate verificatur de aliquo de quo nō verificatur in conclusione positū ante ly incipit. Igitur vel eēt dicēdum in minori/hec entia, hoies sunt vel immediate post hoc erunt, vt inferretur illa conclusio, vel ex antecedenti ibi assumpto concludendū esset, ergo entia que immediate post hoc erunt homines incipiunt esse aīalia. Quare non sequiꝰ/omnia aīalia incipiūt esse, he materie ⁊ he forme sunt vel immediate post hoc erunt animalia, ergo he materie ⁊ he forme incipiūt esse, nam si adderes casui ꝙ ille materie ⁊ ille forme etiam immediate ante hoc fuissent, tñ duo equi sm̄ se ⁊ suas partes nunc inciperent esse, aṅs esset verum ⁊ ꝯña falsum, immo ille premisse sunt inhabiles, q: stat mediū supponere pro aliquo sm̄ acceptionē quā habet in minori pro quo non supponat in maiori. Immo medio in minori adhuc distributo, nō sequereꝰ, vt. 4. trā. 2. p. c. 3. latius disputabitur. 3. No.

¶ Tertio ad principale arguitur. Nō sequitur/petrus incipit pertrāsire hoc spacium, ergo petrus nunc pertransit hoc spaciū, ⁊ nō immediate ante hoc pertrāsiuit, vel nunc non pertransit, ⁊ immediate post hoc pertransibit, ⁊ tamen arguitur ab exponibili ad exponentes, ergo conclusio falsa. Probatur maior, nam casu quo petrus nūc nō moueatur, sed immediate post hoc mouebitur super spacium pedale, quod demōstratur per ly hoc, aṅs est verum, ⁊ ꝙ ꝯña sit falsum patet, nam si verificaretur, maxime pro secūda copulatiua, cuius tamen secūda categorica est falsa, vtpote in qua denoteꝰ ꝙ petrus immediate post hoc cōsummabit totū motū super illud pedale, qđ naturalr est impossibile.

¶ Ad hoc argumētum concessa minore negaꝰ maior. Ad cuius probationē dicit quidam, ꝙ si ille infinitiuus includat instans, sicut ꝯña est falsum in illo casu, ita ⁊ aṅs, immo vtrūqꝫ est impossibile, q: denotat motū fieri in instanti, si autem includat tp̄s, sicut aṅs est verū ita ⁊ ꝯña pro scđa copulatiua. Ex cuius scđa categorica infert subinde ꝙ immediate post hoc verum erit dicere, petrus pertrāsit hoc spaciū. Itē ꝙ in quocūqꝫ instāti cōtinuatiuo tp̄is motus verū erit dicere/petrus pertrāsiuit hoc spaciū, q: in quocūqꝫ tali verū erit dicere ꝙ illa de p̄terito habuit vnā deinesse veram. Et eadem ratione esset cōcedendum in quocūqꝫ tali instanti ꝙ illud spacium est pertransitum a petro, ⁊ tunc ad preteritum esset potentia, nam si in illo instanti cessaret motus anteqꝫ perueniretur ad finem, iam illa de preterito esset falsa. Rursus cōcedit hanc/ petrus in tēpore quod erit immediate 4. No.

post hoc,mouebiẽ,casu quo antichristus nõ moueretur hinc ad mille annos,ac proinde in dicto casu concedit hanc/antichristus incipit moueri,qꝛ nunc non mouetur,ꝛ in tpe immediate post hoc mouebiẽ.s.in tempore mille annoꝝ qđ est immediatũ huic instanti. Infert denique multa alia que(vt ipse fatetur)sunt profecto mirabilia. Qui tñ hec percipere non possum,negata semper maiore principalis argumenti,dicerem ad eius ꝓbationẽ ꝙ in illo casu sicut ꝯñs est falsum ita et añs,siue ly moueri importet tp̃s siue instans, nam cũ prepositio/per/in cõpositione denotet cõsummationẽ operis,denotatur subinde tam per añs q̃ per ꝯñs,ꝙ vel nunc vel immediate post hoc erit absolutus motus super.a.pedale,quod certe manifeste est falsum. Hec aũt/petrus incipit transire,seu,incipit moueri super hoc spaciũ/in dicto casu est vera ꝓ copulatiua exponente vltimi instantis non esse,siue infinitiuus includat tp̃s,siue instans. Nec qñ includit instãs denotat motũ fieri in instanti, sed certe denotatur per dictã exponentẽ,ꝙ ante quodlibet instans futurũ in aliquo instanti verum erit dicere ꝙ petrus mouetur,qđ certe est verũ in instãti cõtinuatiuo tẽporis motus. Et q̃q̃ includat tẽpus,non proinde est sensus,ꝙ in aliquo tempore futuro immediato huic instãti petrꝰ mouebiẽ,sed ꝙ ante quodlibet instãs in aliquo tempore verũ erit dicere ꝙ mouetẽ,quare si antichristus hinc ad admille annos incipiat moueri, certe hec est falsa / antichristus incipit moueri. Igitur idem est quo ad hoc in huiusmodi ꝓpõnibus,infinitiuũ,tempus includere vel instans ¶ Illius autẽ hic memento,quod in fronte primi trac.et in ca.moda.diximus,vez ad veritatem propõnis de preterito aut de participio p̃teriti verbi importãtis ꝯsummationẽ actiõis tẽporalis nõ sufficere aliquã deinesse denotantẽ actionẽ fuisse veram,sed exigi aliquã deinesse fuisse veram donotantẽ cõsummationẽ operis. Unde q̃q̃ quocũque instanti intrinseco temporis quo petrus mouebitur super.a.spaciũ,verũ sit dicere/ante hac hec fuit vera/petrus transit hoc spaciũ,nunq̃ tñ hec de preterito est vera/petrus transiuit hoc spaciũ,seu/hoc spaciũ(vt sic dicam)est transitũ,sed requiriẽ ad veritatẽ huius de preterito,ꝙ hec fuisset vera/petrus pertransit seu finit motũ super hoc spaciũ. ¶ Hinc sequitur ꝙ casu quo petrus incipiat moueri super vnum spaciũ longitudinis vnius leuce,ꝛ paulus per spaciũ lõgitudinis centũ eque velociter, ita vt in fine hore sequẽtis petrus petranseat totum suũ spacium,ꝛ paulus tantã partem sui,hec copulatiua est falsa/petrus ꝛ paulus eque velociter ꝛ vterque per lineam breuissimã continuo mouebunẽ per totã horã sequentẽ,ꝛ tñ in fine hore verũ erit dicere/paulus pertransiuit centum leucas,ꝛ tñ petrus nõ pertransiuit nisi vnam,quam ille(miror quidem)audacter concedit.

¶ Quarto ad principale arguiẽ. Non sequitur/petrus nũc est ois homo , ꝛ nõ immediate ante hoc fuit ois homo,ergo petrus incipit eẽ omnis hõ, ꝛ arguiẽ ab exponẽtibus ad exponibilẽ,ergo conclusio falsa. Probatur maior. Casu quo petrus nũc ꝛ per totam horã preteritã fuerit solus ante quẽ fuerint aliꝗ hoies,ꝯñs est falsum(vt notum est)qꝛ cum nunc verũ sit dicere/petrus est ois homo,ꝛ immediate ante hoc verũ erat idẽ dicere,nõ incipit esse omnis hõ, sed ꝙ añs sit verũ pro scđa parte(nam prima nota est) patet per falsitatẽ sue contradictorie.s.petrus immediate ante hoc fuit omnis homo, nam ly homo distribuiẽ pro omni homine preterito,accipimus enim ly immediate prepositionaliter,vt non restringat quo ad suppositionem.

¶ Qui negant hanc/adam fuit omnis
5. No. homo/tenenẽ dicere talẽ propositionẽ nõ posse exponi immediate nisi ly hõ restringatur in scđa exponente pro suppositis que fuerũt immediate ante hoc,tali ꝙ prima exponẽs illius de immediate(quã ipsi per duas exponunt) non sit hec.s.petrus non ante hoc fuit omnis hõ,sed/nõ ante hoc fuit omnis homo qui immediate ante hoc fuit,nam alias (vt probat argumẽtum)exponẽtes essent vere ꝛ exponibilis falsa. Sed isti cum in exponente de ly immediate ponant ipsum signũ exponibile contra artẽ exponendi , adhuc cõcedunt multa contra cõmunẽ sensum,debent eñ in primis negare hanc propõnẽ/incipit esse omnis hõ,casu quo nullus hõ sit,sed hora futura diuisa per partes proportionales versus nos,in qualꝫ parte sit vnus hõ qui tñ duret per illam,nam hec est falsa.s. immediate post hoc erit omnis hõ,quippe cuius prima exponens sit/post hoc erit omnis hõ qui immediate post hoc erit,cuius subiectũ non supponit. Et si addaẽ casui ꝙ petrus nunc non sit sed immediate post hoc erit cũ illis hominibus, tenentur subinde cõcedere ꝙ petrus incipit esse ois homo , qꝛ nunc nõ est ois homo,ꝛ immediate post hoc erit oĩs hõ,qꝛ post hoc erit ois homo qui immediate post hoc erit, nam ly homo solum supponit pro illo. Unñ sequitur ꝙ petrus per vltimũ nõ esse incipit esse ois homo,ꝛ tñ semper erit cum hoie,ꝛ nunq̃ ois homo,qđ est manifeste falsum. ¶ Igiẽ argumentũ nõ est cõtra nos,negamus eñ maiorẽ, immo optime arguiẽ ibi ab exponẽtibus ad exponibilẽ,ꝛ sicut ꝯñs est falsum, ita et scđa exponens,vt pꝫ per ꝟitatẽ sue ꝯtradictorie.s.immediate ante hoc fuit ois homo, nam q̃q̃ ibi ly homo distribuatur pro quolibet hoie preterito,dependẽter tñ a determinatiõe verbi sub qua proinde prius est descendendũ q̃ sub illo,ꝛ ideo verum est dicere post quodlibet instãs preteritũ petrus fuit ois homo,vt patet demõstrãdo sub ly fuit instans hore preterite. ¶ Proportionabiliẽ si petrus nunc ꝛ per totam horã preteritã fuerit niger,antequã fuerit albus,negamus hãc/petrus incipit esse nõ albus,concedẽtes contradictoriã secũde exponentis.s.petrus immediate ante hoc fuit non albus , qꝛ post quodlibet instans preteritũ in aliquo instanti fuit nõ albus, nec opus est dicere in secunda exponẽte, petrus nõ immediate ante hoc fuit non albus qui immediate ante hoc fuit,sicut dicũt illi qui in illo casu negant hanc/petrus fuit nõ albus.

¶ Quinto ad principale arguiẽ. Non sequitur/petrus nũc est in domo pauli,et nõ immediate ante hoc fuit in domo pauli,ergo incipit esse in domo pauli, et tñ arguitur ab exponẽtibus ad exponibilẽ, ergo cõclusio falsa. Probaẽ maior,casu quo domus in qua petrus ꝛ nunc est,ꝛ immediate ante hoc fuit,sit nunc primo pauli,añs est verum vt notũ est,ꝛ ꝙ ꝯñs sit falsum arguiẽ. Petrus incipit esse in domo pauli,ergo petrus incipit esse in domo q̃ est pauli , vel que immediate post hoc erit pauli,ꝯñs est falsum pro omnibus partibus,cũ ex singulis sequaẽ ꝙ incipit esse in domo, ergo ꝛ antecedens,ꝛ ꝯña patet a simili , nam bene sequitur, petrus incipit eẽ homo,ergo incipit eẽ homo qui est, vel qui immediate post hoc erit.

¶ Opus est pro huius solutione memi 6. No.
nisse differentie.ca.modaliũ constitute inter has ꝓpõnes/hõ possibiliẽ est alal qui est/homo possibiliẽ est alal quod est,ꝙ videlicet prima,cum relatiuũ referat terminũ precedentẽ copulam,reddat sensum hypotheticũ , vez/possibiliẽ est animal et ille est,que proinde ratione secũde partis est contingẽs,scđa vero cum relatiuũ referat terminũ sequentẽ copulam,reddit sensum categoricũ,in qua subinde modus ampliet copulam implicationis,obidque sit modalis necessaria. Et eodẽ modo est distinguendũ inter has/homo possibiliẽ incipit eẽ animal qui est/homo possibiliẽ incipit esse alal qđ est. Unde in rigore (vt opinor)ꝓportionabiliẽ in hac ꝓpõne/petrus incipit esse in domo que est pauli,ly incipit ampliat copulã implicationis, que proinde est vera casu argumenti , cum petrus sit in domo que est pauli , ꝛ non immediate ante hoc fuit in domo que est pauli,cuius sensus est,non immediate ante hoc verũ est dicere,petrus est in domo que est pauli,valet eñ tantum sicut in domo existẽte pauli. ¶ Si tamẽ accipias illam copulam implicationis restrictiue,vt faciat sensum copulatiuum, vt videlicet sit sensus/petrus incipit eẽ in domo ꝛ illa est pauli , vel eẽ. Tunc ad argumentum concessa minore negatur maior,immo sicut exponẽtes sunt false ita ꝛ exponibilis,sed negatur illa cõsequentia.s.petrus incipit esse in domo pauli,

ergo petrus incipit esse in domo que est pauli, vel &c. ¶ Ubi notato q̄ quādo terminus sumptus cum copula implicationis fuerit inferior respectu cuiuscūq; copule ad ipsum sumptum sine copula implicationis, itaq; ex affirmatione ipsius sequatur affirmatio alterius, optime valet ɔ̄sa a propositione de/incipit/ad disiunctiuam in cuius altera parte reflectatur copula presentis, & in altera copula futuri. Si autem non sit inferior, non valet talis illatio. V.g. bene sequitur/ petrus incipit esse homo, ergo incipit esse homo qui est vel incipit esse homo qui erit, q2/homo qui est/est inferior ad ly homo, sequitur eñ/hoc erit homo qui est, ergo erit homo/ fuit homo qui est, ergo fuit homo, sed nō sequitur/petrus incipit eē in domo pauli, ergo incipit eē in domo q̄ est pauli, vel &c. q2/existens in domo que est pauli non est inferior ad ly existēs in domo pauli, nō eñ sequitur/hoc fuit in domo que est pauli, ergo hoc fuit in domo pauli. Sed q̄ in prima consequētia bene sequatur, patet, nam si petrus incipit esse homo vel incipit esse per primū esse, & tunc incipit eē hō qui est vel per vltimū nō esse, & tūc incipit esse homo qui erit, vt manifestum est.

7. No. ¶ Ex his sequit̄ has copulatiuas esse possibiles/petrus incipit habere filium episcopū, & tamen nō incipit habere filium qui est episcopus, vel filium qui fuit episcopus, vel qui erit ep̄s, vtputa si filius petri nunc primo sit episcopus. Item petrus incipit esse equalis paulo, et tamen non incipit habere tantam quantitatē quantam habet paulus, nec tantam quantā habuit, nec quantā habebit. Quod patet si immediate ante hoc tam petr⁹ q̄ȝ paulus fuissent bipedales, nunc autem petrus sit bipedalis, & paulus tripedalis, & nullus immediate post hoc erit. ¶ Ecōtrario autem nō sequitur nisi quādo reflectitur copula cū totali predicato (vt petrus incipit esse homo qui est, ergo incipit eē homo). Sed non sequitur/petrus incipit videre hominē qui est, et incipit videre hominē qui erit, & incipit videre hominem qui fuit, ergo incipit videre hominē, nam si petrus immediate ante hoc vidisset paulum qui iam non est, nunc videat ioānem qui est, sed nec fuit nec erit, & immediate post hoc videbit thomā qui nō est sed fuit, aῆs est verū & ɔ̄ῆs falsum. ¶ Ad hūc modū sequitur secundo, q̄ petro incipiente esse per primū sui esse, incipit esse in instanti in quo incipit esse, & incipiente esse per vltimū non esse, incipit esse in instanti in quo non incipit eē, in sensu categorico (quē in rigore facit) q2 nunc nō est in instanti in quo non incipit esse, & immediate post hoc erit in instāti in quo non incipit esse, nam si acciperetur in sensu hypothetico vez petrus incipit esse in instanti, & in illo non incipit esse, esset vtraq; falsa. ¶ Proportionabilr̄ sequitur tertio, q̄ petr⁹ incipit videre equū quem incipit videre paulus, & tñ paulus non incipit videre equū quem incipit videre petrus, vtputa si petrus incipiat nunc videre brunellū & fauellū, quoꝝ brunellum pariter incipiat videre paulus, fauellum vero & nūc videat & immediate ante hoc viderit. Item q̄ quēcūq; equū incipit videre petrus incipit videre paulus, & quemcūq; incipit videre paulus incipit videre petrus, et tñ petrus incipit videre multos equos quos nō incipit videre paulus, & paulus incipit videre multos, quos nō incipit videre petr⁹. Qđ ptȝ si tā petrus q̄ȝ paulus incipiant nūc videre solū brunellū per primū sui esse, & tñ hora futura diuisa per partes proportionales minoribus versus nos, in qualȝ parte ꝓportionali vterq; videat aliū & alium equū, talr̄ q̄ in duabus nō videat eūdem, nec equi quos videbit petrus sint idem quos videbit paul⁹. Quoꝝ instar tu ip̄e potes innūera corollaria elicere.

¶ Sexto ad principale arguitur. Non sequit̄/deus & hoc instās nunc sunt, & nō immediate ante hoc fuerunt, ergo incipiūt esse, & arguit̄ ab exponētibus ad exponibilē, ergo cōclusio falsa. Maior probat̄, nam aῆs est verū vt notū est, & q̄ ɔ̄ῆs sit falsum arguitur. Deus & hoc instans incipiunt esse, ergo deus incipit esse, & hoc instans incipit eē, vel sic, ergo deus & hoc instās sunt incipiens & incipiēs esse, et vtroq; modo ɔ̄ῆs est falsum, q2 vna pars, si inferas copulatiuā, est falsa, vel si inferas de copulato, nulla pars predicati supponit pro deo, ergo & aῆs est falsum.

¶ Circa hoc argumentum notato: q̄ 8. No.
iuxta regulā in calce prime partis introductionum de terminis includentibus negationē constitutā, predicatū propōnis argumēti deberet resolui in ly incipiēs & incipiēs esse, singulis partibus singulas negationes includētibus, q2 est vnicus simplex terminus sicut/ceci. Ubidq; dicta propō esset negāda (vt argumentū probat) quo adducti multi antiquoꝝ negarunt illā. At q2 (vt dictū est de ly differt) negatio inclusa in ly incipit fertur vnica acceptione in ly esse, videt̄ subinde in exponente negatiue negare illud de toto subiecto, & ideo apparet dicta propō esse immediate exponenda. ¶ Unde ad argumentū concessa minore negatur maior, immo sicut aῆs ita & ɔ̄ῆs est verum, sed negat̄ ɔ̄ῆa per quā resoluitur talis propō de copulato in copulatiuā, q2 copulatum cōplexiue sumptum non est ad copulatiuā immediate reducendū, & negatur pariter illa per quā ly incipiētia resoluitur in ly incipiens & incipiēs, q2 variatur negatio vnica in negationē pluribus acceptionibus acceptā. Quare talis terminus pluralis numeri nō est immediate reducibilis ad aliquod copulatū ante expositionē. Nec eñ placent qui negant dictā propōnē reduci ad hanc/deus & hoc instans sunt incipiens esse & incipiens esse, cōcedunt tñ reduci ad hanc/deus & hoc instans sunt incipiēs et incipiens esse, vbi ly esse determinet vnica acceptione totū copulatū, nā certe hec cōuertitur cū illa, q2 cum partes illius determinabilis predicati nō possint verificari nisi sic/hoc est incipiens esse, reuera cum nulla pars supponat pro deo, nec totum subinde predicatum supponet pro deo et hoc instanti. Quis eñ concedat/deus & hoc instans sunt incipiens & incipiens esse.

¶ Ex responso huius argumenti vez 9. No.
ex veritate huius/deus & hoc instans incipiunt esse, sequitur primo q̄ quocūq; minimo ente incipiente esse verum est dicere/omnia entia mundi incipiunt esse, collectiue, nam verum est dicere/tota collectio nunc est, & non immediate ante hoc fuit. ¶ Sequitur secundo q̄ si hoc esset primū & vltimum instans esse petri, & vltimū non esse pauli, hec esset falsa/petr⁹ et paulus incipiunt esse, vt patet per exponentes. s. petrus et paulus nunc sunt, & non immediate ante hoc fuerunt, vel nūc non sunt & immediate post hoc erunt, quarum prime copulatiue prima pars est falsa, & secunde, secunda. Et q̄ȝq̄ȝ resolueres illud predicatum sic/petrus & paulus sunt incipiens esse et incipiēs esse, adhuc hec est falsa propter non suppositionē subiecti. Nam licet concesserim/adam & abraam fuerunt, q2 in aliquibus instantibus fuerunt, non tamen concederem, q̄ adam & antichristus fuerunt vel erunt, q2 nec fuerunt in aliquibus instantibus, nec erunt in aliquibus instantibus, et ideo negarem in illo casu, q̄ aliqua entia sunt vel erunt petrus & paulus. Si tñ partes ex quibus post hoc componēdus est paulus essent nunc simul cū petro, negans hanc/ he materie & he forme incipiūt esse petrus & paulus, concederē hāc/ he materie & he forme sunt incipiens esse petrus & incipiens esse paulus. ¶ Sequitur tertio has copulatiuas esse possibiles/petrus incipit scire. a. propositionē, & paulus incipit scire eādem, & tñ petrus & paulus non incipiūt scire. a. vtpote si ille per primū eē & hic p̄ vltimū nō esse inciperet scire. a. Itē/petrus incipit scire. a. & desinit scire. a. & incipit scire. b. & desinit scire. b. & tñ nec incipit, nec desinit scire. a. et. b. sicut econtrario/incipit scire. a. et. b. & desinit scire. a. et. b. & tñ nec incipit nec desinit scire. a. nec. b. Primū ptȝ si hora preterita diuisa versus nos in qualȝ parte pari petrus sciuisset solū. a. & in imparibus. b. & in hora futura similiter, sed in hoc instāti nullā sciat, & scd̄m, si in hoc instāti sciat ambas. Itē/petrus incipit scire tres propōnes, & paulus incipit scire quatuor, et petr⁹ incipit scire pauciores q̄ȝ paulus, & incipit scire plures q̄ȝ paulus, similiter paulus incipit scire pauciores q̄ȝ petrus, & incipit scire plures q̄ȝ petrus. Quod patet si imme-

diate ante hoc tā petrus q̄ꝫ paulus sciuisset solas duas pro-
positiones, sed nunc petrus sciat tres, ꝛ paulus quatuor, et
immediate post hoc petrus quinqꝫ, ꝛ paulus solas quatuor,
nam petrus nunc scit pauciores q̄ꝫ paulus, et nō immediate
ante hoc sciebat pauciores, ergo incipit scire pauciores, et
nūc nō scit plures q̄ꝫ paulus, ꝛ immediate post hoc sciet plu-
res q̄ꝫ paulus, ergo incipit scire plures. Rursus, paulus nūc
non scit pauciores q̄ꝫ petrus, ꝛ immediate post hoc sciet pau-
ciores, ergo incipit scire pauciores, ꝛ nunc scit plures q̄ꝫ pe-
trus, ꝛ non immediate ante hoc sciebat plures, ergo incipit
scire plures. Sed non dicas, ergo incipit scire plures q̄ꝫ pe-
trus incipit scire, qꝛ prima exponens esset falsa. s. scit plures
q̄ꝫ petrus incipit scire. Eadem arte probabis ꝙ petrus inci-
pit esse minor q̄ꝫ paulus, ꝛ incipit esse maior, ꝛ similiter pau-
lus q̄ꝫ petrus, si ante hoc ambo fuissent pedales ꝛ nunc petrꝰ
sit bipedalis et paulus tripedalis, et immediate post hoc pe-
trus quadrupedalis, et paulus tripedalis. Et multa alia id
genus similiter.

¶ Septimo ad principale arguiẛ. Nō

sequitur / petrus in aliquo instanti nō erit albus, ꝛ immedia-
te post illud erit albus, ergo incipiet esse albꝰ, nam si petrus
sit nunc albus qui nunq̄ꝫ desinet esse albus, consequens est
falsum vt notum est, ꝛ veritas antecedentis patet, qꝛ in hoc
instanti presenti non erit albus, et immediate post illud erit
albus, ꝛ tamē arguitur ab exponētibus ad exponibilē, ergo
conclusio falsa. ¶ Et confirmaẛ. Non sequitur / petrus possi-
biliter incipit esse, ergo petrus possibiliter nunc est, ꝛ petrus
non immediate ante hoc possibiliter fuit, vel impossibilr nūc
est ꝛ possibilr immediate post hoc erit, qꝛ aīa est necessariū, ꝛ
vtriusqꝫ copulatiue cōsequentis pars negatiua est impossibi-
lis, ꝛ tñ arguitur ab exponibili ad exponentes, ergo.

10. No. ## ¶ Pro solutione argumenti et confir-

mationis habeatur in primis pro constanti, ꝙ propositiones
de / incipit / tam de extrinseco tempore q̄ꝫ modales post resolu-
tionē terminorū precedētium sunt immediate regulande per
suas deinesse. Sic nāqꝫ exprimuntur earum significationes,
quo vno documento facilime obuiaẛ cuiuis fallatie que pos-
set sub earꝫ expositiōe latere, ꝛ ideo superuacaneū esset huius-
modi argumenta hic multiplicare. Possunt verūtamen pro-
positiōes de extrinseco tempore, licet nō tam clare, immedia-
te exponi, vt propositio argumenti sic exponaẛ / petrus in ali-
quo instanti erit, ꝛ non immediate ante illud erit, vel in ali-
quo instāti futuro nō erit, ꝛ imediate post illud erit. ¶ Qua-
re ad argumentū concessa maiore negatur minor, debet enī
in prima categorica secunde copulatiue exponentis restrin-
gi ly instanti ad id quod erit. Et si arguas ꝙ casu quo nunc
petrus incipiat esse per vltimū non esse, ꝛ hoc instans postea
reproducaẛ in quo petrus nō erit, nec amplius incipiet esse,
hec / petrus incipit esse / sit falsa, ꝛ tamen hec exponens sit ve-
ra / petrus in aliquo instanti futuro nō erit, ꝛ immediate post
illud erit, que verificatur pro instanti qđ nūc est. Negatur ve-
ritas secunde categorice in sensu quem hic debet facere, qui
debet esse hic / immediate post illud instans futurū in quo nō
erit, et post illam productionē futuram in qua non erit, erit.
¶ Ac circa materiam cōfirmationis non essent audiendi qui
dicerent hāc / petrus possibiliter incipit esse albus; esse sic ex-
ponendam / petrus possibiliter est albus, ꝛ non immediate an-
te hoc possibiliter fuit albus, vel / petrus nunc non potest esse
albus, ꝛ possibiliter immediate post hoc erit albus, nam cum
negatio inclusa in ly incipit (vt dictum est de ly differt) nō ca-
dat in modum copule, vtpote qui precedat, certe non debet
dari exponens per copulam contradictoriā. Quis enī neget
hanc / antichristus potest incipere esse, cum certum sit ipsum
incepturum? ¶ Igitur si immediate exponeretur, exponētes
deberent esse he / petrus possibiliter nunc est albus, ꝛ possibi-
liter non immediate ante hoc fuit albus, vel petrus possibi-
liter nunc nō est albus, ꝛ possibiliter immediate post hoc erit
albus, et proportionabilr hec / petrus necessario incipit esse
albus, sic / petrus nunc necessario est albus, ꝛ necessario non
immediate ante hoc fuit albus, vel nunc necessario nō est al-
bus, ꝛ necessario immediate post hoc erit albꝰ, sed melius est
reducere ad suas deinesse. Hanc aūt / hec aīa incipit necessa-
rio esse / vbi ly necc̄o modificat ly esse, qꝛ negatio de ly incipit
ferẛ in ly necessario, q̄nquidē precedit ipsum, opinor nō esse
immediate reducendam ad deinesse, sed exponendam potius
sic / hec anima nunc necessario est, ꝛ non immediate ante hoc
necessario fuit, vel nunc nō necessario est, et immediate post
hoc necessario erit (modo in exponentibꝰ negatiuis negato)
Unde demōstrata anima q̄ nunc incipit esse, et ly necessario
dicente necessitatē naturalem, opinor illā esse veram.

¶ Ex supradictis patet huiusmodi cō- 11. No.

sequentias nō valere / petrus incipit esse, ergo petrus incipit
incipere esse / petrus desinit esse, ergo petrus desinit desinere
esse, nec econtrario. Nam si hora preterita vt supra diuisa,
petrus qualibet parte pari fuisset, impari vero non, et simili-
ter se haberet in hora futura, nunc tamen non esset, antecedens
est verum in vtraqꝫ consequentia (cum nunc non sit, ꝛ imme-
diate ante hoc fuit, ꝛ immediate post hoc erit) et cōsequēs fal-
sum, nam cum nunc incipiat esse, ꝛ immediate ante hoc inci-
piebat, non incipit incipere, ꝛ cum nunc desinat esse, ꝛ imme-
diate post hoc desinet nō desinit desinere. Et si nūc esset, vtrū-
qꝫ consequens esset verum (qꝛ nunc non incipit, ꝛ immediate
post hoc incipiet, ergo incipit incipere, ꝛ nunc non desinit, et
immediate post hoc desinet, ergo desinit desinere) ꝛ vtrumqꝫ
antecedēs falsum, qꝛ cū nunc sit, ꝛ immediate ante hoc fuit,
et immediate post hoc erit, nec incipit nec desinit esse. ¶ Hec
autē / petrus per primū sui esse incipit esse / petrus per primū
sui esse incipit incipere esse, sunt equiualentes, nam secunda
infert primā tanq̄ꝫ primā eius exponētem, ꝛ prima infert pri-
mā exponentem secūde, a synonimis, ꝛ ꝙ in inferat secūdam
patet, nam sequiẛ bene / petrus nō immediate ante hoc fuit,
ergo petrus nō immediate ante hoc incepit esse. Ac respectu
copule de extrinseco tempore cōuertuntur, si nullā addas de-
terminationē / petrus incipiet esse albus / petrus incipiet in-
cipere esse albus, sed cum determinatione non cōuertuntur /
petrus in hoc instāti incipiet esse albus / petrus in hoc instā-
ti incipiet incipere esse albus. Nam demonstrato instanti ter-
minatiuo hore future in quo petrus non erit albus, ꝛ imme-
diate post illud erit albus, et addito ꝙ hora futura vt supra
versus illud instans diuisa, in partibus paribus erit albus,
in imparibus vero nō, prima est vera ꝛ secūda falsa. ¶ Per
hec iudicabis de his / petrus incipit desinere esse / petrus de-
sinit incipere esse. In quibus tam verbū principale q̄ꝫ infini-
tiuus ampliant subiectū, nā casu quo petrus nunc primo nō
sit, nec erit post hac, hec est vera / petrus incipit desinere eē,
qꝛ nunc desinit, ꝛ nō immediate ante hoc desinebat, ac proin-
de subiectum eius supponit. ¶ Inutile esset hic hmōi verba
inintelligibilr (vt fieri solet) multiplicare ad hūc modum / pe-
trus incipit incipere incipere esse.

¶ Proportionabilr in hac / petrus est 12. No.

incipiēs esse et desinens esse albus, subiectum ampliatur ab
vtraqꝫ parte predicati, habetqꝫ proinde resolui, si sit resolu-
bile, anteq̄ꝫ reducaẛ ad copulatiuā. Idcirco nō sequitur / pe-
trus albus incipit ꝛ desinit disputare, ergo petrus albus de-
sinit disputare, nam si petrus nec sit, nec fuerit albus, erit ta-
men, qui modo non disputaret disputauerit tamen immedia-
te ante hoc, ꝛ disputabit immediate post hoc, antecedens est
verum ꝛ consequens falsum. Nec ex dicta de copulata copu-
la sequitur disiunctiua, adminus quando subiectum accipiẛ
pluribꝰ acceptionibꝰ (nam si acciperet vnica bene sequereẛ.)
Antecedens enī est verum ꝛ cōsequens falsum / petri albi bru-
nellus incipit ꝛ desinit esse, ergo petri albi brunellus incipit
esse, vel / petri albi brunellus desinit esse, si brunellus nūc nō
sit, sed immediate ante hoc fuerit, ꝛ immediate post hoc erit,
petrus vero ante hoc fuerit albꝰ, sed nō possederit brunellū,
post hoc autem possidebit, sed non est nec erit albus.

3. No. ¶ De cōuersione hmōi propositionū de/incipit/et/desinit. 1. trac. c. 14. lec. 2. disputatū est, vbi habes conuertentē huius/incipit homo esse albus. ¶ Item q casu quo hora futura, vt supra diuisa, petrus sit in qualibet parte, alia & alia albedine albus, hec est vera/album incipit esse (si nunc non sit). Nec sequitur res habens albedinē incipit esse, ergo albedinē res habens incipit esse, sicut nō sequitur/brunellū hōis incipit esse, ergo hōis brunellus incipit esse, vtputa si in qualibet parte ab alio & alio hōie possideat. ¶ Itē q cōuertens huius/hec entia incipiūt esse homines, nō est hec/hōies qui incipiunt esse hōies sunt vel immediate post hoc erunt entia, sed hec/que incipiunt esse hōies, entia sunt vel immediate post hoc erunt, propter illū casum supra positū, vez q ex duabus materijs & formis nunc existentibus hora futura fiant infiniti hōies. Habes denique cetera omnia que in hac parte possunt in dubium cadere.

¶ Lectio quarta.

1. No. Solent hic tandē quatuor antiquorū regule cōstitui, due vez circa inceptionē, & totidē circa desitionē sub hoc tenore. ¶ Prima. Qualecūque erit aliquid quale ipsum nō est, ipsum incipit, aut incipiet esse tale. i. Si res aliqua quādoque est futura qualis modo non est, aut incipit modo aut quandoque incipiet esse talis, vt si petrus qūque erit dialecticus, & nunc nō est dialecticus, aut incipit, aut incipiet esse dialecticus. ¶ Secunda. Qualecunque est vel fuit aliquid quale ipsum ante non fuit ipsum incipit, aut incepit esse tale. i. Si res aliqua aut nūc sit, aut quādo fuerit qualis antea nō fuerat, aut incipit modo, aut quandoque incepit esse talis, vt si petrus nūc est, aut fuit heri iustus, qualis preheri nō fuerat, aut incipit modo, aut ante hac incepit esse iustus. Dicitur qualis antea non fuerat, ita vt tēpus verificationis negatiue precedat tempus verificationis affirmatiue, nam si ab eterno fuisset iustus vsque ad externā diem, vnde hucusque semper fuit & est voluptuosus, licet verū sit dicere q quādoque fuit iustus, & quādoque nō fuit iustus, non tñ proinde aut incipit, aut incepit esse iustus. ¶ Tertia. Qualecūque aliquid nō est, quale ipsum aliquādo fuit, ipsum desinit, aut desiuit esse tale. i. Si res aliqua modo non est qualis aliquādo fuit, aut desinit modo, aut aliquādo desiuit esse talis, vt si petrus nūc nō sit dialecticus, fuit tñ aliquando dialecticus, aut desinit, aut desiuit esse dialecticus. ¶ Quarta. Qualecunque est vel erit aliquid quale postea nō erit, ipm desinit, aut desinet esse tale. i. Si res aliqua, aut modo sit, aut quādoque erit, qualis postea nō erit, aut desinit modo, aut quādoque desinet esse talis, vt si petrus aut nūc sit, aut cras erit iustus, qualis postridie nō erit, aut desinit modo, aut desinet esse iustus. Diximus qualis postea/nā si petrus nec sit modo, nec erit cras beatus, qualis tñ deinde in perpetuū erit, quāuis verū sit dicere q quādoque erit beatus, & quādoque nō erit beatus, non tñ subsequitur, q vel desinit, vel desinet esse beatus.

1. No. ¶ Contra has regulas forte insurgis: q non sequatur. Aliqd ens qñque erit deus, & aliqd ens nunc nō est deus, ergo aliqd ens incipit, aut incipiet esse deus, immo non sequatur respectu termini singularis. s. hoc creans erit deus, & hoc creans nunc nō est deus, ergo hoc creās incipit, aut incipiet esse deus, vtputa si demōstres deū qui modo nō creat, nec respectu termini absoluti. s. petrus quādoque erit entia, & petrus nunc non est entia, ergo petrus incipit, aut incipiet esse entia, vt si petrus nunc non sit, erit tñ cras cuius tñ partes, & sint & fuerint. Sed facile tibi respondetur q regule intelliguntur respectu termini irresolubilis.

3. No. ¶ Sed arguit scđo Hentisber sic. Nō sequitur/petrus erit tantus quātus erit paulus, & non est tantus quātus erit paulus, ergo incipit, aut incipiet esse tantus, quantus erit paulus. Etenim si petrus nunc sit bipedalis, paulus vero tripedalis, crescat tñ vterque per horam sequentē, petrus vero proportionabilr velocius q̄ paulus, ita vt in instāti terminatiuo hore si manerent esset vterque quadrupedalis, sit tamen illud primū non esse amborum, antecedēs (inquit) est verum, nam secunda pars nota est, & prima patet, quia aliquantus erit paulus, & tantus erit petrus, & non tantus erit paulus, quin tantus erit petrus, sed q cōsequens sit falsum, inde (ait) constat, q non signabitur instans in quo petrus sit tantus quantus paulus, aut post quod immediate erit tātus. ¶ Negatur tamen a modernis, q dicta consequentia nō valeat, immo sicut consequens est falsum, ita & antecedens pro prima parte, illa eñ propositio/petrus erit tantus quantus erit paulus/non est immediate exponibilis ante resolutionē determinationis copule, modo quecūque singularis huiusmodi/petrus in hoc instanti erit tantus quātus erit paulus, est falsa, q nullum dabitur instans in quo ambo habebūt equales quantitates. ¶ Sed cōtra (inquis) signato instāti in quo petrus erit tripedalis cum dimidio, verum est dicere/petrus in hoc instanti erit tantus quantus erit paulus, q quantus in aliquo instanti erit paulus. s. quātus erit in illo in quo habebit tantūdem quantitatis. Fateor: bene notas differētiam inter hanc/petrus erit tantus quantus paulus (vbi nō exprimitur nisi vnum verbum) et hanc/petrus erit tantus quātus erit paulus (vbi exprimuntur duo) nam in prima, cum vnica determinatio copule restringat simul ambas partes predicati, denotetur q in aliquo instanti petrus habebit tantā quātitatem quantam in eodem habebit paulus, ac proinde dicta propositio equiualet huic/petrus erit equalis paulo. Sed in secunda cum singule partes singulis verbis determinentur, denotatur, q petrus in aliquo instanti habebit tantam quātitatem, quantam paulus habebit in illo vel in alio. Nihilominus tamen secunda est falsa in illo casu sicut prima, nam cum ly quantus sit signum distributiuū, quocūque instanti demōstrato falsum est dicere/petrus in hoc instanti tantam habebit quantitatē, quantā habebit in aliquo instanti paulus, sensus eñ est/habebit quantitatem equalem quantitati maiori earū quas habebit paulus. Obidque ratio tua nihil probat. ¶ Qui tñ vellet tutare opinionem Hentisberi posset (et forsan recte) dicere, q quāuis in hac/petrus erit tantus quantus paulus, vbi vnica est determinatio totius predicati, descendendum sit sub tali determinatione ante expositionē comparatiui, nihilominus in hac/petrus erit tantus quātus erit paulus, non est descendēdum, sed cū denotentur diuersa tempora, est immediate exponenda sicut exponebatur in argumēto principali. Et tunc dicendum q ex illa affirmatiua de futuro, & negatiua de presenti non sequitur disiunctiua de/incipit/iuxta tenorē prime regule, & ratio est, q regula intelligitur q̄ñ illa de futuro verificatur pro aliquo instanti, modo in casu argumēti nō verificatur nisi pro tota hora futura inadequate.

¶ Tertio tamen ad principale arguitur. Non sequitur/petrus pertransibit. a. spacium, & nunc nō pertransit, ergo incipit, aut incipiet pertransire. a. spacium. Nec sequitur/petrus aliquando perficiet domū, et nunc non perficit domū, ergo incipit aut incipiet perficere domū. Sit nunc eñ in instanti in quo petrus per vltimū non esse incipit moueri per. a. spacium pedale aut in quo per vltimū non esse incipit construere domū, & supponamus, vt res habet, q motus sicut incipit esse per vltimū non, ita desinit per primum non, tunc antecedens est verum (vt notum est) et q consequens sit falsum patet, nam si ly pertransire, aut ly perficere dicant cōsumationē operis, reuera non est concedendū q petrus nunc incipit perficere domum, q nec perficit modo nec immediate post hoc perficiet, quāuis incipiat facere. Item nec post hoc incipiet, q maxime in instanti extrinsece terminante tempus factionis (nam ante illud semper restabit aliquid faciendum) vel in illo, sed tūc falsum est dicere q tunc pficit, q iā domus omnino erit perfecta, nec immediate post illud perficiet, ergo in illo non incipiet perficere. Et eodem modo argue de ly pertransire & similibus.

4. No. ¶ Ad hoc argumentum posset quis (et apparenter quidē) respōdere iuxta modum Hentisberi, q̄ ex affirmatiua de futuro et negatiua de presenti non sequit̄ disiūctiua de incipit iuxta tenorē regle, quia ille affirmatiue de futuro .s. petrus perficiet domū / petrus pertrāsibit .a. spacium / non verificātur pro aliquo instāti, sed pro toto tempore mot⁹ in adequate. Uerumtn̄, vel ego fallor, vel potest concedi ꝯ͂ns pro scd̄a parte .s. petrus incipiet perficicere domum, nā in instanti extrinsece terminātē tp̄s factionis certe verū erit dicere / petrus nunc perficit domū, et nō immediate ante hoc perficiebat, nec obstat q̄ tunc nihil facit, nā ly perficit sicut ceteri termini denotātes cōsummationē operis, reuera videtur mihi ampliare sicut ly desinit. Unde ad veritatem harum / hec domus est facta / hoc spaciū est pertransitū / hec vox est prolata, et similes, sufficit et requirit̄, q̄ hmōi desinesse .s. hec domus perficitur / seu / finit̄ / hoc spacium finit̄ pertransiri (vt sic dicā) hec vox finit̄ proferri / aut ante hac fuerint vere, aut nunc primo sint vere, vbi ly finit̄ exponatur per primū nō esse .i. nunc nō profertur, nec aliquid restat ꝓferendū, et immediate ante hoc proferebatur. Et ad hunc sensum diximus in principio primi tractatus, et capite modaliū ad veritates taliū de participio preteriti requiri viritates taliū desinesse.

5. No. ¶ Posset hic fieri argumentū supposito q̄ deus possit producere tres angelos, michaelē .s. in .a. instanti, et gabrielē immediate ante illud, et raphaelem immediate post illud, tali᷑ q̄ nullus duret nisi per instans. Tūc ess͂ .a. sit instans terminatiuū hore future verū est nunc dicere / gabriel nunc non est, et aliquādo erit, et tn̄ nec incipit nec incipiet esse, quia maxime inciperet in instāti .a. (quia ante illud nō est signabile instās in quo incipiat) sed in illo nō incipiet, quia nec erit in illo, nec immediate post illud. ¶ At argumentum hoc plura dubia submoueret, q̄͂ que summulista posset percipere. Credo tn̄ casum non eē possibilē, vcȝ q̄ deus produxerit immediate ante hoc, aut ꝓducat immediate post hoc vnū determinatū angelū qui tn̄ duret per instans, cum nullū instās fuerit immediate ante hoc, nec erit immediate post hoc, casu tn̄ admisso cōcedendū esset hanc esse instantiā regule ꝓpter rōnem Hentisberi, vcȝ q̄ nō est signabile instans pro quo verificet̄ illa affirmatiua de futuro / gabriel post hoc erit. Multa alia possent adhunc modū hic disputari, que, ne totā hic inceptionis rerum philosophiam submoueremus, diximus missa facere.

¶ Capitis septimi. Lectio prima.

1. No. Post exponibiles ratione verbi disputandū est tertio de exponibilib⁹ ratione nois. Quarū primū genus est propōnum de cōparatiuo et superlatiuo. At vero quia hmōi ꝓpōnes per hec aduerbia / ita sicut exponūtur, solent primo a modernis propōnes de / ita sicut / exponi. ¶ Igit̄ ly ita sicut quādoq̄ iungit̄ termino non recipiēti magis et minus, et tunc solū denotat talem terminū predicari de vtroq̄ extremo cōparationis, vt si dicas / petrus est ita homo sicut paulus / denotur solum q̄ petrus est hō, et paulus est homo, et per has duas solū propōnes exponitur. Et idē dicendū de hac / hec propō / dominicus scribit / est ita vera sicut hec / quodlȝ est vel non est. Quinetiā qñ adiungitur tr̄o recipiēti magis et minus accipit̄ frequenter vt nō dicat omnimodā similitudinē, et tunc denotat tādem solum q̄ talis terminus dicat̄ de vtroq̄ extremo, per hanc ergo petrus est ita dialecticus sicut paulus, potest quādoq̄ id solū denotari q̄ vcȝ vterq̄ sit dialecticus, q̄uis paulus sit dialectice doctior petro. ¶ Accipit̄ tādē strictum vt .s. dicat omnimodā similitudinē, et tunc cum tn̄ sint duo genera talium propositionū .s. affirmatiuarū et negatiuarū, propō primi generis immediate exponibilis exponit̄ per copulatiuam ex tribus categoricis, in quarū prima terminus in quo fit comparatio affirmatur de primo extremo cōparationis, et in secūda affirmatur de secūdo, et in tertia denotatur secūdum nō excedere primū in eo in quo fit comparatio, et propō secundi generis exponitur per disiunctiuā contradictoriā copulatiue per quā exponitur sua contradictoria primi generis. Subiectū propōnis est primū comparationis extremū, et terminus proxime sequens ly ita, est terminus in quo fit comparatio, et terminus sequēs ly sicut, secundū extremū. U.g. hec propō / petrus est ita doctus sicut paulus, sic exponitur / petrus est doctus, et paulus est doctus, et paulus nō excedit in doctrina petrum, et sua contradictoria cōtradictorie modo. Quare non requiritur ad veritatem dicte propōnis, q̄ sint eque docti, immo de petro doctiore paulo sic loquimur / petr⁹ est ita doctus sicut paulus, et adhuc doctior. Hec expositio intelligat̄ quādo, et id in quo fit comparatio est solum vnū, et vnicum est verbum in propositione, nam si sint duo verba debet alterum in prima exponente, et alterū poni in secūda, et proportionabiliter si sint duo in quibus fit comparatio. U.g. hec / antichristus erit ita malus sicut fuit mahometus / exponitur sic / antichristus erit malus, et mahometus fuit malus, et mahometus non excessit in malicia antichristū qui erit. Et hec / antichristus erit tā malus q̄͂ abraā fuit bonus, valet hanc / antichristus erit malus, et abraam fuit bonus, et bonitas abrae nō excessit maliciā que erit antichristi. Hec signa / tam q̄͂ / tantus quantus / eodem modo exponūtur, vt / ita sicut. Idem enī est dicere / petrus est ita magnus sicut paulus / et tantus quantus paulus.

¶ Comparatiuū quādoq̄ accipit̄ pro positiuo, vt / plura, pro / multa / (illic, termin⁹ cōmunis est qui significat plura, quādoq̄, vt dicunt) pro superlatiuo, vt / horum maior charitas, q̄͂q̄͂ forsan in hmōi locutionib⁹ nō accipitur nisi pro comparatiuo, sed sint cōstructiones grece .s. genitiui pro ablatiuis. ¶ At in vi cōparatiui accipit̄ dupliciter, vno modo abusiue, vt qñ id in quo fit comparatio nō denotatur cōuenire vtriq̄ extremo comparationis, sed aut alteri solum, aut nulli, vt / deus est melior diabolo / adulteriū est melius homicidio, quarū prima exponitur per has solū duas / deus est bonus, et diabolus nō est ita bonus sicut deus, et in secūda ly melius tn̄ valet sicut minus malū. De quib⁹ acceptionibus nihil amplius in presentiarū. Alio modo accipit̄ proprie, vt vcȝ valet suum positiuū cum aduerbio magis. Et adhuc dupliciter, vno modo, vt illa in quibus fit cōparatio sint diuersa, vt / nix est albior q̄͂ coruus sit niger, et tunc denotatur alterum alteri extremo cōuenire, et alterum alteri. Alio modo vt sit vnū solum in quo fit cōparatio et tunc denotatur illud idem cōuenire vtriq̄ extremo, aut mediante eadem copula (si sit vnica in exponibili) vt / petr⁹ est doctior paulo, aut mediantibus diuersis, si sint diuerse, vt / antichristus erit peior q̄͂ fuit mahometus. ¶ Igitur supposito duo esse genera hmōi exponibiliū .s. affirmatiuarū, vt in quibus copula principalis affirmatur, et negatiuarū, vt in quibus copula principalis negatur, propō primi generis exponitur per copulatiuam ex tribus categoricis in quarū prima affirmatur positiuū de extremo excedente, et in secunda de extremo excesso, et in tertia negatur de excesso in propōne de / ita sicut. Propositio secūdi generis exponit̄ per disiunctiuā contradictoriā copulatiue per quā exponitur sua cōtradictoria primi generis. Subiectum exponibilis de cōparatiuo dicitur primū seu excedens extremū, et id qd̄ ponitur in ablatiuo, seu proxime sequitur post ly q̄͂ dicitur secūdum seu excessum. U.g. hec / petrus est doctior paulo / sic exponitur / petrus est doctus, et paulus est doctus, et paulus non est ita doctus sicut petrus. Et hec / petrus est peior q̄͂ antichristus erit / sic / petr⁹ est malus / et antichristus erit malus, et antichristus nō erit ita malus sicut nūc est petrus / et hec / antichristus erit astutior q̄͂ solomō fuit sapiens, sic, antichristus erit astutus / et salomon fuit sapiēs, et solomō nō fuit tā sapiēs q̄͂ antichristus erit astut⁹, et cōtradictorie harū ꝯtradictorio modo, vt / petr⁹ nō est doctior paulo / petr⁹ nō est doct⁹ / vel paulus nō est doct⁹ / vel paulus

est ita doctus sicut petrus. Et quando in hmõi propositionibus ponũtur duo verba, illud quod ponitur post ly sicut, dicitur copula implicationis. Que quidem exponẽtes designantur per dictiones illas per quas designantur exponentes de differt. s. vicio/cõmori. ¶ Hinc sequit̃ veritas huius sophismatis/minori te ⁊ quolibet maiori te tu es maior, si ly minori feratur in totum copulatum/te ⁊ quolibet maiori te, qđ sic exponit̃/tu es magnus, et quodlibet qđ est minus te ⁊ quolibet maiori te est magnum, ⁊ nihil qđ est minus te ⁊ quolibet maiori te est ita magnum sicut tu. Et proportionabilr probabis hãc/maiori te ⁊ quolibet minori te tu es minor. Sed si ly minori, aut ly maiori non caderet nisi in ly te, talia sophismata essent falsa.

3. No. ¶ Superlatiuũ quandoꝗ accipit̃ absolute sine genitiuo ab eo recto vi comparationis, vt/maria optimã partem elegit/petrus est vir doctissimus, ⁊ tunc conuertitur cum suo positiuo ⁊ aduerbio valde, vt/doctissimus/valde doctus. Dixerim vi cõparationis, vt sub eadẽ acceptione includerem hmõi superlatiua/ summa pars hoĩs est cerebrum, infima vero, pes, vbi ille genitiuus non notat alterum extremũ comparationis, ac proinde talis propõ non est exponibilis immediate ratione superlatiui, sed per suppositionem extremoꝝ, que cognoscũtur per has/hec est summa partium hoĩs/hec est infima partũ, que sunt immediate exponibiles. ¶ Alio modo accipit̃ cum genitiuo recto in vi cõparationis, vt/Aristoteles est grecoꝝ doctissimus/ Tullius est latinorũ eloquẽtissimus. Et tunc accipitur, aut affirmatiue, aut negatiue. Si affirmatiue, conuertitur cum propõne de comparatiuo, genitiuo verso in ablatiuũ, restrictũ pro suppositis alijs a supposito primi extremi comparationis, vt dicte propõnes cõuertuntur cum his/ Aristoteles est doctior ceteris grecis/ Tullius est alijs latinis eloquẽtior. Alio modo accipitur negatiue. Et tunc propõ de superlatiuo affirmatiua exponitur per tres categoricas, in quarũ prima affirmatur positiuũ cũ recto genitiui de primo extremo, et in secunda de secundo, et in tertia negatur comparatiuũ de eodem secũdo extremo, vt prima dictarũ propositionũ sic exponitur/ aristoteles est grecus doctus, ⁊ oĩs grecus ali⁹ ab illo est doctus, ⁊ nullus grecus alius ab aristotele est doctior illo. Et in eodẽ sensu solet quandoꝗ accipi hec/petrus est doctissimus homo, vt vez valeat hanc/petrus est doctissimus hominum. ¶ Hinc sequitur has propositiones esse possibiles, scilz/petrus est maximus homo qui non est maximus hominũ/petrus est minimus homo qui non est minimus hominũ, vt ly maximus ⁊ pariter ly minimus feratur in totum complexum sequens. Prima patet casu quo petrus sit maior ceteris hominibus excepto paulo qui sit maior petro, ⁊ secunda casu quo petrus sit minor ceteris hominibus excepto paulo qui sit minor petro, nam prima sic exponitur/petrus est magnus, ⁊ quilibet homo qui nõ est maximus hominũ alius a petro est magnus, ⁊ nullus homo qui non est maximus hominũ alius a petro est maior petro. Et proportionabiliter exponitur secunda. Si tamen ly maximus solum determinaret ly homo, ⁊ relatiuũ referret totum complexum/maximus homo/ dicte propositiones essent false, quippe que hos sensus redderent/petrus est maximus homo, ⁊ ille nõ est maximus hominũ/petrus est minimus homo, ⁊ ille nõ est minimus hominum. ¶ Dicitur in prima exponente debere predicari rectum genitiui cum positiuo, ad denotandum falsitatem huius/ petrus est fortissimus leonũ, quippe cuius prima exponens sit/petrus est leo fortis. ¶ Dicitur in primo membro superlatiuũ accipi affirmatiue, qꝛ cõuertitur cum affirmatiua de comparatiuo, ⁊ in secunda accipi negatiue, qꝛ tertia exponens est negatiua. Aut (si superlatiuũ primo modo acceptum exponatur per exponentes comparatiui cum quo conuertitur) quãq̄ tunc tertia exponens sit negatiua, dicitur nihilominus affirmatiue accipi, quia denotat excessum supra aliud extremũ, qualis non denotatur si acciperetur secũdo modo. ¶ Hinc sequitur ꝙ superlatiuũ affirmatiue sumptum non differt a comparatiuo nisi in sola constructione, ꝗ vez superlatiuũ designet comparationẽ ad plura eiusdem generis, regatꝗ genitiuum, comparatiuũ autem ad vnum vel ad plura alterius generis, regatꝗ ablatiuum, vt/petrus est doctior paulo/homo est excellẽtior brutis. Nisi forsan regeretur partitiue inter duo, vt/dextra manuũ est fortior. Dicitur tamen superlatiuũ addere super comparatiuũ, quando ipsum in oratione sequitur, vt si diceres/ status coniugatoꝝ est bonus, continẽtium melior, sed virginũ optimus. ¶ Sequitur secundo ꝙ propositio de superlatiuo negatiue sumpto est subalterna propositionis de comparatiuo ceteris paribus. Sequitur nãꝗ/petrus est doctior hominibus alijs ab ipso, ergo petrus est doctissimus hominũ, non tamen contra, nam si omnes essent eque docti antecedens esset verum ⁊ cõsequens falsum. ¶ Primo modo accipit̃ frequẽtius superlatiuũ, sed etiam secundo modo inter dialecticos nõnunq̄, presertim in hmõi locutionibus/si aliqua propositio esset vera maxime hec/homo est animal/sed hec nõ, ergo/si tua opinio esset vera maxime ex eo ⁊c̃. vbi ly maxime nõ accipit̃ positiue, sed negatiue, ita eñ solemus subiungere/qꝛ non est potior ratio de alia q̄ de hac ⁊c̃. Eodem modo accipiunt phisici superlatiua/maximũ/minimũ/ cum disputãt de quãtitate seu potẽtia aliqua, termineturne quo ad magnitudinem per maximũ qđ sic, an per minimũ quod non. Item quo ad paruitatem per minimũ quod sic, an per maximũ quod non. Et eñ maximũ. v. g. pondus, qđ petrus potest portare, est illud, quo, cum illud possit, nullũ maius potest portare, ⁊ minimũ quod nõ potest, est illud, quo, cum illud non possit, quodcũꝗ minus potest, qui sunt termini magnitudinis. Et minimũ obiectum, quod petrus potest videre, est illud, quo, cũ id possit, nullum minus potest videre, ⁊ maximũ quod non potest videre, est illud, quo, cum id non possit, quodcũꝗ maius potest infra maximum quod sic. Qui sunt termini paruitatis obiecti visibilis. Itaꝗ maximũ quod sic non excludit alia equalia, sed excludit ꝙ inter illa que petrus potest portare nullum est maius. Et proportionabiliter in ceteris, vt latius in philosophia solet ⁊ debet exponi (non eñ est summuliste pressius hec tractare). ¶ Has tres exponibiliũ species simul exposuerim, tum qꝛ alia per aliam inuicẽ declarãtur, tum ne idẽm bis repeteremus, qꝛ eedẽ difficultates q̄ circa aliquã illaꝝ, possunt et circa ceteras pariter submoueri.

¶ Unde sequitur primo: ꝙ tertia expo- 4. No.
nens propõnis de/ita sicut/non debet esse de cõparatiuo, nisi si tertia exponens. v. g. huius/petrus est ita doctus sicut paulus/esset hec/paulus nõ est doctior petro/ cũ tertia exponẽs huius de cõparatiuo sit ipsa eadẽ de ita sicut, daret̃ quidẽ circulus, qui repugnat arti expositorie, debet eñ exponens esse notior exponibili, ⁊ non potest idẽ esse notius seipso. ¶ Sed dubitas de tertia exponẽte hui⁹/petr⁹ est ita parv⁹ sicut paulus/q̄ non videt̃ posse esse alia q̄ hec/paulus nõ est minor petro, nam improprie diceretur/paulus nõ excedit petrũ in paruitate. Reuera ne admitterẽ circulum, potius dicerem ꝙ tertia exponens huius de/ita sicut/est hec / petrus non excedit paulum in quãtitate/que equiualet alteri. s. paulus nõ est minor petro. Proportionabilr dicendum de hac/petrus est ita ignarus sicut paulus/⁊ de ceteris terminis priuatiuis, ꝗ vez in tertia exponente denotetur ꝙ primũ extremũ non excedat secundũ in positiuo, sicut in tertia exponente positiuoꝝ denotatur, ꝙ secundũ non excedat primũ. In his autem non est immorandũ, nam forsan propositiones de ita sicut euidentiores sunt q̄ vt per alias exponãtur. Exponitur autem vt pluribus medijs abundemus ad ipsas probãdum aut oppugnãdum. ¶ Hinc fit ꝙ si petrus ⁊ paulus sint equales, concedendum est ꝙ petrus est ita magnus sicut paulus ⁊ ita paruus, quodcũꝗ eñ quantum dicitur magnum ⁊ paruũ respectiue. Nisi sit infinitum, quod non diceretur paruũ, aut minimum naturale, quod forsan nõ diceretur magnum. Quo admisso concedendũ esset ꝙ. a. b. et. c. sunt quanta ⁊. a. est maius. b. si

b. non est minus. a. item ꝙ. c. est minus. b. ⁊ tamen. b. non est maius. c. immo ꝙ. a. et. c. nec sunt equalia nec. a. est maius nec minus. c. nec. c. maius nec minus. a. Quod patet si. a. sit infinitum ⁊. c. minimum ⁊. b. medium/ nec infinitum nec minimum ¶ Sequitur denique huiusmodi exponibilium genera non exponi formaliter, nam inter positiuum exponentium ⁊ comparatiuum, seu superlatiuum exponibilis, item inter verbum/ excedit/ positum in exponentibus de/ ita sicut/ aut (si exponas per comparatiuum) inter ipsum ⁊ terminos exponibilis nulla est synonimitas intrinseca, ⁊ ideo potest huic (. v. g.) consequentie/ petrus est doctior paulo, ergo petrus est doctus ⁊c. instari si in consequenti loco de ly doctus ponas ly albus, immo nec hec/ petrus est magis doctus quam paulus, ergo petrus est doctus, ⁊ paulus est doctus, ⁊ paulus non est ita doctus sicut petrus, est formalis (vt nonnullis apparet) instaretur enim si in antecedenti loco de ly magis poneres ly minus, et inferres idem consequens. Sat ergo est ꝙ sit materialis. Ubi eadem est conclusio que in aliis exponibilibus. s. Ab exponibili primi generis ad copulatiuam exponentium est maius consequentia, sicut ab exponibili secundi ad disiunctiuam.

5. No. ¶ Circa suppositiones terminorum huiusmodi exponibilium notato, ꝙ termini, signa exponibilia precedentes, supponunt secundum exigentiam signorum que in ipsos feruntur, et secundum eorum exigentiam est sub illis ascendendum vel descendendum, antequam tales propositiones exponantur. Termini autem sequentes qui reguntur a signo exponibili, si aliud signum non intercedat, distribuuntur a tali signo, quod patet, quia in quacunque exponente ponuntur, supponunt distributiue. Quare sub illis valet immediate ascensus descensusque copulatiuus. V. g. in his propositionibus/ leo est ita fortis sicut homo/ leo est fortior homine, ly leo supponit determinate, et ly homo sicut ly homine ⁊ ly hominum in hac/ petrus est fortissimus hominum/ distribuitur, immo formaliter equiualent respectiue copule de presenti/ leo quolibet homine est fortior, leo est fortior homine. Unde in contradictoriis primarum duarum. s. nullus leo est ita fortis sicut homo/ nullus leo est fortior homine/ termini sequentes signa supponunt confuse tantum, quia in affirmatiuis distribuebantur in ordine ad determinatum subiecti. Ubique sicut in affirmatiuis non licet ascendere copulatiue sub talibus terminis ante resolutionem subiecti, ne arguatur a pluribus ad vnicam determinatam, ita nec licet in negatiuis descendere immediate sub illis disiunctiue. In hac autem/ musca est fortior omni animali/ admisso ꝙ signum non sit pars, ly animali supponit determinate, vtpote in quod duo signa vniuersalia feruntur. ¶ Et per hec aperitur defectus in hac consequentia. Aliqua pars. a. linee est magna/ ⁊ aliqua pars. b. est magna/ ⁊ nulla pars. b. linee est ita magna sicut pars. a. ergo aliqua pars. a. est maior parte. b. arguitur enim ex parte de ly pars. a. a confusa (sic enim supponit in tertia exponente) ad determinatam. Et casu quo. a. et. b. linee sint equales, antecedens est verum, quia contradictoria tertie exponentis. s. aliqua pars. b. est ita magna sicut pars. a. est falsa, cum ly pars. a. distribuatur, ⁊ consequens est falsum, vt singulares subiecti manifestant. Et eodem modo patet falsitas huius/ homo est fortior leone/ si infinitis hominibus ac leonibus existentibus primus leo esset fortior primo, et secundus homo fortior primo leone, ⁊ sic in infinitum, quamquam exponentes immediate in illo casu essent vere. ¶ Sed queritur an similis defectus committatur in hac consequentia/ aliqua pars. a. est magna/ ⁊ aliqua pars. b. est magna/ ⁊ nulla pars. b. excedit in magnitudine partem. a. ergo aliqua pars. a. est ita magna sicut pars. b. Si ly excedit non sit signum distributiuum, reuera in hac consequentia nullus committitur defectus, quia in tertia parte antecedentis distribuitur ly pars, cum in contradictoria non distribuatur, que proinde est vera, quo fit vt in dicta consequentia antecedens sit falsum pro tertia exponente sicut consequens, sed si sit signum distributiuum, quod verisimilius apparet (cum sit signum comparatiuum) idem defectus committitur, ⁊ in eodem casu antecedens est verum, et consequens falsum. Quo fit vt tertia exponens huius/ hec pars. a. est ita parua sicut pars. b. (demonstrata medietate) sit hec/ hec pars non excedit omnem partem. b. (signo non existente parte) vt distribuatur ly partem sicut in exponibili, nam si non adderes ly omnem, exponentes essent vere, cum tamen exponibilis esset falsa. ¶ Dixerim in principio huius notabilis, ꝙ termini qui reguntur a signo comparationis in vi comparationis distribuuntur, nam alias quamquam sequantur comparatiuum non distribuuntur, vt in hac propositione/ petrus est ditior auro quam paulus, ly auro non distribuitur, quia non distribuitur in omni exponente. s. petrus est diues auro, ⁊ paulus diues auro ⁊c. sicut in hac/ petrus est maior aliqua proportione sua parte, ly proportione non distribuitur, sed nec licet sub ly auro immediate descendere, nam si petrus haberet vnum pondus auri, ⁊ paulus vnum aliud duplum, illa est vera, ⁊ quelibet singularis sub ly auro est falsa, nam hec/ petrus hoc auro est ditior paulo, sic exponitur/ petrus est hoc auro diues, ⁊ paulus est hoc auro diues ⁊c. Quare hec/ petrus est aliquo auro ditior quam paulus, in rigore est falsa, licet communiter accipiatur loco prioris.

¶ Hinc patet quare in regulis exponendi propositiones de/ ita sicut/ dicebamus/ immediate exponibilis/ que particula in exponibilibus de comparatiuo ⁊ superlatiuo est pariter intelligenda, nam propositiones in quibus termini precedentes signa exponibilia communiter supponunt, non sunt immediate exponibiles. ¶ Immo nec propositiones de modo loquendi inconsueto vel in quibus complexum includens comparatiuum aliquo signo modificatur, vt petrus omne ita forte sicut paulus est/ petrus omne fortius paulo est. Sunt enim tales propositiones immediate resoluende per ascensum sub totali predicato. s. petrus hoc ita forte sicut paulus est, ⁊ petrus hoc ita forte ⁊c. Et proportionabiliter sue contradictorie. s. petrus aliquid ita forte sicut paulus non est/ petrus aliquid fortius paulo non est, per ascensum distinctiuum sub totali predicato, nullo enim modo licet tales propositiones immediate exponere. Nam si non essent inter homines nisi petrus ⁊ paulus, qui essent eque fortes dicta exponibilis negatiua esset falsa, cum sua contradictoria/ petrus omne ens ita forte sicut paulus est, sit vera, ⁊ tamen exponentes essent vere. s. petrus ens forte non est, vel paulus ⁊c. Et si esset solus petrus in mundo, hec exponibilis/ petrus ens ita forte sicut petrus non est, esset vera, ⁊ omnes exponentes essent false. s. petrus ens forte non est/ vel petrus ens forte non est/ vel petrus excedit in fortitudine petrum, non enim concedimus aliquid, aut esse ita forte sicut seipsum, aut seipsum excedere. Pariter si non essent alii fortes in mundo quam petrus ⁊ paulus, petrus autem esset fortior paulo, hec esset falsa/ petrus aliquid fortius paulo non est, ⁊ exponentes essent vere. s. petrus ens forte non est, vel paulus ⁊c. 6. No.

¶ Per hec denique constat genus omne oppositionis perinde esse constituendum inter huiusmodi exponibiles, atque inter propositiones non exponibiles, seu de inesse fuerint, seu de extrinseco tempore, aut modales. Sicut enim inter has quatuor/ omnis homo est fortior leone/ omnis homo non est fortior leone/ aliquis homo est fortior leone/ aliquis homo non est fortior leone/ reperitur omne genus oppositionis, ac si non essent exponibiles/ ita inter has/ petrus necessario est fortior leone/ petrus impossibiliter est fortior leone/ petrus possibiliter est fortior leone/ petrus possibiliter non est fortior leone. Prime enim due sunt contrarie, ⁊ tertia ⁊ quarta subcontrarie, prima ⁊ tertia subalterne sicut secunda ⁊ quarta, ac proinde prima et quarta contradictorie sicut secunda et tertia. At cum huiusmodi signa comparationis sint vniuersalitates, fit, vt nec possit aliquod illorum in vtraque contradictoriarum affirmari aut negari, nec in vtraque subcontrariarum affirmari, nec in vtraque contrariarum negari. 7. No.

¶ Lectio secunda.

Contra hec autē primo arguitur. Non sequitur/petrus erit magnus, ꝛ paulus erit magnus, ꝛ paulus non erit ita magnus sicut petrus, ergo petr⁹ erit maior paulo, nam si cras paulus sit bipedalis, quo mortuo nascatur petrus qui postridie erit tripedalis, antecedēs est verum (vt notum est) ꝛ consequens falsum, q: sua deinesse nunq̄ post hac erit vera, ꝛ tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilem, ergo modus exponendi traditus non valet. ¶ Et confirmatur. Non sequitur/petrus potest esse doctior paulo, ergo paulus impossibiliter est ita doctus sicut petr⁹, nam antecedens est verum (vt patet per suam deinesse) et consequens impossibile, ꝛ tamen arguitur ab exponibili copulatiue ad eius tertiam exponētem, ergo. Ad hunc modū potes arguere respectu de ly ita sicut, ꝛ respectu superlatiui.

1. No. ¶ Circa huius solutionem distinguēdum est inter propositiones in quibus nō ponitur copula implicationis, ꝛ propositiones in quibus ponitur, nam in primis, cum ambo extrema comparationis teneātur in ordine ad idem verbum, debent post resolutionem terminoꝝ precedentium signum exponibile reduci immediate ad vnicam de inesse, aut si libuerit eas exponere, opus est primo descendere sub determinatione verbi, vel addere in secūda ꝛ tertia exponentibus ly simul, vt denotetur consistentia amborum extremoꝝ pro eodem instāti. ¶ Et per hoc ad argumentū cōcessa maiore negatur minor, non eñ sunt ille secunda et tertia exponentes, sed he/ paulus simul erit magnus, ꝛ paulus simul non erit ita magnus sicut petrus. At in regulis exponendi nō meminimus de hac particula, q: presupponebam⁹, vt res habet, tales propositiones esse probandas, aut per descensum sub determinatione. s. petrus in hoc instanti erit maior paulo, vel potius esse reducēdas ad suas deinesse, in quibus non opus est addere ly simul, nisi quādo verbum presentis pro aliqua temporis latitudine viiret, quod proinde est, ac si esset ampliatiuū. ¶ Quādo autem est propositio de copula implicationis, vt/petrus erit maior q̄ erit paulus, tūc, q: singula extrema tenentur in ordine ad singula verba, non possunt cōmode ad aliquā deinesse reduci, sed sunt determinationes talium verboꝝ seorsum resoluēde, vt denotetur singulis extremis singula instātia correspōdere. s. petrus in hoc instanti erit maior q̄ in aliquo instanti erit paulus/vel petrus in hoc instāti ꝛc̄. Et quelibet singularis est probāda per expositionem immediate. s. petrus in hoc instāti erit magnus, ꝛ paulus erit magnus (. s. in illo aut in alio instanti) et paulus nō erit ita magnus sicut petrus erit in hoc instanti, aut, si placet descēdere sub copula implicationis, descendēdum est copulatiue, q: tempus per ipsum importatum distribuitur a ly q̄. Unde dicta propositio est vera casu argumenti non obstāte falsitate illius/petrus erit maior paulo. Quare non requiritur ad eius veritatē, q hec deinesse/petrus est maior q̄ est paulus/post hac erit vera. Nec regulat̄ per hāc/ petrus est maior q̄ erit paulus, nam in casu argumenti ante natiuitatem petri nunq̄ erit vera, q: subiectum non supponet, ꝛ ipso existente, cum paulus iam erit mortuus, ly paulus non supponet in ordine ad ly erit. Nec cōmode regulat̄ per hāc (vt quidā fingunt) petrus est maior q̄ est vel fuit vel erit paul⁹, vt illa copula disiūcta importet totū tp̄s futurū post hoc instans, vix eñ pōt talis copula limitari, vt pro solo tali tempore viiat. Et ideo cōmodius resoluūtur tales propositiones per expositionem, vt dictum est.

2. No. ¶ Ex dictis sequitur primo: q si cras petrus esset maior paulo, postridie autem paulus maior petro, falsum esset dicere/petrus erit maior q̄ erit paulus, sed verum esset q petrus erit maior paulo. Et si hora futura diuisa per partes proportionales versus finem, in prima petr⁹ esset maior paulo, ꝛ in secūda paulus maior petro, et sic vsq̄ ad instans terminatiuū in quo restarēt equales, ꝛ vterq̄ maior q̄ antea fuerit, hec copulatiua esset vera/petrus erit ita magnus sicut paulus, et petrus erit maior paulo/ et paulus erit maior petro, ꝛ tamen nec petrus erit maior q̄ erit paulus, nec paulus erit maior q̄ erit petrus. ¶ Sequitur secundo hanc consequētiam non valere/petrus erit fortior q̄ erit leo, ergo petrus erit fortior q̄ est vel erit leo, nam si aliquis leo nunc sit fortior petro, qui tamen post hac semper erit debilior petro ꝛ non sint post hac alij leones, antecedens est verum ꝛ consequens falsum. Nec sequitur/ petrus erit fortior leone, ergo petrus quocunq̄ leone erit fortior, arguitur eñ a minus ad magis amplum distributum, et casu quo ille leo fortior petro desineret nunc esse, essent alij tamē post hac, quibus petrus esset fortior, antecedens esset verum ꝛ consequēs falsum. ¶ Sequitur tertio hanc consequentiam non valere/ petrus erit fortior leone, ergo petrus erit fortior q̄ erit leo, nam si cras sit petrus fortior leonibus qui cum illo erunt, postridie autem erunt leones fortiores illo, antecedens est verū et consequens falsum. Quare sub ly leone in antecedenti nō licet copulatiue descēdere ante resolutionem de ly instans inclusio in copula determinate supponēte. Eodem modo distinguito inter has/ petrus erit ita doctus sicut paulus/petrus erit ita doctus sicut erit paulus, de quibus eadem est ratio. ¶ Sequitur tandem differentia inter has propositiones/petrus incipit esse albior paulo/petrus est albior q̄ paulus incipit esse. Nam prima exponitur sic/petrus est albior paulo, et non immediate ante hoc fuit albior paulo, vel petrus ꝛc̄. Et secunda sic/petrus est aliqualiter albus/ et paulus incipit esse aliqualr albus/ꝛ paulus incipit esse tā alb⁹ q̄ est petrus. ¶ Sed queris de veritate huius secunde casu quo petrus modo sit albus vt tria, paulus vero hactenus fuisset albus vt vnum, sed nunc per primum sui esse incipiat esse vt duo. Uidetur nāq̄ secunda exponens falsa. s. paulus incipit esse aliqualiqualiter albus, cum ꝛ modo sit, ꝛ immediate ante hoc fuerit aliqualiter albus. Quod si dicas secundam exponētem debere esse hanc/paulus aliqualr alb⁹ incipit esse, a fortiori hec est falsa, vtpote ex qua sequat̄/paulus, paul⁹ incipit esse/per resolutionem predicati. ¶ Quāq̄ in rigore forsan secunda exponens sit falsa, debet nihilominus accipi ad bonum sensum, vt vez ratione de ly aliqualiter immediate resoluatur in hāc/paulus incipit esse albus vt duo, vel paulus incipit esse albus vt tria, in quo sensu dicta propositio de cōparatiuo est vera.

¶ Circa confirmationem idem est considerandum, qḋ in exponibilibus de/differt/ ꝛ de/incipit/ vez q cum negatio inclusa in signo comparatiuo non feratur in modum precedentem, tertia exponens non debet dari per copulam cōtradictoriam. 3. No. Et cum hoc per regulas dialecticas sit per se manifestum, nimirum si eius contradictorium repugnet omni modo concipiendi. Quis eñ credat eis qui concedentes has deinesse/petrus est doctior paulo/ gigas est maior pigmeo/negāt has madales/petrus potest esse doctior petro/gigas potest esse maior pigmeo. ¶ Igitur ad confirmationem, cōcessa maiore negatur minor, non eñ est illa tertia exponens. ¶ Sed arguis, ergo erit hec/paulus possibiliter non est ita magnus sicut petrus, sed tunc sequeretur hāc esse veram/petrus potest esse doctior seipso (cum tertia exponens scz/petrus possibiliter non est ita doctus sicut petrus/ sit vera) que tamen exponibilis repugnat modo concipiendi. Negatur prima sequella, immo modales nō possunt cōmode immediate exponi, sed sunt regulande per reductionem ad suas deinesse, nisi exponerent̄ per modales cōpositas ꝯstātes ex exponentib⁹ suarū deinesse, vt propō cōfirmationis sic exponat̄/ possibile est petrū esse doctum, ꝛ paulū simul esse doctū, ꝛ paulum non esse ita doctū sicut petrum, que officiatur per hanc/ hec copulatiua est possibilis/petrus est doctus ꝛc̄. Et ꝓpositionabiliter illa/petrus est doctior se, que proinde est impossibilis. ¶ Huius autem/petrus potest esse doctior q̄ potest

esse paulus, quia negatio signi comparatiui fertur in secundum potest, fateor secundam exponentem esse/ paulus impossibiliter est ita doctus sicut petrus, sicut tertia huius/ gigas est maior q̄ potest esse pigmeus, est hec/ pigmeus impossibiliter est ita magnus sicut est gigas, que subinde modales sunt false, vt ad sensum apparent. ¶ Proportionabiliter distinguitur inter has antichristus potest citius incipere esse q̄ desinere esse / antichristus potest citius incipere esse q̄ possit desinere esse. Nam prima vel est immediate reducenda ad suam diffinitionem, vel exponenda per modalem compositam, & secunda exponenda immediate per modales diuisas, quarum tertia exponens est/ antichristus non potest eque cito desinere esse sicut potest incipere. Verum tamen prima q̄ secunda est impossibilis. Ad quem modum multa disputantur in philosophia de inceptione successiue qualitatis, a quibus summuliste abstinendum est vsque ad illum locum. ¶ Et per hec patet quid dicendum sit de his/ deus potest facere tantum quantum potest facere/ petrus potest tantum portare quantum potest portare paulus/ (que videlicet sunt immediate exponibiles, ac subinde vere) petrus potest portare tantum quantum paulus/ que est regulanda per suam diffinitionem possibilem) et ita de ceteris similibus de/ ita sicut. Hec autem/ petrus est & fuit maior paulo, prius est reducenda ad copulatiuam, et hec/ petrus est vel fuit maior paulo, prius ad disiunctiuam, & deinde singule partes reducende ad suas diffinitiones. Sed de his/ adam est prior antichristo/ antichristus est posterior adam/ dictum est in de ampliationibus dictas propositiones esse veras propter ampliationes de ly prior et posterior, quod videlicet primus terminus a parte anteriori ampliet ad id quod est vel fuit, & a parte posteriori id quod est vel erit, & ly posterior e diuerso.

¶ Secundo ad principale arguitur. Non sequitur/ he medietates sunt minores suo toto, ergo hoc totum non est ita paruum sicut sue medietates, & tamen arguitur ab exponibili copulatiue ad tertiam eius exponentem, ergo expositio nulla. Minor est nota, et probatur maior, nam supposito, totum non distingui a suis partibus, consequens est falsum (vt notum est) & veritas antecedentis patet. He medietates sunt minor suo toto & minor suo toto, ergo minores suo toto, per resolutionem termini pluralis numeri in suum copulatum. ¶ Et confirmatur. Non sequitur/ petrus est magnus/ & quelibet eius pars intregralis est magna/ & nulla eius pars integralis est ita magna sicut petrus, ergo petrus est maior sua parte integrali, & tamen arguitur ab exponentibus ad exponibilem, ergo. Probatur maior. Antecedens est verum (vt notum est) et falsitas consequentis sic patet. Quecunque pars petri est equalis alicui parti partis integralis petri, et quecunque pars partis inregralis est equalis alicui parti petri, ergo petrus & sua pars integralis sunt equalia, per illam maximam mathematicorum. Quando nulla pars .a. excedit partem .b. nec contra .a. et .b. sunt equalia. Secundo. Petrus et quelibet sua pars integralis sunt equalia (quia due medietates equales) ergo petrus non est maior parte integrali.

4. No. ¶ Pro argumenti solutione notandum consequens consequentie ibi assumpte esse in rigore verum, ac subinde exponibilem ipsam que est antecedens, nam contradictoria .s. petrus est ita paruus sicut sue medietates, est falsa, quia equiualet huic/ petrus est ita paruus sicut medietates sunt parue, modo quamuis due medietates admitterentur esse ens ita magnum sicut petrus, quia sunt ipsemet, non tamen sunt ita magne (pluraliter) vbi denotatur quod sunt ita magna & magna. Quare in rigore idem est quod he medietates sint minores, et quod sint minor & minor. Item quamuis ly minores absolueretur a numero, adhuc illa est falsa .s. petrus est ita paruus sicut he partes, quia maxime esset ita paruus sicut ens quod est he partes, sed tamen idem non est ita paruum nec ita magnum sicut se. Attamen argumentum procedit, vt ly minores absoluatur a numero, & secluso rigore vt videlicet idem dicatur sibiipsi equale.

¶ Tunc igitur ad argumentum concessa minore negatur maior, & negatur veritas antecedentis .s. he due medietates sunt minores suo toto. Nec debet ly minores (vt patet ex dictis in de/ differt/ & de/ incipit) resolui in copulatum ante q̄ exponatur, nam alias variaretur negatio vnice accepta in negationes plures, cum negatio inclusa in ly minores feratur vnica acceptione in alterum extremum comparationis, quod ei postponitur. Nec esset tutum (vt quidam putant) resoluere ipsum sic/ he due medietates sunt minor & minor toto, nam cum non possit intelligi qualiter sint verificande ille partes nisi sic/ hoc est minor toto, certe altera pars supponit pro tota medietate totius, & altera pro altera, & sic tantundem est ac illa determinatio singulas partes seorsum determinaret.

¶ Hinc fit hanc propositionem / petrus & paulus sciunt plura q̄ ioannes, esse exponendam antequam ly scientes reducatur ad copulatum, cuius tertia exponens est/ ioannes non scit tot quot petrus & paulus. Quare si petrus sciat quatuor, & paulus totidem, ioannes vero sex, illa est vera. 5. No.
¶ Percunctaris autem an sequatur inde quod petrus et paulus sint doctiores ioanne, & videtur quod sic, nam eadem ratione ille terminus pluralis non est resoluendus per ly doctior et doctior, sed dicta propositio est immediate exponenda, cuius tertia exponens est/ ioannes non est ita doctus sicut petrus & paulus. Que sic probatur/ ioannes non scit tot quot petrus & paulus, ergo non est ita doctus. ¶ Solet a nonnullis responderi vi argumenti affirmatiue .s. quod petrus & paulus in illo casu sunt doctiores ioanne. Apparet tamen intellectu difficile, immo contra rationem, nam quamuis dicta propositio sit immediate exponenda, & tertia exponens sit illa, nihilominus illa videtur falsa, immo ioannes est ita doctus, immo doctior q̄ petrus & paulus, nam & si petrus & paulus simul sciant plura, quia tamen illa non sunt in eodem subiecto, non se intendunt vt faciant maiorem doctrinam, sicut, si petrus esset albus vt quatuor, & paulus albus vt quatuor, & ioannes albus vt sex, quamuis petrus & paulus haberent plus multitudinis albedinis q̄ ioannes, non tamen essent albiores. ¶ Vnde in illo casu .17. capitis .1. trac. videlicet si petrus heri sciuisset quatuor propositiones & paulus alias quatuor, nunc autem petrus sciret omnes octo, & easdem paulus, quamuis verum sit quod petrus & paulus non sciunt plura q̄ sciebant antea, nihilominus sunt doctiores per intensionem earundem scientiarum, sicut si petrus heri fuisset albus vt quatuor, & paulus vt quatuor, & postea albedo petri intenderetur cum albedine pauli, & albedo pauli cum albedine petri, quamuis nunc ambo simul non haberent plus albedinis, nihilominus essent albiores. Idcirco quantum ad hoc quod aliquis sit doctior q̄ alius, aut q̄ antea, sufficiat & requiratur quod sciat plura, nihilominus adhoc quod aliqui sint doctiores alio, aut doctiores q̄ antea, nec sufficit quod plura sciant, vt patet in primo casu, nec id requiritur, vt patet in secundo. Quo fit, vt ad veritatem huius propositionis/ petrus et paulus sunt doctiores petro, & si sit immediate exponibilis, nihilominus requiritur, quod petrus sit doctior & paulus doctior, sicut ad veritatem huius/ ioannes est doctior petro & paulo, requiritur quod sit vtroque doctior. Quare si petrus sciret octo, ioannes sex, & paulus quatuor, certe nec concederem quod petrus & paulus sunt doctiores ioanne, nec ioannes petro & paulo. At quando qualitates in diuersis subiectis sese quodammodo intendunt, aliud est, nam si petrus esset fortis vt quatuor, et paulus vt quatuor, ioannes vero vt sex, concedendum forsan esset quod petrus & paulus sunt fortiores ioanne, quia cum fortitudines petri & pauli simul se intendant ad portandum v.g. aliquod pondus, ioannes non est ita fortis sicut petrus & paulus. Iuuenum autem hec disputationi relinquimus.

¶ Ad confirmationem concessa mino- 6. No.
re negatur maior, & negatur consequens dicte consequentie esse falsum .s. petrus est maior sua parte integrali (pars integralis dicitur, que ex vtraque parte essentiali .s. materia & for-

ma consistit). Ad cuius primā probationem negatur cōsequē
tia.s.quelibet pars petri est equalis alicui parti partis inte-
gralis rc. ergo petrus r pars integralis sunt equales, nam
ille modus arguendi non tenet nisi signatis aliquibus duo-
bus extremis singulariter .s.a.et.b.modo ly pars integralis
supponit cōmuniter. Et ad secundam negatur antecedens,
scilʒ q petrus r sua pars sint equalia, licet sint due medieta-
tes petri que sunt equales, nam ly equalia (quod multi non
considerant) non accipitur substantiue, vt valeat/entia equa
lia, sed est adiectiuū subiecti, r cum sit illorum terminoꝝ qui
denotant relationem intrinsecam, vt ly fratres, reuera hec/pe
trus r sua pars sunt equalia/sine additione, denotat q inter
se sint equalia, scilicet q petrus sit equalis parti. Nunq̄
enī audiat concedentes q ego et digitus meus sumus equa-
les, eo qd̄ sumus due medietates mei equales. Immo conce-
dant, q caput meum et pars residua sunt equalia vni tertio
(q2 sunt due medietates mei equales mihi) r tamen non sunt
equalia inter se, contra principium mathematicum. Que re
vera non concederent, si considerarent ly equalia a parte pre
dicati esse adiectiuū copulati subiecti, denotansq3 proinde
relationem intrinsecam inter eius partes. ❧ Dixerim in hoc
argumento/parte integrali/et non/parte quantitatiua/nam
cum materia sit quanta, posset forsan dici pars quātitatiua,
qua tamen petrus non est maior. Unde maxima illa/omne
totum est maius sua parte, intelligenda est de parte integra-
li, seu de parte quantitatiua in hoc sensu.i.de parte que cōti-
nuatur alteri sm̄ extēsionem. Quare licet materia ligni pos
sit dici pars quantitatiua primo modo, non tamen est respe-
ctu forme quantitatiua secundo modo, q2 non vnitur illi sm̄
extensionem. Jnde eo, sicut lignum non est maius sua mate-
ria, ita nec lignum quadrupedale est maius homine quadru
pedali, licet habeat quatuor pedalia materie et totidem for-
me, hominis vero forma non sit quanta. ❧ Circa hoc autem
tritum sophisma/omne totum aliqua proportione est maius
sua parte/ex dictis patet quid dicendum, nam resoluta vni-
uersalitate subiecti ly proportione restat determinate in ordi
ne ad comparatiuū. Quare dicta propositio est falsa, vt ad
sensum sonat, quāuis tenentibus q ly proportione stat con-
fuse in ordine ad cōparatiuū, verum sensum efficiat. ❧ Sed
arguis q quelibet singularis sub ly proportione. v.g.petrus
proportione dupla est maior sua parte/sit vera, nam prime
due exponētes note sunt, r tertia.s.nulla pars est ita magna
sicut petrus ꝓportione dupla, patet per eius singulares sub
ly pars, q2 si demonstres medietatem, clara est eius veritas,
et si demonstres maiorē vel minorem partem medietate, etiā
est vera, nam sua contradictoria.s.hec. v.g.quarta pars est
ita magna sicut petrus proportione dupla/est falsa. Ad hoc
negatur dictam propositionē esse exponibilem immediate, vt
veʒ ly proportione addatur in aliqua exponentium. Jnepte
enī diceres petrus est aliqua ꝓportiōe magnus/aliqua pars
est ita magna sicut petrus proportione dupla rc. sed debet re
duci immediate ad hanc copulatiuam.s.petrus est maior sua
parte, r ad quālibet se habet proportione dupla. Sicut hec/
petrus est maior paulo per palmū, reducitur ad hanc/petrus
est maior paulo, r habet vltra quātitatē pauli adhuc palmū.
De his autem satis.

❧ Capitis vltimi. Lectio prima.

2. No. Secundum nomen exponibi
le est ly infinitum, quod, pretermissa eius ac
ceptiōe logicali pro termino illimitate signi
ficationis, vt/nonhomo, adhuc phisice r rea
liter (vt auctor summularum.7.trac.docet)
quandoq3 accipitur negatiue, et est res, que
nec est terminata nec apta terminari, quandoq3 autem priua
tiue, r est res non terminata, apta tamen terminari. Primo
modo cōuenit puncto r rebus indiuisibilibus. Jtidem r deo
cuius essentia, bonitas, potentia, ceteraq3 attributa dicitur
infinita, nam cum deus nihilo careat quod est natus habere,
non dicitur infinitus priuatiue (vt docet Sanctus tho. 1.di.
43.) Secundo modo attribuitur quātitati tam discrete, que
dicitur multitudo, q̄3 continue, que dicit̄ magnitudo. ❧ In
qua adhuc significatione accipitur dupliciter.s. categorema
tice.i.tanq̄3 nomen reddens propositionem regulandam per
suppositionem extremoꝝ, r syncategorematice.i. tāq̄3 aduer
bium aut nomen reddens propositionem immediate exponi-
bilem. Categorematice, vt attribuitur magnitudini, tantum
valet sicut extensum sine termino. Et adhoc qd̄ aliqua res sit
hoc modo infinita, requirit̄ q vni certe parti signate habeat
infinitas equales non cōmunicantes. Dixerim/vni certe, vt
talis datiuus supponat determinate, nam vnū pedale habet
infinitas partes equales vni certe, quia habet tres quartas
equales vni alie, et quatuor quintas equales vni alie rc. (vt
ly vni postponatur ad ly equales) r tamen non est infinitum.
Dixerim equales, q2 quodcūq3 cōtinuū habet infinitas par-
tes proportionales inequales, cum tamen nullum sit infini-
tum. Dixerim non cōmunicantes, q2 signato. v.g. bipedali il
lud habet infinitas pedalitates cōmunicantes.s.primā r illā
que constat ex secunda medietate prime, r prima secunde, et
aliam que cōstat ex vltima quarta prime, r tribus quartis se
cunde rc. r tamen non est infinitum. Et ad hunc modum ex-
ponitur si attribuatur perfectioni virtutis, aut intēsioni sm̄
opinantes intensionem fieri penes additionē gradus ad gra
dum. Sed infinitum categorematice vt attribuitur multitu-
dini, est multitudo cuius non est vltima vnitas.i.in qua con
sequenter numerando.i.incipiendo a prima, r nullam inter-
pollando, aut nullam resumendo, non datur vltima. ❧ At in
finitū syncategorematice tripliciter solet exponi, vt attribui-
tur magnitudini, sic/non tantum quin maius/aliquantum r
quantūlibet maius/aliquantum r in duplo maius r in triplo
maius, r sic in infinitū per omnes numeros. Et vt attribuit̄
multitudini, proportionabiliter.s.nō tot quin plura, aliquot
r quodlibet plura (si latine dicitur) aliquot r in duplo plura,
et in triplo plura rc. U.g. hec ꝓpositio/infinite magnus est
aliquis homo, sic exponitur/aliquantus est aliquis homo/et
nō tantus est aliquis homo quin maior illo sit aliquis homo,
aut sic/aliquantus est aliquis homo, r quātuslibet maior.i.
quocūq3 dato adhuc est aliquis maior, aut sic/aliquātus est
aliquis homo/r in duplo maior est aliquis homo, r in triplo
maior rc. Et proportionabiliter exponas hanc syncategore-
matice/infinite sunt partes proportionales petri. Unde sit,
vt ly infinitum syncategorematice acceptum cōfundat termi
nos immediate sequentes, quos proinde non licet ante expo
sitionem resoluere.

❧ Et notato hanc propositionem/infi 1. No.
nite magn⁹ est aliquis homo, primo modo expositā, nō equi-
ualere sibiipsi secūdo aut tertio modo exposite, nam si essent
infiniti homines versus orientem, quoꝝ primus esset tripeda
lis, secūdus tripedalis cum dimidio, tertius tripedalis cum
tribus quartis, et sic in infinitum taliter q nullus esset qua-
drupedalis, illa est vera sm̄ primā r secūdam expositionem,
et falsa sm̄ tertiam, r si primus sit bipedalis, secundus tripe
dalis, quartus quadrupedalis, r tādem vnus sit infinite ma
gnus, est vera sm̄ tertiam expositionem, r falsa sm̄ duas pri
mas. ❧ Sunt qui opinentur dictam propositionem esse verā
sm̄ primā expositionem, r falsam sm̄ secundam addito prio-
ri casui q esset aliquod ens aliud ab homine, quadrupedale
Sed isti imaginātur q secundo modo debeat exponi sic/ali-
quātulus est aliquis homo, r quantocunq3 maior (in neutro
genere) vt sit sensus/quocunq3 ente dato adhuc maior est ali
quis homo, quod reuera videtur contra sensum ipsius expo
nibilis, que potius exponitur, vt ly quātuslibet sit adiectiuū
subiecti, vt sit sensus/quocunq3 homine dato maior est aliq̄s
homo. Quare ad meā opinionem duo primi modi exponēdi
equipollent. ❧ Quoꝝ neuter (mihi ad minus) recte exponit

sensum talium propositionū, nam ſm eiusmodi expositiones esset vtiq̧ concedenda hec propositio / infinite magna est aliqua pars integralis dominici, q꞉ reuera non est signabilis tanta pars mei quin adhuc sit alia maior. Item hec / infinitum pondus petrus potest portare, et tamen nō potest portare decem libras. Nam si potētia petri terminaretur per minimū quod non ad decem libras, quod vz pondus esset adequate tante resistentie / quante actiuitatis est petrus, itaq̧ illud pondus non potest, et quodlibet minus potest, verum esset dicere / aliquantum pondus petrus potest portare, et quocunq̧ dato qd potest portare adhuc maius potest portare, nam detur. v.g. q̄ potest portare. a. tunc virtus portatiua petri excedit. a. ergo poterit portare aliud maius q̄z. a. per medietatez excessus quo excedebat. a. Multaq̧ alia huiusmodi essent concedenda ſm has propositiones contra cōmunem modū concipiēdi Et ideo solam tertiam expositionē approbarem.

3. No. ¶ Et est hic regula proportionabilis illi que capite de / incipit / constituebatur, vz q̄ ly infinitum positum a parte predicati accipit categorematice, sed positū a parte subiecti nullo signo modificatum accipitur syncategorematice, iuxta quem modum Hentisber et multi alij antiquorū asserunt respectu multitudinis hoc sophisma. ¶ Infinita sunt finita. Quod nonnulli modernorum impugnant Et reuera ſm expositiones, que tradite sunt, illud est falsuz, nam vel illa extrema accipiuntur pro entibus totalibus, vel pro partialibus. Si pro totalibus, falsum est, q̄ aliquot sunt entia totalia et in duplo plura, vel q̄ quotcunq̧ datis adhuc sunt plura, nā omnibus entibus que sunt in mundo non sunt plura. que tamen sunt finita. Et si accipiant indifferēter pro partialibus et totalibus, falsum est q̄ quibuscunq̧ signatis dantur in duplo plura ꝛc. immo duobus hominibus nō sunt plura cum ipsi sint infinite. Illi autem exponerēt dictum sophisma per naturalem seriem numerorū. s. duo sunt entia finita, et quatuor sunt entia finita, et mille sunt entia finita, et sic in infinitum, quod est verum de partialibus, et forsan in hoc sensu accipitur illa secunda expositio. s. aliquot sunt entia et quodlibet plura. Unde tu potes inferre, q̄ infinita sunt entia finita, et tamen nulla finita sunt infinita, quia subiectum hui9 non supponit pro diuisibilib9, sed solum pro indiuisibilibus quibus non supponit predicatum.

4. No. ¶ Asserunt secūdo Buridanus et alij respectu magnitudinis aliud sophisma. s. Infinita est linea giratiua, et tamen nulla linea giratiua est infinita. Pro cuius intelligentia supponatur q̄ in quocunq̧ corpore. v.g. in colūna bipedalis lōgitudinis et pedalis latitudinis est signabilis per intellectū vna linea girans omnes eius partes proportionales ſm longitudinem, itaq̧ prima pars linee incipiens a puncto terminatiuo colūne giret primam eius pedalitatem, et secunda giret medietatem secunde pedalitatis, et ita de omnibus partibus. Tunc clarum est q̄ aliquanta est linea giratiua, et in duplo maior, et in triplo ꝛc. ergo infinita est linea, et tamen non est ibi signabilis aliqua linea que sit infinita, q꞉ quecunq̧ clauditur inter puncta terminatiua colūne, et tamen repugnat infinite longitudini claudi inter duo puncta. ¶ Hoc tamen aliqui moderni impugnant dicentes q̄ sicut infinita est linea giratiua, ita, linea giratiua est infinita. Quod est dictu q̄ sicut syncategorematice ita categorematice, nam talis linea giratiua habet infinitas partes non cōmunicantes, cum giret infinitas partes proportionales, et quecunq̧ adminus sit pedalis, cum quecūq̧ pars girata sit pedalis latitudinis. Ac proinde talis linea, vni certe parti data, scilicet pedalitati, habet infinitas partes equales vel maiores non cōmunicantes. Unde q̄uis non possit claudi (inquiunt) infinitum rectum inter duo puncta, potest tamen infinitum circulare. Et reuera ita credo q̄ videlicet, si infinita est linea syncategorematice, linea eēt infinita. ¶ Opinor tamen antecedens esse falsum sicut cōsequens. Immo in nullo corpore potest signari aliqua pars, aut linea, que sit longior ipso corpore. Quare illa totalis linea adhuc sic imaginata, non est nisi bipedaliter longa, q꞉ ille circuitiones non protenduntur ſm longitudinē, sicut protenderetur filum, aut aliud corpus discontinuū quod per motum giraret totum corpus. Equa eñ ratione concederetur q̄ illud tale corpus est infinite longum contra omnem modum concipiendi, nam illud est sic per intellectum diuisibile secūdum. v.g. profunditatē, q̄ prima pars sit medietas ſm profunditatem, scilicet tā longa et lata sicut totum, et secunda sit medietas secunde medietatis ſm profunditatem ꝛc. que omnes sunt continue. Et q꞉ hec non sunt presentis speculationis satis sit summulistis scire exponere propositiones de infinito. ¶ An tamē sit dandū infinitum, tertio phisicorum est disputandum, cuius partem negatiuam determinat sanctus Thomas. 1. q. 7. Uerumtamen credo q̄ respectu copule de presenti non stat infinitum esse aliquid syncategorematice, quin ipsum sit infinitum categorematice, siue in magnitudine siue in multitudine. Sed respectu verbi de extrinseco tempore concedendum est q̄ continuum potest in infinitum (syncategorematice) diuidi, quia in duas partes, et in tres ꝛc. et tamen non in infinitas partes potest diuidi, q꞉ non possunt esse infinita actu separata. Pariter opinor q̄ si mūdus esset etern9 a parte posteriori, verū est dicere syncategorematice / infiniti erunt homines, quia quotcunq̧ signatis adhuc erunt plures, tamen falsum esset dicere categorematice / aliqua multitudo hominū erit infinita / q꞉ nunq̄ deueniet ad multitudinem que erit infinita. Et eodem modo si res aliqua esset perpetua a parte posteriori, et quocunq̧ die equaliter cresceret, verum esset dicere, infinite magna erit hec res / q꞉ aliquantū, et in duplo maior ꝛc. et tamen falsum esset dicere q̄ hec res erit infinite magna, vt patet per suam deinesse, q꞉ nunq̄ veniet ad quantitatem infinitam. ¶ Sed arguis q̄ respectu copule de presenti verum sit dicere syncategorematice / infinite sunt partes proportionales petri, et tamē falsum est dicere categorematice q̄ sunt ibi partes infinite, q꞉ (vt sanctus Thomas loco citato docet) nō sunt ibi infinite actu. R. Immo partes proportiōales sunt ibi infinite categorematice, nam cum sanctus Thomas et ceteri philosophi negant q̄ sunt infinite actu, non negant, quin omnes partes, in quas continuū est diuisibile, actualr̄ existant, sed negant q̄ sint actualiter infinite vnitates, nam nulla res dicitur vna predicamentaliter nisi actualiter sit separata ab alia, et propterea dicuntur plura in potentia, q꞉ possunt separari. Sed de his satis.

¶ Lectio secunda.

Proportionabiliter ly eternum accipitur categorematice tanq̄ nomen, et syncategorematice tanq̄ signum reddens propositionem exponibilem. 1. No.
Unde quando iungitur verbo preteriti temporis, tantum valet (dicunt summuliste moderni) sicut / ante quodlibet tempus verum vel imaginarium, et quando iungitur verbo futuri, tñ valet sicut / post quodlibet tempus verum vel imaginarium. Sed isti non notant essentialem differētiam inter eternitatem et tempus, nā q̄uis tempus nec a parte anteriori nec a posteriori haberet principium nec finem, non tamen esset eternitas, q꞉ non esset mensura rerum habentium totū suum esse simul. Unde vt pulchre docet Sanctus Thomas. 1. q. 10. Eternum est quod habet totum suum esse simul, et nō successiue, sine principio aut fine durationis, qd soli deo potest conuenire. Unde q̄uis petrus fuisset productus ante quodlibet tempus verum vel imaginarium, non diceretur eternus, q꞉ successiue acquireret suū esse, et si concederetur q̄ fuit ab eterno, deberet accipi ly eterno loco de ly semper, quod valet tantum sicut / in quolibet tempore vero vel imaginario. Sed hec disputatio alium locum desiderat.

1. No. ¶ Nomen totus itidem accipitur ₇ categorematice, ₇ syncategorematice. Primo modo accipitur a parte predicati, ₇ tũc, vt attribuitur magnitudini, tantum valet sicut ens per se subsistens. s. ꝙ non est pars alterius, nã qđ alij dicunt, ꝙ vꝫ accipiatur etiã pro ente quod habet partes, siue sit pars alterius, siue non, certe est cõtra id, quod exprimit nomẽ/totum. Quis enim id qđ est pars alterius appellet totum? Et proportionabilr quando attribuitur multitudini semper accipitur pro multitudine entiũ, considerata nõ vt pars alterius multitudinis. Et in hac acceptione cõcedit/ totũ quod est in mundo capit bursa petri, quando petrus habet minimã monetam in bursa/anima sancti petri est totum quod est in celo. ¶ Syncategorematice accipitur ly totus, qñ ponitur in fronte propõnis, ₇ tunc reddit propositionẽ exponibilem per ly quelibet pars, vt/totus petrus/tñ valet sicut/ quelibet pars petri. Et si nihil aliud addas, hec est falsa (vt infert Hentis ber) totus petrus est minor petro. Albertus tñ exponit ly totum per ly pars integralis, ſm quem, dictum sophisma est concedendum. Sicut hoc/totus petrus est aliqua pars integralis petri/totus petrus est equalis alicui parti integrali/totus petrus est aliqua parte integrali minor, ꝗꝗ hec sit falsa/aliqua parte integrali totus petr⁹ est minor, nã ly totus, cum includat vniuersalitatem, confundit terminum sequentem.

3. No. ¶ Solent hic exponi propositiones de signo collectiuo, vt/oẽs apostoli dei sunt duodecim/ propositiones de aduerbijs numeralib⁹, vt/bis cantaui missam, propositiones de gerundio, ₇ de ablatiuo absoluto, vt/neutrum oculum habendo tu potes videre/sole lucente dies est. Sed de primis satis disputatum est cap. 11. primi. trac, ₇ de secundis ibidem, ₇ in de appellationibus, ac deniqꝫ de tertijs capite. 15. eiusdem primi tractatus.

4. No. ¶ Sunt ₇ quedam aduerbia verbi modificatiua que inter exponibilia signa computãtur, quoꝝ primũ est ly essentialr ₇ intrinsece. Quod quidẽ cõstituit propositionẽ quodãmodo modalem. Unde quando ponitur in frõte propõnis, reddit propositionẽ taliꝗ modalem compositã et officiabilem, vt/essentialiter homo est animal, officiatur per hanc/hec predicatio homo est aial/est essentialis. Non ꝙ ly essentialr teneatur in prima secunde intentionalr (dicit enim ibi essentialem compositionẽ extremoꝝ) sed, vt dictũ est in modalibus, ꝙ posita constantia propõnis que est subiectũ secũ eunde, ambe equiualeãt. Et idem dicito de hac/per se homo est animal/que officiat per hãc/hec predicatio/homo est animal/est de ꝑ se. ¶ At qñ ly essentialr ₇ intrinsece adiacet verbo, tunc dicunt terministe, subiectũ instar aliarũ modaliũ debere prius resolui, anteꝗ talis ꝓpõ exponatur, vt in hac/album essentialr ₇ intrinsece est coloratuꝫ/ subiectũ debet resolui in ly hoc albũ, ₇ ly hoc albũ/in ly petrus, ₇ ly petrus/in ly hec entia, ₇ tandẽ cum subiectũ fuerit irresolubile ꝓpõ affirmatiua rõne de ly essentialr exponitur per copulatiuã ex preiacenti ₇ negatiua de ly quin, aut ex cõdicionali in qua ex cõstantia subiecti inferatur affirmatio predicati de illo. Et propositio negatiua per disiunctiuã cõtradictoriã talis copulatiue. V. g. michael essentialr ₇ intrinsece est intellectualis, sic exponit/michael est intellectualis, ₇ non stat michaelem esse quin sit intellectualis, aut (qđ idẽ est) si michael est michael, ipse est intellectualis, ₇ sua cõtradictoria ꝯtradictorio modo. Potest ₇ veritas talis propõnis cognosci per suã deinesse, per hoc scꝫ ꝙ hec/michael est intellectualis, sit ꝑdicatio essentialis. ¶ Hinc eliciunt hanc propõnem/albũ essentialr est coloratum/ esse falsam, immo ₇ hãc/petrus essentialr est hõ/ vt patet per resolutionẽ subiecti in hanc/hec entia essentialiter sunt homo, qꝛ stat hec entia esse qñ nõ sunt homo. Ego tñ nõ auderem inter philosophos negare tales propõnes. Quare potius dicerem ꝙ ly essentialr appellat vniõnẽ predicati ad propriũ suppositũ subiecti. i. ad suppositũ, vt est sub tali forma. Unde ꝗꝗ hec/album essentialr est coloratũ/ sit resolueñda in hanc/hoc album essentialr est coloratũ/ per descensum, tñ cum postea arguis/hoc albũ essentialr est coloratũ, ₇ hoc album est petrus, ergo petrus essentialr est coloratus, variatur apellatio. Quare nec cõnotatiuũ debet resolui in absolutũ, nec terminus supponens pro re diuisibili debet resolui in suas partes, sed he sunt cõcedende/ albũ essentialr est coloratum/homo essentialr est rationalis/ hic hõ essentialr est hõ/ demõstrato christo, cũ suppositũ subiecti subsistat in natura significata per predicatũ. Hec aũt in predicabilibus ₇ posterioribus melius intellecta, forsan veriora apparebunt.

¶ Tandẽ ly adequate denotat cõmensurationẽ quandã inter extrema verbi cui adiungit. Primo respectu temporꝫ, vt si diceres/petrus per vnũ diem adequate fuit iustus, denotat ꝙ in qualibet parte vnius diei fuit iustus, ₇ in nullo alio tempore ꝙ non fuit pars illius. Quare respectu quãtitatis dicunt illi qui opinant quantitatẽ nõ distingui a re quãta ꝙ perfecte sphericum tangit perfecte planum ſm partem inadequate, qđ est dicere/tãgit ſm aliquam totam partem categorematice, tñ nulla est signabilis, aut in plano aut in spherico, ſm quam ₇ quodlibet sui sphericũ tãgat planũ, quod nõ est facile intellectu. Proportionabiliter per hanc/homo adequate significat hominẽ/ denotatur ꝙ ly homo significat omnes hoïes ₇ nihil aliud. Contra quod solet fieri argumentũ, qđ ly homo significet aliud ab homine, qꝛ cum significet omne illud qđ imaginat esse homo, significat equos, ac proinde non significat adequate hoïes. Ad qđ partim concedũt totum intentũ, vꝫ ꝙ ly homo nõ significat adequate hoïes, partim negant ꝙ ly significat semꝑ amplice ad imaginabilia, sed solum respectu terminoꝝ non potentiũ supponere, vt hic/chimera significat chimerã, sed vides qualiter primi contra modũ loquendi dialecticoꝝ loquãtur, ₇ secundi, preter hoc ꝙ mere libere dicunt ꝙ ly significat aliqñ ampliat ad quinqꝫ, aliquando non, adhuc falso dicunt ꝙ in hac/homo significat hominẽ, ly hõ non amplietur ad quinqꝫ cum dicta propõ sit vera, esto nullus hõ posset esse, sicut hec/ chimera significat chimerã. Igitur hec respõsa procedũt ex obliquo intellectu modi ampliandi verbi/significat. In hac enim/homo significat hominẽ/nõ ampliatur ly hominẽ ad omne illud quod imaginat esse homo, sed ad omnẽ hominẽ qui imaginat esse. Quare ly homo non significat equum, nec aliquid aliud ab homine, sed omnes homines adequate. 5. No.

¶ Ly cõtingenter specialiter captum pariter reddit propositionem exponibilem, de cuius tñ expositione in modalibus disputatũ est. ¶ Et hec de propositionibus exponibilibus satis, ad laudem ₇ gloriam omnipotentis

Dei.

¶ Explicit Opusculum exponibilium propositionũ fratris Dominici Soto.

¶ Si que sunt ₇ in hoc opusculo correctione digna, in calce opusculi obligationum notata sunt.

¶Cōmentarij in quartum tractatum summularū magistri. P. H. editi a fratre Dominico Soto segobieñ. ordinis predicatorum: artium Magistro.

¶Caput primū.

a Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicui⁹ ab ali-
b quo. ¶Terminus est in quē resoluitur propositio: vt in subiectum ⁊ predicatum.
c ¶Dici de omni est quando nihil est sumere sub subiecto: de quo non dicatur predicatū: vt/ om̄is homo disputat: hic disputatio predicatur de homine: et nihil est sumere sub homine: de quo non dicaṫ disputatio. Dici de nullo est quā do nihil est sumere sub subiecto: a quo non remoueatur predicatū: vt/ nullus homo disputat: hic disputatio remouetur ab hoīe: et nihil est sumere sub homine: a quo non remoueatur disputa-
d tio. ¶Syllogism⁹ est oratio in qua quibusdam positis ⁊ concessis: necesse est aliud accidere per ea que posita sunt ⁊ concessa: vt/ omne animal est substantia: omnis homo est aīal: ergo omnis homo est substantia/ hoc totum est oratio in qua quibusdam positis .s. duab⁹ premissis: necesse est aliud accidere .s. conclusionem.

Inter ceteros summularū tractatus, quartus hic, cuius disputatio penes syllogismi doctrinā sita est, ad alias omnes facultates maxime conducit. Sane cum nulla sit, vel scientia, vel ars, que non rationibus syllogisticis vtatur. Ob idq; vt rem scitu necessariā, intellectu faciliorē redderemus, hanc expositionē in tria duxim⁹ distinguendā. In quarū priori parte textū autoris exponētes, totā syllogismoꝝ artē oculis discipuloꝝ breui cōpendio subijciemus. Quā in secunda disputando amplius extendētes, pressius vtiq; exprimem⁹. Ac demū in tertia de syllogismo expositorio ⁊ de modo syllogizādi in t'mis diuinis ⁊ in exponibilibus disputabimus. Proponit igiṫ. P. h. sub hoc tenore.

¶Lectio prima.

A
1. No. Propō est oratio ⁊c. Quē qdē textū in octo capita partiti sumus. In quorū hoc primo diffiniṫ qd sit syllogismus, qui est totius opusculi potissimū subiectū. Uerum vero, q: syllogismi (vt de ppōne dictū est) duo sunt principia, instar rei naturalis .s. materiale ⁊ formale, ambo ante diffinitionē premittit. Unde cū syllogismus (vt textu sequēti videbitur) ex duabus ppōnibus ⁊ tribus terminis cōstet, vtrūq; dicit principiū materiale syllogismi, propō quidem, propinquū, et terminus, remotū. ¶Igitur cū ait. P. h. propō est oro affirmatiua vel negatiua ⁊c. nō intēdit propōnem diffinire (inuanum ergo cruciātur arguētes non esse bonā diffinitionē) sed more mathematico hoc nomen propō suo loco expositū resumit tanq̄ principiū presentis disputationis. Quāuis posset forsan dici hec diffinitio quodāmodo materialis .s. explicans extrema ppōnis, que proinde soli categorice cōuenitēs, huic negatio magis acōmodata est, diffinitio tñ primi tractus explicans modū significandi ppōnis, est formalis, omniq; propositionū generi conueniens. Et vt duplex principium materiale responderet duplici formali .s. dici de omni ⁊ dici de nullo, vtrāq; innuit qualitatem propōnis. ¶Subiungit princi-
pium remotū dicens. [Terminus est in quē resoluiṫ propō, vt in subiectū ⁊ predicatum]. Ex qua diffinitione, que eadē est Aristotelis, inferunt multi verbū non esse terminū. At cū verbū sit signum expressiuū conceptus, sitq; pars essentialis propōnis sicut nomē, ac subinde in ipsum pariter resoluatur (q: vnūquodq; resoluiṫ in ea ex quibus essentialr cōponitur) nō est credendū Aristotelē verbū a ratione termini exclusisse. Igitur (vel fallor) diffinitio non est totū illud, sed id solū / in quē resoluitur propō / ⁊ qd sequitur est diffinitionis exemplū, qd cum non sit necessario ponendū de quocūq; sub diffinitione cōtento, posuit ipsum. P. h. de his solis terminis quibus in presenti materia est vtendū. In qua docebitur omnē syllogismū ex tribus terminis cōstare .s. medio ⁊ duabus extremitatibus, que officia solis extremis cōtingunt. Quāq̄ posset forsan dici, q; propō nō tam proprie resoluaṫ in copulam q̄ in extrema, cū res nō dicatur tā proprie resolui in principia formalia q̄ in materialia, que remanent post resolutionem, ac proinde qd excluserit verbū a rōne termini, ad minus / est / tertiū adiacens, nō secundū adiacēs, sicut verbū adiectiuū, potest quidē esse predicatū. Prestat aūt dicere primo modo sez q; nulla copula verbalis excludatur a ratione termini.

¶Dici de omni ⁊c. Post materialia principia C
subiungūtur formalia. Ubi notato duplex esse formale prin- 2. No.
cipiū syllogismi .s. intrinsecū, quod est eius dispositio in modo ⁊ figura, de quo infra. Et extrinsecū, quod est mediū per quod a priori manifestatur bonitas ꝯñe, ⁊ cui innititur eius vis illatiua. Et est duplex. Aliud pro modis imperfectis, vt reductio eoꝝ ad perfectos, aut per conuersionem, aut per impossibile, vt infra palam fiet. Et aliud pro perfectis .s. dici de omni ⁊ dici de nullo. ¶Ubi rursus considerandū q; vt syllogismus sit probatiuus ꝯclusionis dz primū esse bona ꝯña, et preter hoc debet procedere ex veris. Unde principia per quē probatur bonitas consequentie dicūtur prior resolutio .i. primū examen syllogismi, ⁊ libri quos de huiusmodi principijs edidit Aristoteles dicuntur libri priorum resolutionum, quibus tractatus hic respondet, sed principia per que docetur quales debent esse premisse, ille potissimū que habent generare sciētiam, dicuntur posterior resolutio, ⁊ libri talia principia tradentes dicuntur libri posteriorum resolutionum. ¶Quare duplex est dici de omni ⁊ dici de nullo .s. posterioristicū ⁊ prioristicum. Dici de omni posterioristicum est vere et semper affirmari de aliquo pro quolibet eius supposito, siue distribuatur, siue non distribuatur, vt / omnis homo est aīal / aliquis homo est risibilis, ⁊ dici de nullo est vere ⁊ semper negari de aliquo pro quolz eius supposito, siue distribuaṫ, siue nō, vt / nullus hō est lapis / homo non est lapis, quale requiritur ad cōcludendū propōnem necessariam cuius est scientia. Sed dici de omni prioristicū idem est quod affirmari de aliquo distributo, siue vere, siue false, vt / omnis homo est aīal /

omnis hō est lapis/ et dici de nullo, idem qđ negari de aliquo distributo, siue vere, vel false, vt/ nullus hō est lapis/ nullus hō est aial. Per qđ regulat bonitas ꝯñe syllogismi perfecti. V.g. negat tibi forte pertinax quispiā hunc syllogismū in darij, modo perfecto. s. oīs hō est rationalis, aliqđ risibile est homo, ergo aliqđ risibile est rationale/ manifestato illum per dici de omni hoc modo. Quicquid affirmat de aliquo distributo affirmatur de quocūqꝫ subsumpto sub illo, sed rationale affirmat de ly hō distributo in maiori, et risibile subsumit sub ly homo in minori, ergo rōnale affirmatur de ly risibile, vt denotatur in cōclusione. Nec maior huius resolutionis, q̄ dicitur dici de omni, est amplius probanda, sed supponenda tanq̄ diffinitio propōnis affirmatiue, cuius proinde predicatum includitur in subiecto, nihil eñ aliud est predicatū affirmari de subiecto distributo, q̄ affirmari de quocūqꝫ subsumpto sub illo. Eodē modo manifestatur/ barbara/ et proportionabilit per dici de nullo/ cellarēt/ et/ ferio. Attēde q̄ artificiose. P.h. post Aristotelē super naturis ac diffinitionib⁹ propositionū vniuersaliū totā structurā syllogismoꝝ fundauerit

3. No. Cōtra quod verumtñ arguit. Principia regulatiua debent esse omnibus syllogismis cōmunia, sed syllogismi expositoriū, vt/ petrus desputat, petrus est hō, ergo hō disputat/ et syllogismi de medio cōmuni qđ in maiori non est subiectum enūtiationis, vt/ cuiuslibet hoīs equus est aial, petrus est homo, ergo petri equus est aial/ nō regulant per dici de omni, cum in maiori nihil affirmetur de subiecto distributo, ergo illa non sunt principia regulatiua. Quā cōclusionē propter argumentū asseuerat modernus quidam, dicens q nec. P.h. nec Aristo. innuunt per illa verba/ dici de omni et dici de nullo/ aliquod principiū formale aut regulatiuum syllogismi, sed solū materiale, vcꝫ q omnis syllogismus debet constare ex propōne vlī aut affirmatiua aut negatiua, per quod cauetur ne arguat ex puris particularibus. Quod adhuc nititur cōfirmare ex dictis alberti magni. 7. capite primi prioꝝ dicentis/ Dici de omni propriū esse predicari denotantis inesse cuicūqꝫ parti subiecti actu distributi, in quo differt a dici de omni posterioristico predicati huius/ hō est animal. Et idem (inquit) videtur sentire Egidius, qui nō appellat hec principia regulatiua. At vero propter hec motiua, que minima sunt, nō debuisset negare auctoritatē omniū dialecticoꝝ appellantium hec, formalia et regulatiua principia. Omniū inq̄, vt ipse fatetur, dicens, omnes sub toto celo in hac parte errare. Eo vel maxime q in ipsa forma ꝯstituendi hoc principium. s. Dici de omni est quādo nihil est sumere sub subiecto quin de illo dicatur predicatū/ innuitur ꝯnexio maioris cum minori, ac proinde modus subsumendi in solis syllogismis perfectis prime figure cui innititur tanq̄ principio formali vis illatiua. Nam si solū cōstitueretur principiū materiale sufficeret dicere/ Dici de omni est affirmari de aliquo distributo. Item. Si hic solū ꝯstitueret principiū materiale syllogismi, nō solum adaptaretur modis perfectis, cū etiam imperfectis sit necesse, vt altera premissarū sit vlis, at Aristoteles postq̄ distinxit modos perfectos ab imperfectis, statim subiūxit/ dici de omni/ et/ dici de nullo, ac deinceps regulas ꝯuersionū innuēs q sicut cōuersio est formale pncipiū imperfectoꝝ, ita dici de omni, perfectoꝝ. Et. S. tho. op. 47. optime infert ex tenore horum principioꝝ solum syllogismū perfici his principijs qui habet maiorem vlem et minorē affirmatiuā in prima figura. Preterea si hec essent solū principia materialia, non distingueret/ dici de omni/ pro affirmatiuis, et/ dici de nullo/ pro negatiuis, qr/ baroco/ et/ bocardo/ modi negatiui, nō habent premissam vlem negatiuā, sed vniuersalē affirmatiuā. Ad hec demū. Si hic solū doceret omnē syllogismū ꝯstare ex aliqua vniuersali, simul deberet doceri omnē constare ex aliqua affirmatiua, vtrūqꝫ eñ est principium materiale, sed infra tradūtur hec duo simul principia, vbi dicitur/ Ex puris particularibus nihil sequit, nec ex puris negatiuis/ ergo hic aliud intēditur. s. principiū formale.

Igitur ad primū eius argumentū de syllogismo expositorio, qđ sanctus Thomas loco citato ad hoc ipsum propositū format, ipse ibi respōdet, q q̄uis nō reguletur per dici de omni, non tñ proinde sequit aliquid ꝯtra hec principia, q̄ nō deseruiunt nisi quattuor modis perfectis, modo syllogismus expositorius non est in aliquo quattuor modoꝝ perfectoꝝ, sed est potius (inquit) quedā sensibilis demōstratio, cuius proinde euidentia alio innitit principio, vt tertia parte videbitur. Quāuis potest quodammodo regulari per dici de omni sic/ Quicquid affirmat de aliquo ꝯplete singularizato, affirmat de quocūqꝫ subsumpto sub illo etc. Cū tñ necesse habeat ipse dicere q talis syllogismus nō constat ex hmōi principijs materialib⁹. Sed ad aliud de obliquis potest dici q hec principia solū constituūtur pro syllogismis in quibus mediū est subiectū enūtiationis in maiori. Ceteri autem, quos etiā format Aristoteles, sunt reducēdi primo ad istos ac deinde regulandi. V.g. cuiuslibet hoīs equus currit, petrus est hō, ergo etc. reducit ad hunc/ quilibet homo est hō cuius equ⁹ currit, et petrus est hō, ergo etc. qui regulatur per dici de omni. Vel dicendū, q q̄uis forma hoꝝ principioꝝ solum adaptet syllogismis primi generis, nihilominus doctrinaliter intellecta extenditur ad alios secundi generis. Potest eñ in de dici q quecūqꝫ habitudo terminoꝝ cōuenit alicui obliquo distributo, conuenit in eodē obliquo cuicūqꝫ subsumpto sub illo, sed hoc qđ est equus currit ꝯuenit genitiuo/ hoīs/ in maiori, ergo etc. Nec inde sequit esse/ infinita pncipia (vt ille infert) sed est tm̄ vnū, suo modo applicabile ad oēs. Ad aliud conceditur q dici de omni et dici de nullo sit proprietas predicati, vt oēs antiqui nedū Albertus et Egidius loquūtur, ac proinde (vt supra expositū est) sit ipsa propō vlis, sed non subinde negaret Albertus, nec deberet aliquis dialecticus negare, quominus ipsum predicari de aliquo distributo sit principiū formale, cui innitat vis illatiua syllogismi, et per qđ syllogismus modo supra exposito reguletur.

Lectio secunda.

Syllogismus est oratio etc. Tandem post principia syllogismi diffinit syllogismus ipse. Vbi notato duplicē esse syllogismū. s. hypotheticū. i. cuius altera premissa est hypothetica, vt a cōdicionali cū positione añtis ad positionē ꝯñtis, a disiunctiua cū destructione vni⁹ partis ad positionē alterius etc. de quo in primo tractatu disputatū est. Aliū categoricū. i. cui⁹ vtraqꝫ premissa est categorica. Rursus nomen syllogismus quādoqꝫ accipit pro premissis tm̄, vt qñ Aristoteles. 2. prioꝝ inquit, q vnus syllogism⁹ potest plures cōclusiones cōcludere, et qñ Petrus hispanus inquit textu sequenti q oīs syllogismus cōstat ex duabus propōnibus et tribus terminis, sed frequētius pro premissis simul cū conclusione. Et sic diffinit hic q sit oro (est eñ propō hypothetica) [in qua quibusdā positis] . i. duabus ꝓpōnibus in modo et figura dispositis [et cōcessis] . i. si concedantur [necesse est aliud accidere per ea q̄ posita sunt et cōcessa] . i. necesse est cōclusionē inde inferri, ac subinde concedi virtute premissarū. Vbi rursus notandū Aristotelē nō addidisse cōcessis (solū eñ dixit/ est oro in qua quibusdā positis, aliud ex necessitate cōtingit, eo qđ hec sunt). Sed hāc particulā accepit. P.h. a Bo. sic diffiniente syllogismū dialecticum, per quā non docetur de essentia syllogismi esse vt premisse cōcedant, etenī sicut nō refert bonitati syllogismi, vere ne sint premisse an false, vt patet in hoc/ omnis hō est equus, petrus est hō, ergo petrus est equus/ ita nihil refert cōcedant necne. Sed accipit dicta particula condicionalr. i. qđ si premisse boni syllogismi cōcedant, concedat et cōclusio. Nec proinde redūdat, nā per ipsam iuuenes instruūtur respōdere q vcꝫ cū ꝯcesserint, post ꝯñam, añs, nō negēt ꝯñs. Quo sit syllogismū malū nō est syllogismū, sicut hō pictus nō est hō q̄uis sit ꝯña, sed qui habet aliquā similitudinē cū bono syllogismo, dicit paralogismus. Quinimmo nō sat est ad hoc q aliqua ꝯña sit syllogismus q sit bona ꝯña materialis, sed requirit q sit formalis,

P 1. No.

2. No. ¶ **Consequentia formalis est illa que** sic est bona, vt quecūq; eiusdē forme sit pariter bona. Et materialis, que licet ipsa sit bona, non tñ quecūq; eiusdē forme, vt consequētia ab inferiori ad superius, ⁊ a diffinito ad diffinitionē, ⁊ similes. ¶ Unde ad hoc qđ aliqua consequentia sit similis forme cū alia requiritur in primis ꝙ conclusio vnius sit similis forme cum cōclusione alterius, ⁊ quelibet premissarum vnius cū aliqua alterius, iuxta modū vndecimo capite primi tractatus expositum de similitudine inter duas inuicē categoricas. ¶ Et preter hoc requiritur ꝙ cōferendo omnes propositiones tam añtis ꝙ̄ ꝯñtis vnius consequētie ad oēs alterius seruetur ⁊ situs propositionū, ⁊ synonimitas intrinseca terminoꝝ. Situs inq̄ quo ad vtrūq; membrū ibi expositum. s. quo ad numerū ⁊ quo ad ordinē. Quoad numerū. i. ꝙ ex tot categoricis adequate quot constat añs vnius, constas añs alterius, ⁊ pariter ex tot constet ꝯñs vnius ex quot ꝯñs alterius. Quare nullus syllogismus est similis forme cū consequētia enthimematica. i. cuius añs est categoricum, nec cū cōsequentia cuius altera premissarū est hypothetica, que supra appellata est syllogismus hypotheticus, nec cuius consequens esset propō hypothetica, nam cum syllogismus cōstet ex duabus categoricis pro añti, ⁊ tertia pro ꝯñti, non seruaretur idem numerus propositionū. Quo ad ordinem. i. ꝙ prima premissarū vnius ꝯñe sit eiusdem qualitatis ⁊ quātitatis cum prima alterius, ⁊ secunda cum secūda, ⁊ ꝯñs cum ꝯñti. Quare he ꝯñe / nullum animal est lapis, homo est aial, ergo homo nō est lapis / animal est homo, nullus lapis est aial, ergo homo nō est lapis / quarū prima est in ferio et secunda in frisesomoꝝ, nō sunt eiusdem forme, ꝗ̄uis vtraq; sit in prima figura. Nec he / nullus lapis est animal, oīs homo est animal, ergo nullus homo est lapis / omnis hō est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus homo est lapis / licet vtraq; sit in secūda figura. ¶ Requiritur tertio eadē synonimitas intrinseca terminoꝝ. Unde cū synonimitas intrinseca (vt ibi dictū est) sit illa que exprimitur in vnaquaq; materia, sit, vt synonimitas intrinseca in p̄ma figura sit illa, que est inter subiectū maioris ⁊ predicatum minoris. Preterquā in quattuor primis modis directe cōcludentibus, synonimitates intrinsece sunt inter predicatum maioris ⁊ predicatū cōclusionis, et inter subiectum minoris ⁊ subiectum cōclusionis. Sed in alijs quinq; cōcludētibus indirecte synonimitates intrinsece sunt inter predicatū maioris ⁊ subiectum cōclusionis, ⁊ inter subiectum minoris ⁊ predicatum conclusionis. Et in secunda figura synonimitates intrinsece sunt ille que sunt inter predicatum maioris ⁊ predicatum minoris, ⁊ inter subiectū minoris ⁊ subiectum cōclusionis, ⁊ inter subiectū maioris ⁊ predicatum conclusionis. Sed in tertia figura synonimitates intrinsece sunt ille que sunt inter subiectum maioris ⁊ subiectū minoris, ⁊ inter predicatum minoris ⁊ subiectū cōclusionis, et inter predicatum maioris ⁊ predicatū conclusionis. Etenim he singule synonimates explicabuntur in singulis figuris, vt infra palam fiet. V. g. he due ꝯñe / nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis / nullus lapis est animal, omnis homo est animal, ergo nullus homo est lapis / quarū prima est in prima, ⁊ secunda in secūda figura, nō sunt eiusdē forme defectu synonimitatis intrinsece terminorū, sicut nec ista / nullum animal est lapis, omnis homo est animal, ergo nullus lapis est homo / est eiusdē forme cum prima, ꝗ̄uis vtraq; sit in prima figura. ¶ Cum audis synonimitatem intrinsecam esse inter subiectū vnius ⁊ subiectū alterius aut inter predicatum ⁊ predicatum ⁊c̄. intellige quando medium ⁊ extremitates sunt totalia extrema, quod si accipiantur in obliquo, proportionabiliter sunt tales synonimitates accipiende. Verbi. g. in hac consequentia / cuiuslibet hominis equus currit, petrus est homo, ergo petri equus currit, synonimitas inter ly hominis maioris ⁊ predicatum minoris est intrinseca, sicut inter subiectum minoris ⁊ ly petri conclusionis. Et in huiusmodi syllogismis est alia preter dictas synonimitas intrinseca, videlicet inter id quod se tenet ex parte medij in maiori, ⁊ id quod concluditur cum minori extremitate in conclusione, aut inter id id quod se tenet cū medio in minori ⁊ id quod cōcluditur cum maiori extremitate in conclusione, vt in dicta ꝯña inter ly equus maioris et ly equus cōclusionis est synonimitas intrinseca. Que oīa in sequētibus late praticabunt. Hec post illa q̄ primo tractatu de similitudine forme dicta sunt, restat quicq̄ hic supaddendū.

¶ **Igitur ad hoc qđ aliqua consequen-** 3. No.
tia sit syllogismus tria exigūtur. Primū ꝙ sit ꝯña formalis. Quare hic non est syllogismus / homo est animal, risibile est homo, ergo risibile est animal. ¶ Secundū, ꝙ añs constet ex duabus propōnibus debite dispositis in modo ⁊ figura, vt capite sequenti declarabitur. Defectu cuius hic non est syllogismus / si petrus currit, petrus mouetur, sed petrus currit, ergo petrus mouetur / ⁊ hoc denotatur per ly positis. i. dispositis. ¶ Tertiū, ꝙ talis ꝯña teneat virtute medij vniti cū extremitatibus. Quare hec ꝯña nō est syllogismus, ad minus immediatus / cuiuslibet hoīs equus currit, petrus est homo, ergo equus currit / qꝛ illud ꝯñs nō sequitur virtute illius medij vniti, sed ex sola maiori. Et hoc denotatur per illā particulam Petri hispani. s. per ea que posita sunt. Et expressius per illam aristotelis. s. eo qđ hec sunt. Subiūgit eñ / dico autem eo qđ hec sunt, propter hoc contingere. Dico autem / propter hoc contingere, nullius alterius indigere vt sit necessarius. s. syllogismus. ¶ Igitur hec potest ex dictis colligi diffinitionis expositio. Syllogismus est consequētia formalis in qua virtute cōnexionis duorum terminoꝝ cum vno tertio sequitur eorum inter se cōnexio. s. affirmatio vel negatio. Syllogismus. Dixi tñ expositio, qꝛ pro diffinitione non est vtendum summuliste nisi ea quam tradit. P. h. quoadusq; diffinitionem aristotelis edoctus fuerit.

¶ **Ex hac diffinitione syllogismi infe-** 4. No.
runtur due regule. ¶ Prima si datur aliqua ꝯña formalis que tenet virtute medij cū extremitatibus vniti, itaq; nō pōt assignari alius locus per quē teneat, cōcedenda est esse syllogistica. ¶ Secūda. Si aliqua ꝯña est mala, modo induat apparenter formā syllogisticam, assignādus est defectus a priori propter quem nō est bona. Hec dixerim, ne liceat cuicūq; pro libito, negare ꝯñam formalem esse syllogisticam, qꝛ deficit aliqua condicio quā ipse fingit, neq; sufficiat assignare pro defectu, qꝛ datur añs verum ⁊ ꝯñs falsum. Est eñ inter premissas dispositas ſm condiciones assignandas ⁊ conclusionem illa habitudo quā in oppositionibus diximus esse inter cōdiciones ⁊ leges, vt vcz oēs premisse disposite sunt inevitabilis causa illationis ꝯclusiōis, ⁊ si ꝯclusio infert ex illis, est signum ꝙ tales premisse habeant omnes cōdiciones. Et certe si petenti quare ꝯña non est bona, responderes / qꝛ añs est verum ⁊ ꝯñs falsum / nihil respōderes, qꝛ ipse querit quare añs sit verū ⁊ ꝯñs falsum. Sicut querenti / quare he nō sunt contradictorie / non est respōdendū / qꝛ dantur vere, qꝛ id ipse querit. s. quare dantur vere.

¶ **Superuacanea esset hic disputatio:** 5. No.
syllogismus ne, an potꝰ argumētatio sit subiectū huiꝰ opusculi. Nā cū nulla fiat hic mētio de alijs argumētationibꝰ nisi ob maiorē syllogismi manifestationem, cōstat syllogismū esse hic subiectū, sicut in libris prioꝝ. ¶ Sed arguis. Ergo non deberet hic diffiniri syllogismus, cum nulla sciētia diffiniat suū subiectū, sed supponat quid est, vt primo posterioꝝ habetur. Negat ꝯña, nā ꝗ̄uis scientie particulares supponāt quid nōis subiecti. i. quid per nomen significat, cum tñ dialectica sit scientia cōis. i. de signo inquantū signū est, nō solum quid nōis subiectoꝝ aliarū scientiarū verū sui ꝓprij subiecti manifestat. Presertim qꝛ diffinitio hec syllogismi est vtiq; quiditatiua, quā oīs scientia circa suū propriū subiectū constituit. Sed de hoc pro summulistis, satis.

¶ Caput secundum.

A Omnis autē syllogismus cōstat ex trib⁹ terminis ⁊ duabus ꝓpositionibus: quarū prima vocat̄ maior: ⁊ secun
B da minor. ¶ Ex tribus autē terminis nō possunt fieri due propositiones nisi aliquis illorū sumatur bis. Et tunc ille terminus bis sumptus: aut subijcitur in vna ⁊ predicatur in alia: ⁊ tūc est prima figura: aut predicatur in vtraq;: et sic est secunda figura: aut subijcitur in vtraq; ⁊ sic est tertia figura. ¶ Hoꝝ autē terminoꝝ alius vocat̄ mediū: alius maior extremitas: ali⁹ minor extremitas. Mediū est terminus bis sumptus ante cōclusionem. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori ꝓpositione cum medio. Minor extremitas est terminus sumptus in minori ꝓpo
C sitione cū medio. ¶ Ad syllogimū autē exigit̄ modus ⁊ figura. Figura est ordinatio triū terminoꝝ scd̄m debitā subiectionē ⁊ predicationē. Hec autem ordinatio fit tribus modis: vt dictum est prius. Et scd̄m hoc tres sunt figure. Prima figura est quādo medium subijcitur in vna propōne et predicatur in alia: vt/ ōmne aial est substantia: omnis homo est aial: ergo omnis hō est substantia. Scd̄a: qñ mediū predicatur in vtraq;: vt/nullus lapis est aial: ois hō est aial: ergo nullus hō est lapis. Tertia quando mediū subijcit̄ in vtraq;: vt/ois hō est substātia: ois hō est aial: ergo quoddam aial est substātia. ¶ Unde versus Sub: pre: prima. Secūda: pre: bis. Ter
D tia: bis sub. ¶ Mod⁹ est ordinatio duarū ꝓpōnum in debita quātitate ⁊ qualitate. Debita quātitas est q̄ si vna est particularis: altera erit vniuersalis. Debita qualitas est q̄ si vna est negatiua altera erit affirmatiua.

¶ Lectio vnica.

A
2. No. ¶ Igitur cū in scda figura ex sexdecim supradictis cōbinationibus duodecim sint inutiles in propositionibus de modo loquēdi consueto. s. ambabus existētibus affirmatiuis oēs quatuor cōbinationes quātitatis, ꝛ ambabus negatiuis oēs itidē quatuor cōbinationes quātitatis, ꝛ ambab9 particularib9 p̄ter dictas cōbinatiōes maiori existēti affirmatiua ꝛ minori negatiua aut contra. Rursus maiori existente particulari ꝛ minori vlī, siue prima sit affirmatiua ꝛ scda negatiua, siue contra, sole quatuor restant vtiles vz.

¶ Si ambab9 existētibus vniuersalibus, prima sit negatiua et secūda affirmatiua, ꝛ tunc possunt cōcludere directe vlēm negatiuam. Et sic constituūt/ cesare/ primū modū. Vñ text9 Cesare primus modus constat ꝛc̄. Possunt subinde concludere indirecte vlēm conuertentē simpliciter talis ɔclusionis, atq̄ vtriusq̄ subalternā particularem. ¶ Scdo. Si econtrario prima sit affirmatiua ꝛ scda negatiua. Et tunc itidē p̄nt concludere directe vlēm affirmatiuam. Et sic constituūt/ camestres/ secundū modum. Unde textus. Camestres secūdus modus ꝛc̄. Possunt ꝛ proinde cōcludere indirecte vlēm conuertentē simplr atq̄ vtriusq̄ subalternā particularē. ¶ Tertio. Si prima existenti vlī, ꝛ secunda particulari prima sit negatiua ꝛ secunda affirmatiua. Et tunc possunt cōcludere directe particularem negatiuā, ꝛ sic cōstituūt/ festino/ tertium modum. Unde sequitur textus. Festino tertius modus constat ꝛc̄. non tñ p̄nt cōcludere vlēm, q: argueret̄ ex parte minoris extremitatis a non distributo ad distributū. Et eadē rōne nullam possunt ɔcludere indirecte, nisi de modo loquendi incōsueto, vt/ nullus lapis est aial, aliquis homo est aial, ergo ois lapis homo nō est. ¶ Quarto. Si ecōtrario p̄ma sit affirmatiua ꝛ secūda negatiua. Et tunc possunt concludere directe particularem negatiuā. Et sic constituūt/ baroco/ quartū modum. Vñ textus. Baroco quartus modus cōstat ꝛc̄. Non tamen possunt cōcludere vlēm ob defectum supperioris proximi modi, nec aliquā indirecte, nisi de modo loquēdi inconsueto, vt/ omnis homo est aial, aliquis lapis nō est aial, ergo ois homo lapis non est. Qualiter sint reducēdi modi huius figure ad modos perfectos prime, tam per cōuersionē q̄ per impossibile, capite. 7. explanabitur. Hinc ergo in secunda figura quatuor concluditur esse modos vtiles/ Cesare/ Camestres/ Festino/ Baroco.

¶ Caput sextum.

SEquitur de tertia figura: cuius tales dant̄ regule. ¶ In tertia figura minori existēti negatiua nihil sequit̄. ¶ Itē in tertia figura cōclusio debet esse particularis. Tertia figura sex habet modos. ¶ Darapti primus modus cōstat ex maiori vlī affirmatiua: ꝛ minori vlī affirmatiua: particularem affirmatiuam directe cōcludentibus: vt/ omnis homo est substātia: ois homo est aial: ergo quoddā animal est substantia. Et reducitur ad tertiū modū prime figure minori cōuersa per accidēs. ¶ Felapton secūdus modus constat ex maiori vlī negatiua: ꝛ minori vlī affirmatiua: particularem negatiuā directe concludētibus: vt/ nullus hō est lapis: ois homo est aial: ergo aliquod aial nō est lapis. Et reducitur ad quartū modum prime figure minore conuersa per accidens. ¶ Disamis tertius modus constat ex maiori particulari affirmatiua: et minori vniuersali affirmatiua: particularē affirmatiuā directe cōcludēti

bus: vt/ quidā homo est substantia: oīs homo est aial: ergo quoddā animal est substantia. Et reducitur ad tertiū modum prime figure maiori ꝛ minori cōuersis simplr: ꝛ per transpositionē premissarū. ¶ Datisi quartus modus cōstat ex maiori vniuersali affirmatiua: et minori particulari affirmatiua: particularem affirmatiuā directe cōcludētibus: vt/ omnis hō est substantia: quidam homo est aial: ergo quoddā aial est substantia. Et reducitur iste modus ad tertiū modum prime figure minori conuersa simplr. ¶ Bocardo quintus modus cōstat ex maiori particulari negatiua: ꝛ minori vl'i affirmatiua: particularē negatiuam directe concludentibus: vt/ quidā homo nō est lapis: omis homo est aial: ergo quoddā aial nō est lapis. Et reducitur ad primū modum prime figure per impobile. Sumatur enī oppositū contradictoriū conclusionis cū minori: et inferatur oppositum maioris: vt/ omne aial est lapis: omnis homo est aial: ergo ois homo est lapis. ¶ Ferison sextus modus constat ex maiori vl'i negatiua et minori particulari affirmatiua: particularē negatiuā directe cōcludētibus: vt/ nullus hō est lapis: quidā homo est aial: ergo quoddā animal non est lapis. Et reducitur ad quartum modum prime figure minori conuersa simpliciter.

Sequitur de tertia figura cuius ꝛc.

1. No. Circa tertiā figuram due s. p.h. constituūtur regule quarū prima. In tertia figura minori existenti negatiua nihil sequit, cuius causa, circa primā figurā allata est. Ex hac sequitur secūda. s. In tertia figura conclusio debet esse particularis, nam alias, cū sit cōcludendū directe, minor extremitas distribueret in conclusione que nō posset distribui in minori, nisi, vel esset negatiua, vel affirmatiua de modo loquēdi incōsueto, quare minori sic se habēte, posset vl'r concludi.

2. No. ¶ Igitur cum in tertia figura ex sexdecim cōbinationibus premissarū decem sint inutiles. s. ambabus particularibus omnes quatuor cōbinationes qualitatis, ꝛ ambab⁹ negatiuis, preter has, tres alie cōbinationes quātitatis, ꝛ minori negatiua ꝛ maiori affirmatiua, tres alie cōbinationes quantitatis. s. ambabus vniuersalibus, vel prima vl'i ꝛ secunda particulari vel contra, restant sole sex vtiles. ¶ Primo. Si ambabus existētibus vniuersalibus ambe sint affirmatiue. Et tunc inferūt directe particularē affirmatiuā. Et sic constituūt/ darapti/ primū modum. Vñ text⁹ Darapti primus modus constat ꝛc. Possunt concludere et particularē indirecte cōuertentē simplr sue cōclusionis, vniuersalē tñ, nullam, qꝛ ex parte subiecti cōclusionis argueret a non distributo ad distributū cum in de modo loquendi consueto non possit in minori distribui. ¶ Secūdo. Si prima sit negatiua ꝛ scđa affirmatiua. Et tunc, cum cōclusio deberet esse negatiua, nullā possunt cōcludere indirecte, nec vl'em directe, qꝛ argueretur ex parte minoris extremitatis a nō distributo ad distributū in de modo loquēdi consueto. Concludūt tñ directe particularē negatiuam. Et sic constituūt/ felaptō/ secūdum modū. Unde textus. Felapton scđs modus constat ꝛc. ¶ Tertio. Si ambabus existētibus affirmatiuis, maior sit particularis ꝛ minor vl'is. Et tunc possunt cōcludere directe particularem affirmatiuā. Et sic constituūt/ disamis/ tertium modum. Vñ textus. Disamis tertius modus cōstat ꝛc. Possunt subinde cōcludere indirecte particularem conuertentē dicte ꝯclusionis. ¶ Quarto. Si ecōtrario pma sit vniuersalis, ꝛ scđa particularis. Et tunc possunt cōcludere directe particularem affirmatiuā. Et sic constituūt/ datisi/ quartum modū. Unde textus. Datisi quartus modus constat ꝛc. Possunt subinde concludere indirecte particularem cōuertentē dicte conclusionis. ¶ Quinto. Si maiori existēti negati[illegible] ꝛ minori affirmatiua, prima sit particularis ꝛ scđa vl'is. Et tunc possunt cōcludere directe particularē negatiuā. Et sic constituūt/ bocardo/ quintū modū. Unde textus. Bocardo quintus modus constat ꝛc. Non tñ possunt cōcludere vniuersalē directe, nec aliquā indirecte de modo loquēdi cōsueto, qꝛ argueretur ex parte minoris extremitatis a nō distributo ad distributū. ¶ Sexto denique. Si ecōtrario prima sit vniuersalis ꝛ scđa particularis. Et tunc possunt cōcludere itidē directe particularem negatiuā. Et sic constituūt/ ferison/ vltimū modū. Unde textus. Ferison sextus modus constat ꝛc. Non tñ possunt cōcludere vl'em directe, nec aliquā indirecte de modo loquēdi cōsueto, qꝛ cōmitteretur idem defectus, qui in modo proxime superiori. ¶ Sex igit̃ sunt modi vtiles tertie figure. s. Darapti/ Felapton/ Disamis/ Datisi/ Bocardo/ Ferison. Quare omnes simul, decē ꝛ nouem. ¶ In diffinitionibus omnib⁹ supradictoꝝ modoꝝ notato ꝙ non dicit̃/ barbara constat ex tribus vniuersalibus/ sed ex duabus vniuersalibus cōcludentibus ꝛc. ad denotandū ꝙ modus/ barbara/ nō supponit pro omnibus tribus propōnibus sed pro premissis tñ que inferunt conclusionē. Et idē in ceteris oībus notato. Nec obstat ꝙ syllogismus supponat simul ꝓ premissis que sunt modus ꝛ cōclusione que infertur ex modo. Quāuis nō tam exacta locutione nihil vetet quandoque totā consequentiā dicere modum.

¶ Caput septimū.

Syllogismoꝝ cōcludentium particularem negatiuā indirecte tales dantur regule A
¶ Nullus syllogismus concludens particularē negatiuā indirecte potest eam concludere directe. Nec cōcludens eam directe potest eā cōcludere indirecte. ¶ Itē prima figura concludit oīa genera propositionū. s. vniuersalē: particularem: affirmatiuam ꝛ negatiuam. ¶ Secūda figura cōcludit particularē negatiuam ꝛ vl'em negatiuam. ¶ Tertia cōcludit particularem affirmatiuā ꝛ negatiuam. ¶ Versus. B
Barbara/ Cellarēt/ Darij/ Ferio/ Ba-

ralipton/Cellãtes/Dabitis/ fapesmo/ Frisesomorũ:Cesare/Camestres/Festino/Baroco/Darapti:Felapton/Disamis/Datisi/Bocardo/Ferison. In his quattuor versibus predictis sunt decẽ et nouẽ dictiones: decẽ et nouẽ modis deseruientes. Ita ꝙ per primá dictionẽ intelligitur primus modus prime figure:⁊ per secundã secundus modus ⁊c̃. Vñ primi duo versus deseruiunt omnibus modis prime figure. Tertius vero versus p̃ter vltimã eius dictionẽ deseruit modis secũde figure: ita ꝙ p̃ma dictio deseruit p̃mo modo: et secũda scđo modo: et sic de aliis. Vltima vero dictio tertij versus cuȝ aliis dictionibus quarti versus deseruit modis tertie figure. ℭ Sciendũ ꝙ per has vocales. s. A. E. I. et. O. intelligũtur quattuor genera propõnum: ita ꝙ per hãc vocalẽ. A. intelligitur vl̃is affirmatiua: ⁊ per. E. vl̃is negatiua: ⁊ per. I. particularis affirmatiua: ⁊ per. O. particularis negatiua. ℭ Et in qualibet dictione sunt tres syllabe: ⁊ aliud residuum est superfluum nisi. m. vt postea patebit. Et per primã illarum syllabarũ intelligit᷑ maior propõ: ⁊ per secundam minor: ⁊ per tertiã conclusio. V. g. prima dictio scȝ/ barbara/ habet tres syllabas in quarũ qualibet ponitur. A. ⁊ per. A. ter positũ significatur ꝙ primus modus prime figure constat ex duabus ꝓpõnibus vniuersalibus affirmatiuis: vl̃em affirmatiuam concludẽtibus. Et ita intelligit᷑
c de aliis dictionibus scđum vocales ibi positas. ℭ Et sciẽdũ ꝙ quattuor dictiones primi versus incipiũt ab his consonãtibus. B. C. D. et. F. sicut oẽs alie dictiones sequẽtes. Et per hoc intelligẽdũ est ꝙ oẽs modi qui incipiunt per dictionẽ inchoatã per. B. debent reduci ad primũ modũ prime figure. Et oẽs qui incipiunt per dictionẽ inchoatam per. C. ad secundũ: et per. D. ad tertiũ: et per. F. ad quartũ. ℭ Item vbicũꝗ ponitur. s. in illa dictione significatur ꝙ propõ intellecta per vocaleȝ immediate precedentem debet conuerti simpl'r. Et propõ intellecta per vocalẽ immediate precedentẽ illam litterã. p. debet cõuerti per accidens. Et vbicũꝗ ponitur. m. ibi debet fieri trãspositio in premissis. Est eñ trãspositio in premissis facere de maiori minorem: ⁊ ecõtrario Et vbicũꝗ ponitur. c. significat᷑ ꝙ modus intellectus per illã dictionẽ in qua ponitur debet reduci per impossibile. ℭ Unde versus. Simpl'r verti vult. S: P. vero: per acci. M. vult transponi. C. per impossibile duci. Seruat maiorem: variatꝗ secunda minorẽ. Tertia maiorẽ variat: seruatꝗ minorem.

Syllogismorũ ⁊c̃. Post distinctionẽ figurarũ ac modoꝝ in hoc capite. P. h. duo facit. Cõcludit eñ primo ex dictis potestatem syllogismoꝝ, que est plura concludere, ac deinde exponens singulas litteras dictionũ quibus modi designantur, docet quẽadmodũ modi imperfecti reducantur ad perfectos. ℭ Igitur circa primũ notandũ Aristotelem. 1. prioꝝ sex tradere potestates syllogismoꝝ. s. Potestatem plura concludẽdi/ ex falsis verũ syllogizãdi/ circulariter syllogizandi/ cõuersiue syllogizandi/ per impossibile syllogizandi/ ex oppositis syllogizandi. Potestas eñ syllogismi est virtus seu vis syllogismi ad veritatẽ aut falsitatem alicuius propõnis manifestandã. ℭ Igitur potestas plura cõcludẽdi est virtus concludendi plures propõnes nõ synonimas, quẽadmodũ (vt supra dictũ est) syllogismus concludens vl̃em negatiuã potest cõcludere ⁊ eius conuertentẽ simpl'r, ⁊ vtriusꝗ subalternam, sicut concludens vniuersalẽ affirmatiuam, cõcludit et eius subalternam ⁊c̃. Et accipitur hic syllogismus pro premissis tm̃, nam si acciperetur pro premissis ⁊ cõclusione, non posset vnus syllogismus plures habere conclusiones ℭ Potestas ex falsis verum syllogizandi est virtus inferendi ex falsis premissis veram conclusionẽ, vt/ omnis lapis est animal, omnis homo est lapis, ergo omnis homo est animal. Ait eñ ibi Aristoteles ꝙ ex veris non nisi verũ, sed ex falsis verũ ⁊ falsum. ℭ Syllogismus circularis est syllogismus ex conclusione propositi syllogismi cum cõuertente alterius premissarum inferens alterã premissam, vt si proposito hoc syllogismo/ omne risibile est substantia, omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est substãtia/ argueres sic/ oĩs homo est substantia, omne risibile est homo, ergo omne risibile est substantia. Quare si minor primi syllogismi non constaret ex extremis cõuertibilibus, nõ haberet talem virtutem circulariter syllogizãdi, q̄ non posset conuerti simpliciter, et dicitur circularis, q̄ cum primus procedat ab. a. ad. b, secundus reuertitur a. b. ad. a. Quã꜡ posset itidẽ dici circularis si ex cõclusione assumeret alteram premissarũ in propria forma ad syllogizandũ alteram. ℭ Syllogismus conuersiuus est syllogismus ex contrario vel contradictorio cõclusionis propositi syllogismi cum altera premissarũ, inferens contrariũ aut cõtradictorium alterius premisse. Ut si hic syllogismus/ omne animal est substãtia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substãtia/ est formalis in barbara, ⁊ hic erit formalis/ omne aĩal est substantia, nullus homo est substãtia, ergo nullus homo est animal/ in camestres, et hic pariter/ omne aĩal est substantia, aliquis homo non est substantia, ergo aliquis homo nõ est animal/ in baroco. Et hec potestas cuicũꝗ modo cuiuscũꝗ figure conuenit, q̄ in omni bona consequentia ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis. 1. No.

¶ Syllogismus per impossibile est syllogismus ex contradi-
ctorio propositionis a respodente negate cum vna manifeste
vera, inferens vnam manifeste falsam, ex cuius falsitate re
greditur ad manifestãdam veritatem propõnis negate. Ut si
cõtra negantẽ hanc, luna recipit lumẽ a sole/ sic argueres/ oẽ
quod per interpositionẽ alicuius opaci inter ipsum et solem
eclipsatur, recipit lumen a sole, sed luna non recipit lumen a
sole, ergo non eclipsatur per interpositionẽ alicuius opaci in
ter ipsam ⁊ solem, conclusio est falsa, ⁊ non maior, ergo mi-
nor que est contradictoria propositionis negate. Qui in om
nibus scientijs est frequentissimus modus arguendi. Idem
esset si concesso a respondente aliquo falso, ex ipso ⁊ alio ma
nifeste vero inferres manifeste falsum. ¶ Uñ syllogismus cõ
uersiuus ⁊ syllogismus ad impossibile conueniunt, q: vterq;
sumit contradictoriũ alicuius propositionis, sed differunt q:
conuersiuus assumit cõtradictoriũ vel contrariũ cõclusionis
alterius prioris syllogismi, ⁊ ordinatur ad manifestandã bo-
nitatem ipsius, sed syllogismus ad impossibile assumit cõtra
dictoriã propositionis a respondente negate, ⁊ ordinatur ad
probandã ipsam veram per hoc quod ex eius opposito sequi
tur aliquod impossibile, ⁊ ideo nõ sumit contrariã, q: ex hoc
q́ concluderetur cõtrariam propõnis negate esse falsam, nõ
concluderetur ipsam esse veram, cum due contrarie possint
esse false. Secundo differunt ꝙ syllogismus conuersiuus po-
test procedere ex premissis veris ad conclusionẽ veram, syllo
gismus autem ad impossibile semper assumit aliquã proposi
tionem falsam, ⁊ concludit falsam. Quare potest dici syllo-
gismus ⁊ ꝑ impossibile q: ꝓcedit ex falso, ⁊ ad impossibile q:
concludit falsum. ¶ Unde syllogizare aliquã propõnem per
impossibile est ex eius opposito ⁊ alio vero inferre falsum, sʒ
syllogizare ostensiue est cõcludere ipsam in syllogismo, vnde
illa/ luna recipit lumen a sole/ que syllogizata est in baroco
per impossibile, potest syllogizari in darij ostensiue, sic/ quic-
quid eclipsatur per interpositionẽ opaci inter ipsum ⁊ solem
recipit lumẽ a sole, luna eclipsatur ⁊c. ergo luna recipit lu-
men a sole. Immo omnis conclusio que syllogizaẽ in secũdã
figura per impossibile, syllogizatur in prima ostẽsiue. ¶ Syl
logismus ex oppositis est syllogismus procedens ex duabus
cõtrarijs aut cõtradictorijs, vt/ oĩs homo est animal, nullus
homo est animal, ergo nullus homo est homo. Unde syllogis
mus ex oppositis semper est negatiuus concludens negatio-
nem eiusdem de eodẽ, nec potest fieri in prima figura, q: ibi
nec subiecta nec predicata premissarum participant in extrẽ
mis, ac proinde non sunt opposite, sed potest fieri in secunda
et in tertia. Horũ exactior disputatio ad secundũ librũ prio-
rum pertinet. Sat igitur sit hec pauca per solam exempli po
sitionem summulistis dedisse.

2. No. B ¶ De quarũ sola prima potestate me-
minit hic. P. hispa. inferens ex sup: dictis duo corollaria.
¶ Primũ. Nullus syllogismus concludens particularẽ ne-
gatiuam directe potest eam cõcludere indirecte, nec econtra
rio. Nõ est intelligendũ si solum concludat particularem ne
gatiuã, nam (vt supra visum est) modi cõcludentes vniuersa
lem negatiuã possunt concludere particularẽ negatiuam di-
recte ⁊ indirecte. Item est intelligendũ in ꝓpositionibus de
modo loquendi consueto nõ exponibilibus ⁊c. Breuiter vbi
cunq; caueatur ne arguatur a nõ distributo ad distributum,
deficit regula. ¶ Secundũ. Prima figura concludit omnia
genera propõnum, sed secunda nõ infert nisi negatiuam vni
uersalẽ vel particularẽ, tertia vero nõ nisi particularẽ affir-
matiuã ⁊ negatiuam. Quorũ hoc tertium membrũ est itidẽ
limitandum in propositionibus de modo loquendi consueto.
Sequitur nãq; omnis homo est substãtia, omnis homo om-
ne animal est, ergo omne animal est substãtia/ ⁊ multis alijs
modis de quibus tñ non loquitur. P. h. [illegible]

3. No. B ¶ Uersus. Barbara/ Cellarent ⁊c. In
hac secunda parte traditur reductio syllogismoꝝ imperfecto
rum ad perfectos. ¶ Ubi notandũ duplicem esse syllogismũ
scʒ perfectum ⁊ imperfectũ. Que quidẽ diuisio (vt inquit Al
bertus) non est quo ad speciem seu existentiã, sed solum quo
ad apparentiã. Etenĩ tã necessaria illatio est in baroco ꝙ in
barbara, lʒ nobis sit in barbara euidẽtior. Uñ syllogismus
ꝑfectus est (inquit Aristo.) qui nulli⁹ alterius (.s. syllogismi)
indiget vt appareat necessari⁹. Uel aliter. Syllogismus per
fectus est qui immediate regulatur per dici de omni, aut per
dici de nullo, quales sunt quatuor primi prime figure. Et im
perfectus qui nõ regulatur immediate per talia principia, vt
ceteri omnes. Quare hoc q́ est syllogismũ regulari per ali-
quod tale principium non est indigere alterius syllogismi vt
appareat necessarius, nã talis regulatio (vt supra visum est)
nõ est omnino syllogismus, sed reductio ad naturã propõnis
vniuersalis tanq̃ ad primũ principium.

¶ Et est sciendum ⁊c. Igitur pro hoꝝ reductio 4. No. C
ne preter vocales .a.e.i.o. quarũ in qualʒ dictione sunt tres
designantes qualitatem ⁊ quantitatẽ premissarũ ⁊ conclusio
nis modo supra posito, sunt itidem notande consonantes ini
tiatiue talium dictionũ, item .s.p.m.c. Si que autẽ alie sint
nihil significant. Initiatiue quatuor modoꝝ perfectoꝝ sunt
b.c.d.f. a quibus ceteri omnes modi incipiunt, in quo proin-
de denotatur ꝙ quicũq; modus imperfectus reducitẽ ad per-
fectum incipientem a cõsonante, qua ipse incipit, vt/ Barali
pton/ baroco/ et/ bocardo/ reducũtur ad/ barbara, cellantes/
cesare/ et/ camestres/ ad/ cellarẽt, dabitis/ darapti/ disamis/
datisi/ ad/ darij, fapesmo/ frisesomoꝝ/ festino/ felapton/ et/ fe
rison/ ad/ ferio. ¶ Sed. S. denotat ꝙ in tali reductione pro-
positio designata per vocalem proxime precedentem sit con-
uertenda simpliciter. P. vero ꝙ sit cõuertenda per accidẽs,
sed. M, ꝙ premisse sint trãsponẽde. i. ꝙ ex maiori fiat minor,
et ex minori maior. C. deniq;, quãdo non est initiatiua ꝙ ta-
lis modus reducatur non per cõuersionem, sed per impossibi
le. U. g. neganti hanc cõsequentiã/ omnis homo est animal;
nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo/ in came
stres, esse bonam, manifestãda est per reductionẽ ad cellarẽt
hoc modo. Sequitur bene/ omnis homo est animal ⁊ nullus
lapis est animal, ergo nullũ animal est lapis, ⁊ omnis homo
est animal/ per cõuersionẽ minoris simpliciter (quod denotat
primũ .s.) et transpositionẽ premissarum, (vt denotat .m.) rur
sus, ergo nullus homo est lapis/ in cellarẽt, rursus, ergo nul
lus lapis est homo/ per cõuersionẽ simplicem, vt denotabat/
.s. terminalis de/ camestres, ergo de primo ad vltimũ/ omnis
homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis
est homo/ in camestres. Et ꝓportionabilr reduces/ darapti/
ad/ darij/ per solam conuersionẽ minoris per accidens, et ita
in ceteris. Ubi considerato, quẽadmodum. S. ⁊. P. situate
in duabus primis syllabis modi imperfecti, denotant cõuer-
sionẽ premisse tali modi in premissam modi perfecti, sed quã
do locantur post tertiam vocalẽ, denotant cõuersionem con-
clusionis modi perfecti in cõclusionem imperfecti, q: est pro-
gressus a premissis imperfecti ad premissas perfecti, ⁊ regres
sus a conclusione perfecti ad conclusionem imperfecti. Per
hec patet intelligentia illoꝝ versuũ. Simpliciter verti vult.
s. ⁊c. Ecce ad quid opus est propositionũ cõuersionibus, ad
huiusmodi enĩ reductiones docuit Aristo. in hoc loco propo
sitiones conuertere. De quibus eo tam late primo tractatu
disputauimus, ne quicq̃ hic superaddendum restaret. Que
ergo ibi dicta sunt in memoriam reuocato.

¶ Baroco/ autem ⁊/ bocardo/ quia ha 5. No.
bent. c. non initiatiuã reducũtur ad/ barbara/ per impossibi-
le. Unde reducere per impossibile aliquẽ syllogismũ ad aliũ
est ex contradictorio conclusionis illius qui reducitur ⁊ alte
ra eius premissa, inferre cõtradictoriã alterius in alio, vnde
reducitur baroco ad barbara seruata maiori, ⁊ contradicto-
ria conclusionis assumpta pro minori, inferendo contradi-
ctoriam minoris, sed bocardo, seruata minori, ⁊ assumpta cõ
tradictoria conclusionis pro maiori, inferendo contradicto-
riã maioris in barbara, vt denotãt illi versus in calce septimo

Seruat maiorem tē. V.g. negās hanc ꝯñam/omnis homo est animal, lapis nō est animal, ergo lapis nō est homo/in baroco, esse bonam, concedensq; proinde antecedēs esse verum ⁊ consequēs falsum, potest deduci ad impossibile in barbara sic/omnis homo est animal (que est maior concessa) omnis lapis est hō (que est cōtradictoria cōclusionis negate) ergo omnis lapis est animal/que est contradictoria minoris cōcesse. Sicut negans hanc in bocardo/homo non est lapis, omnis homo est animal, ergo animal non est lapis/cōcedensq; subinde antecedēs esse verum ⁊ consequens falsum, potest deduci sic ad impossibile in barbara/omne animal est lapis (que est contradictoria conclusionis negate) omnis homo est animal (que est minor concessa) ergo omnis homo est lapis (que est contradictoria minoris cōcesse). ¶ Et sic in vtroq; discursu deducitur respondens ad concedendū duo contradictoria. Et propterea dicitur reductio per impossibile ⁊ ad ad impossibile. i. qꝛ consideratur respectu negantis conclusionē de baroco ⁊ cōcedentis eius premissas, per quod impossibile deducitur ad concedendū aliud impossibile in barbara, nam si cōsideretur secundus syllogismus de barbara, vt procedens ex cōtradictoria ꝯclusionis de baroco cum altera eius premissa concludens contradictoriā alterius, certe talis syllogismus est cōuersiuus respectu illius de baroco, ⁊ ideo talis potestas potius diceretur cōuersiua q̄ per impossibile (que distinctio est hic cōsideranda) Vnde cum potuisset Petrus hispanus eam vtroq; modo appellare, non tñ appellauit cōuersiuam, sed ad impossibile, vt distingueret ab alijs reductionib⁹ que fiunt per cōuersionem premissarū aut conclusionis, que dicūtur reductiones quodāmodo conuersiue, q̄uis non dicantur syllogismi conuersiui. ¶ Cum autem audis baroco ⁊ bocardo reduci per impossibile, non intelligas ceteros modos excludi ab huiusmodi reductione. Est eñ omni syllogismo cuiuscūq; figure, immo omni consequētie, cōmune, vt ex aliqua premissarū ⁊ contradictoria conclusionis sequatur contradictoriū alterius premisse, vel in aliquo modo nominato, vel in aliquo alio, per illam regulā. In omni bona cōsequentia ex opposito consequētis sequitur oppositum antecedētis, vt cesare reducitur ad ferio, ⁊ camestres ad darij, ⁊ festino ad celarent seruata maiori ⁊ cōtradictoria conclusionis assumpta pro minori ad cōtradictoriā minoris. Et proportionabiliter modi omnes tertie figure seruata minori ⁊ contradictoria cōclusionis assumpta pro maiori ad contradictoriā maioris, qđ scda parte in dictis figuris latius praticabitur. Sed dicūtur baroco et bocardo reduci per impossibile, qꝛ hoc solo modo reducuntur ad perfectos. Non eñ possunt reduci per conuersionem sicut ceteri.

¶ Caput vltimū.

A Sed qꝛ Aristoteles in prioribus ostendit coniugationes in quibus non sequitur conclusio ex premissis esse inutiles per inuetionem terminoꝝ: quibus non tenet hmōi coniugatio: ideo vtilis est inuentio talium terminorum vbicunq; fiat inutilis coniugatio cōtra regulas syllogismorū prius assignatas. Accipiendi igitur sunt duo termini diuersi. s. due species sub vno genere/differentia: vel proprio: vel accidente: vt/homo/equus/animal/vel duo termini quorū alter de altero predicet̄ siue conuertibil'r siue nō: cū extraneo vtriusq; vt/homo/risibile/lapis/ vel accipiendi sunt duo termini quoꝝ alter de altero predicetur siue conuertibil'r siue nō: cū superiore ad vtrūq;: vt/homo/risibile/substantia/vel: homo/animal/ substantia: per hanc eñ regulā disiunctiuā cuicūq; generi applicetur: siue substātie: siue quātitati: siue alicui alioꝝ: semper inueniūtur termini per quos inutilis coniugatio demonstrabit̄ non tenere: et tales terminos appellat Aristoteles in prioribus terminos in quibus non. ¶ Et nota q̄ inuenire terminos in quibus nō est acceptis tribus terminis facere cōiugationē in qua premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa: manente eadem qualitate ⁊ quantitate propositionum. V.g. hec est inutilis cōiugatio/nullus homo est equ⁹: nullus lapis est homo: ergo nullus lapis est equ⁹. Et isti sunt termini in quibus sic. Cōtra hanc inutilem coniugationē accipiuntur termini in quibus nō: per secundū membrū regule/homo/equus/risibile/ ⁊ arguit sic/nullus equ⁹ est risibilis: nullus homo est equus: ergo nullus homo est risibilis vbi premisse sunt vere: et conclusio est falsa: seruata eadem qualitate et quantitate propositionū in vtraq; coniugatione: ⁊ vtrobiq; manente eadem figura. B

¶ Lectio prima.

Post principia tā materialia q̄ formalia quibus perficitur bonus syllogismus, tandē in hoc capite. P.h. tradit principia quibus Aristoteles docet cōiugationem aliquam premissarum esse inutilem. s. dare terminos in quibus omni, ⁊ terminos in quibus nulli. Sed nō potest id plene intelligi nisi arte inueniendi mediū prelibata quā Aristoteles in fine primi prioꝝ tradit. ¶ Igitur ars inueniēdi mediū est ars qua, ꝓpōne quauis proposita inuenitur terminus qui sit medium ad concludendum illam in aliquo certo modo. V.g, si vis concludere in darij hanc propositionem/animal est substantia/quisnam terminus debet esse medium, aut si vis illam concludere in darapti, quisnā alius. Et omissis alijs plurimis considerationibus, ibi ab Aristotele traditis, quas non possemus hic exponere, nisi terminos summularū longe egressi, ars hec sex regulis continetur, designatis per has dictiones. Fecana. Cageti. Dafenes. Hebare. Gedaco. Gebali. Quibus addūtur alie tres. s. Febas Hedas. Hecas, designantes tres inutiles combinationes. Que nouem dictiones in figura sequēti disponātur. 1. Nō



1. No. ¶ Que pons asinorū antiquitus eo appellabatur quod hominibus tardi ingenij non esset intelligibilis. At nunc temporis nemo est tā inops ingenij, cui nō sit facillima. In cuius capite situatur. A. littera designatiua predicati propōnis syllogizāde, et in pede. E. designatiua subiecti eiusdē, que proinde sunt due prime vocales cuiuscūq dictarum dictionū, nam tertia vocalis denotat quantitatē et qualitatē propōnis syllogizāde. ¶ Est rursus notandū quod terminus qui infert aliū dicitur añs ad ipsum, sicut inferior ad superiorem, aut conuertibilis ad cōuertibilē, et terminus qui infertur ex alio dicitur cōñs ad ipsum, sicut superior ad inferiorē, aut cōuertibilis ad conuertibilē, sed terminus qui nō verificatur de alio, dicitur extraneus ad ipsum. Añs inquā, cōñs et extraneus, aut simpliciter, aut in casu .s. secundum acceptionē quam habēt in tali ppōne. Unde in qualibet dictarū dictionū sunt due harum sex cōsonantiū .s. B. C. D. F. G. H. Quarū tres prime semper preponitur littere. A. ac pinde. B. significat cōñs ad predicatum, et. C. añs ad predicatū, et. D. extraneum ad predicatum. Pariter tres vltime semper preponūtur littere. E. ac proinde. F. significat cōñs ad subiectū, et. G. añs ad subiectum, et. H. extraneū ad subiectum. ¶ Est igitur prima regula. Ad concludendū vlem affirmatiuā (que solū cōcluditur in barbara) sumendū est medium quod sit cōñs ad subiectum, et añs ad predicatū, quod denotat dictio / Fecana, vt ad concludendū / omnis homo est substātia / sumatur pro medio / aial / et ad concludendum / ois homo est aial / sumatur / risibile. ¶ Secūda. Ad cōcludendū particularē affirmatiuā in tertia figura sumēdum

Prima regula.

Secunda

est mediū qḋ sit añs ad vtrūq3, s. ad subiectū ⁊ p̄dicatū, vt de-
signat/ Cazeri. Ut ad cōcludendū/ aliqḋ aial est substātia/ su-
mendū est/ hō/ ⁊ ad ꝯcludendū/ hō est aial/ sumendū est/ risibi-
Tertia. le. ¶ Tertia. Ad ꝯcludendū vlem negatiuā in cellarent aut
in cesare sumēdū est mediū qḋ sit extraneū ad p̄dicatū, ⁊ ꝯñs
ad subiectū, vt pz per/ Dafenes/ Ut ad ꝯcludendū / nullus
Quarta. hō est lapis/ sumēdū est/ aial/ aut/ risibile. ¶ Quarta. Si aūt
debeat ꝯcludi in camestres, aut indirecte in cellantes. mediū
debet esse extrāneū ad subiectū, ⁊ ꝯñs ad predicatū, qḋ sigr.
Hebare. Ut ad concludendū eandē sumatur pro medio/ in-
Quinta. sensibile. ¶ Quinta. Ad concludendū particularem negati-
uā in tertia figura, aut indirecte in prima, sumēdū est mediū
qḋ sit añs ad subiectū, ⁊ extraneū ad predicatū, vt patet per
Sedaco. Ut ad cōcludendū/ aial nō est lapis/ sumat pro me-
Sexta. dio/ hō. ¶ Sexta. Ad inferendū particularē affirmatiuā indi-
recte vt in baraliptō/ ⁊ dabitis/ sumendū est mediū qḋ sit añs
ad subiectū, ⁊ ꝯñs ad p̄dicatū, vt significat per/ Sedali. Ut
ad ꝯcludendū/ aliqua substātia est hō/ sumendū est/ aial/ ⁊ ad
ꝯcludendū/ aliqs hō est risibilis/ sumendū est/ rōnale. ¶ Nec
sunt alie cōbinationes vtiles p̄ter has sex, nā maxime si da-
retur medium, ꝯñs ad vtrūq3 extremum, vt sigr. Febas/ vel
qñ esset extraneū ad vtrūq3, vt sigr. Hedas/ vel qñ esset extra-
neū ad subiectū ⁊ añs ad predicatū, vt sigr/ Hecas. Sed ta-
les dispositiones sunt inutiles, ⁊ ꝓpterea nō addit eis tertia
syllaba, ad denotandū ꝙ nullā ꝯclusionē inferant, nā cū sup-
ponatur tales cōbinationes debere fieri in ꝓpōnibus veris
⁊ directis, prima insinuat mediū affirmari de vtraq3 extremi-
tate, ac proinde esse p̄dicatū in duab⁹ affirmatiuis in scḋa fi-
gura, quare si essent de modo loquēdi ꝯsueto, in neutra distri-
bueret. Et scḋa insinuat vtrāq3 p̄missam esse negatiuā. Sed
tertia insinuat maiorē extremitatē affirmari de medio, ⁊ me-
diū negari de minori, aut minorē de medio, qḋ nō pōt fieri ni-
si in p̄ma figura, aut in tertia, quarū modi ꝯcludētes directe,
minori existēti negatiua (vt visum est) sunt inutiles. ¶ At cū
ois cōbinatio premissarū inferēs vlem, inferat subinde et ei⁹
subalternā particularē, nō addit noua regula pro cōcluden-
dis ꝓpōnibus in darij qz sumēdū est mediū s̄m dispositionē/
fecana, nec pro ferio, nec pro festino, qz sumendū est s̄m dispo-
sitionē/ dafenes, nec pro baroco, qz sumendū est s̄m dispōnem
hebare. ¶ Hinc pz q̄ genera ꝓpōnū dicunt plurib⁹ modis
syllogizabiles, nam inter oēs particularis negatiua est maxi-
me syllogizabilis, qz syllogizat in trib⁹ modis p̄me figure, in
duob⁹ secunde, ⁊ in trib⁹ tertie, deinde particularis affirma-
tiua q̄ syllogizat in trib⁹ p̄me ⁊ in trib⁹ tertie, deinde vlis ne-
gatiua q̄ syllogizat in duob⁹ prime et in duob⁹ secūde, ac tā-
dē vlis affirmatiua est solūmodo syllogizabilis in p̄mo p̄me.

¶ Lectio secunda.

1. No. Rursus notandū pro declaratione
huius textus ꝙ Aristo. post principia boni syllogismi
statim circa initiū primi prioꝝ docet manifestare cōbinatio-
nem quāpiā premissarū esse inutilē per hec p̄ncipia que sunt
dare t'os in quib⁹ omni, ⁊ t'os in quibus nulli. ¶ Uñ dare
t'os in quib⁹ omni in aliquo syllogismo (accipit hic syllogis-
mus pro p̄missis tm̄) est dare tres t'os in q̄b⁹ ꝓpō vlis affir-
matiua ex extremitatibus cōposita stet in veritate cū tali syl-
logismo ex eisdē tribus t'is cōposito. Et dare t'os in quibus
nulli est dare tres t'os in quib⁹ propō vlis negatiua ex extre-
mitatibus cōposita stet in veritate cū tali syllogismo ex eisdē
tribus t'is cōposito. Ut dare t'os in quib⁹ omni in hoc syllo-
gismo/ omne aial est substātia, ⁊ ois hō est aial (que est inuti-
lis cōbinatio, medio distributo in maiori pro generibus sin-
guloꝝ) est dare dictos tres t'os in quibus hec vlis/ ois homo
est substātia/ stat in veritate cū dictis premissis, sed dare t'os
in quibus nulli est dare hos tres/ albū/ aial/ sanū/ in quibus
hec vlis/ nullū album est sanū/ stat in veritate cū his premis-
sis/ omne aial est sanū, ⁊ omne albū est aial/ dispositio in simi-
li forma, casu quo oēs hoies albi sint egri, ⁊ oēs nigri sani, ⁊
non sint alia alba nec aialia. Pariter dare t'os in quibus
nulli in hoc syllogismo/ omne aial non est lapis, ⁊ ois hō est
aial (medio eodē modo distributo) est dare dictos tres t'os in
quibus hec vlis/ nullus hō est lapis/ stat in veritate cū dictis
premissis, sed dare t'os in quibus omni est dare hos tres/ al-
bum/ aial/ sanū/ in quibus hec vlis/ omne albū est sanū/ stat
in veritate cū his premissis/ omne aial nō est sanū, ⁊ omne al-
bum est aial/ dispositis in simili forma, casu quo hoies sani
sint albi, ⁊ nigri, egri. ¶ Quo fit vt si in aliqua cōbinatione
premissarū dentur t'i in quibus omni, tales premisse non pñt
inferre aliquā negatiuā, nā si inferrent vlem, tunc daret in
aliqua bona ꝯña oppositū contrariū ꝯñtis stare cū añti, ⁊ si
particularē, staret oppositū contradictoriū cum añti. Eqa
rōne si in aliqua cōbinatione dent t'i in quib⁹ nulli, talis cō-
binatio non potest inferre aliquam affirmatiuā, qz si inferret
vlem, tunc in aliqua bona ꝯña oppositū contrariū ꝯñtis sta-
ret cū añti, ⁊ si particularē, tunc oppositū ꝯtradictoriū ꝯñtis
staret cū añti. Quare ad probandā talē inhabilitatē p̄missa-
rum nō sufficit dare t'os (vt sic dicā) in quibus alicui. i. dare
particularē q̄ staret in veritate cū premissis, qz illo nō obstā-
te possent tales premisse inferre particularē subcōtrariā, cū
non repugnet in bona ꝯña oppositū subcontrariū ꝯñtis stare
cū añte. ¶ Igit cū alique due premisse nō possint ex duabus
extremitatibus nisi vnā quattuor ꝓpōnum inferre. s. vlem ne-
gatiuā, particularē negatiuā, vlem affirmatiuā, aut particu-
larē affirmatiuā, si dētur in illis t'i in quib⁹ omni ⁊ in quib⁹
nulli, nullā pñt inferre. Aristoteles ergo nō vsus est his prin-
cipijs ad probandā maliciā alicuius ꝯñe, sed ad probādum
syllogismū. i. cōiugationē premissarū simplr esse inhabilē ad
inferendā aliquā cōclusionē, quales sunt ille quinq3 in p̄ma
figura, ⁊ duodecim in scḋa, ⁊ decem in tertia. Obidq3 nō assu-
mebat hoc aut illud membrū seorsum, sed vtrūq3 simul, siue
syllogismus esset affirmatiuus, siue negatiuus.

¶ At vero accipiētes hic syllogismum 2. No.
pro tota ꝯña, existimātesq3 subinde hec esse principia ad pro-
bandū maliciā ꝯñe, dicunt ꝙ respectu syllogismi affirmatiui
dare t'os in quib⁹ omni est dare vlem affirmatiuā ex extremi-
tatibus cōpositā, q̄ stet in veritate cū premissis, sed dare t'os
in quib⁹ nulli, est dare vlem negatiuā contrariā cōclusionis
(si cōclusio sit vlis) aut contradictoriā (si sit particularis) que
stet in veritate cū premissis. Et respectu syllogismi negatiui
dare t'os in quibus nulli est dare vlem negatiuā ex extremi-
tatibus cōpositā, q̄ stet in veritate cū premissis, sed dare t'os
in quibus omni est dare vlem affirmatiuā contrariā aut con-
tradictoriā cōclusionis q̄ stet in veritate cū p̄missis. ¶ Sed
isti adhuc nō cōstituūt principiū sufficiēs ꝓ omni mala ꝯña.
Sunt eñ he ꝯñe/ omne aial est substātia, ois homo est aial,
ergo ois homo ois substantia est/ ois homo pōt ridere, omne
aial est hō, ergo omne aial potest ridere/ ⁊ multe alie q̄ nihil
valent, in quibus tñ non pōt dari vlis negatiua opposita cō-
clusionis q̄ stet in veritate cū premissis, sed solū dat particu-
laris. ¶ Uñ dicendū esset ꝙ respectu syllogismi affirmatiui
dare t'os in quibus nulli est dare vlem aut particularē con-
trariā vel cōtradictoriā cōclusionis stantē in veritate cū pre-
missis, ⁊ respectu syllogismi affirmatiui dare t'os in quibus
nulli est dare vlem vel particularē negatiuā cōtrariā vel con-
tradictoriā cōclusionis stantē in veritate cū premissis, ⁊ tunc
ad probandā maliciam syllogismi affirmatiui sufficeret dare
t'os in quibus nulli, ⁊ ad probandū maliciā negatiui dare
t'os in quibus omni. Nō perinde esset ac si diceres ad mani-
festandā aliquā ꝯñam malā sufficit dare casum in quo oppo-
sitū contrariū aut contradictoriū ꝯñtis stet cū añti. Sed cer-
te hoc esset preter intentionem Aristotelis qui nūq̄ distinxit
dare terminos in quibus omni aut in quibus nulli respectu syl-
logismi affirmatiui aut negatiui, nec vsus est his principijs
ad probandū maliciā ꝯñe, sed ad ostendendā absolute inha-
bilitatē premissarū. Item dicere ꝙ dare propōnem particu-
larem est dare terminos in quibus omni, esset cōtraire nomi-
nū significātijs, cū ly omni significet propōnem vlem. ¶ Igit

dare terminos in quibus omni aut in quib⁹ nulli est illud qđ primo dictum est, sed hoc vltimū dicendū est dare oppositum consequentis cum antecedenti.

3. No. A ¶ Sed quia aristoteles ꝛc̃. Que cū vera sint dubiū mihi facit an textus hic sit. P.h, quē quidem non oēs eius glosatores huic tractatui (nec sine causa) adyciunt. Nā licet prima pars vsqȝ ad illū locū. ¶ Et nota ꝙ inuenire terminos in quibus nō ꝛc̃. verū cōtineat, vtile eñ est (vt ibi asseritur) ad dandū t̄os in quibus omni aut in quibus nulli sumere duas species disparatas sub vno genere, aut duos terminos cōuertibiles sub eodē, vt ptȝ in coniugatione vbi mediū non distribuit, dabūtur eñ termini in quibus nulli in primis tribus. s. aial est equus, ꝛ ois homo est aial, et nullus hō est equus / ꝛ termini in quibus omni in secūdis. s. aial est risibile, ꝛ ois homo est aial, ꝛ oīs hō est risibilis. Itē vtile est sumere pro extremitatib⁹ duos t̄os cōuertibiles disparatos ad mediū, vt patet ad dandū t̄os in quib⁹ omni in premissis negatiuis, vt / nullus lapis est risibilis, ꝛ nullus hō est lapis, et omnis hō est risibilis, ꝛ ita in ceteris. At vero cum subiūgitur in scđa parte ꝙ dare terminos in quib⁹ nō sit acceptis tribus terminis facere cōiugationē in qua premisse sint vere et cōclusio falsa, vt hic / nullus hō est equus, nullus lapis est homo, ergo nullus lapis est equus / dant̄ termini in quibus sic, ꝛ hic / nullus equus est risibilis, nullus hō est equus, ergo nullus hō est risibilis / dantur t̄ri in quibus non, certe non debuisset ad hoc citari Aristo. nec. P.h. ipsum citasset, nā (vt dictum est) Aristoteles per hoc qđ est dare terminos in quib⁹ omni, aut in quibus nulli, nō intendit manifestare maliciam ꝯñe, sed absolute inutilitatē premissarū. Nec dicit Arist. dare t̄os in quibus sic aut in quibus nō, sed in quib⁹ omni aut in quibus nulli, quare primū fit per vl̄em affirmatiuā, ꝛ secūdum per vl̄em negatiuā, ꝛ ideo in illo primo syllogismo concludente vl̄em negatiuā non dant̄ termini in quibus omni. ¶ Igitur vel hic textus nō est. P.h. vel non intēdit hic tradere illud principiū qđ Aristo. sed aliud pro summulistis facilius. s. dare terminos in quib⁹ nō. i. proposita quacūqȝ mala ꝯña inuenire t̄os ad dandū añs verū ꝛ ꝯñs falsum, quod supra appellauimus instare ꝯñe. Et sic restat totus textus. P.h. vtcūqȝ expositus, vbi totum syllogismoꝝ negotiū breui compendio conclusum est.

¶ Sequitur secūda pars cōmentarioꝝ fratris dominici Soto in quartum tractatum summularum.

¶ Capitis primi. Lectio prima.

Restat in hac secunda parte has singulas cōdiciones et defectus argumentis nōnullis examinare. In qua disputatione si ordinem figurarum ac modorum obseruaremus, contingeret, ꝛ eundem sepe defectum in pluribus figuris ac modis repeti, et contra, defectus qui cum sint simul connexi, simul deberent conferri, seorsum in diuersis modis tractari. Qui quidē modus agēdi, ꝛ longior proinde, ꝛ minus vtilis esset. Prestat igit̄ cōdiciones ac defectus suo ordine pri⁹ exponere, ac deinde, exēpli grā, ad singulos modos disputationē applicare. Eo eñ omnes modos simul proposuimus, vt nihil referat a quocūqȝ exordiamur.

Darapti. ¶ Igitur contra primā quattuor essentialium cōdicionū arguit̄. He premisse / cuiuslibet hoīs quilibet equus currit, ꝛ cuiuslibet hoīs canis quiescit / (solo genitiuo / hoīs / accepto pro medio) sunt disposite in darapti, et tñ mediū in neutra est totale extremū, ergo dicta cōdicio nō est in vniuersuȝ necessaria. Maior ꝓbatur dupl'r. Primo, qꝛ inferūt formal'r hanc / cui⁹ canis currit equ⁹ quiescit. Secūdo. Dicte premisse inferūt has / cuiuslȝ hoīs equ⁹ currit, ꝛ aliqͣs hō est hō / q̄ sunt disposite in darij, ḡ ipse sunt disposite. Ptȝ ꝯña, qꝛ p hoc mediū ꝓbat̄ p̄missas de darapti eē dispositas.

1. No. ¶ Ad argumentū negatur maior. s. dictas premissas esse dispositas in darapti. Et ad primā rationem in oppositū negatur illā ꝯñam esse formalem, cui preter primā, deficit adhuc tertia cōdicio, qꝛ aliquid cōcluditur cū extremitatibus in cōclusione, ipsis nō existētibus in eodē casu in quo situat̄ mediū. Igit̄, cum transcendens inclusum in ly cuius non habeat synonimitatē cū aliquo t̄o premissarū, instabis in simili forma si ex eisdē premissis inferas / ergo cuius angeli canis quiescit, equus currit. Nec sequeret̄ formaliter si inferres / cuius hoīs canis quiescit, equus currit, qꝛ cū mediū non debet intrare cōclusionē, ly hoīs nō habet synonimitatē intrinsecā in añti ꝛ ꝯñti, instaturqȝ proinde eodē modo. ¶ Ad secundā rationē, est qui negat primas premissas inferre secūdas formal'r, nā si in secūdis (inquit) considerer̄ subiectū minoris intrinsece synonimū cū ly hoīs in maiori tanqȝ illud sit mediū in datisi, tunc instabit̄ si ex eisdē primis inferas / cuiuslȝ hoīs equus currit, ꝛ aliquis hō est leo / sed si cōsideretur predicatū dicte minoris intrinsece synonimū cum ly hoīs tanqȝ mediū in darij, tunc instabit̄ si ex eisdem inferas / cuiuslibet hoīs equus currit, ꝛ leo est hō / nā synonimitas inter mediū ꝛ minorē extremitatē nō est intrinseca. Sed posset huic dici ꝙ dicta ꝯña cōsideratur tanqȝ si prima pars ꝯñtis inferat̄ ex prima añtis, ꝛ scđa, ex scđa, considerata synonimitate intrinseca inter ly hoīs in scđa parte añtis et vtrūqȝ extremū secūde partis ꝯñtis, ꝛ tunc certe sequūtur premisse disposite in datisi ꝛ in darij, nā extrema secunde partis ꝯñtis sunt tunc intrinsece synonima. Et ꝓpterea dicūt alij ꝙ q̄uis p̄me premisse inferāt secūdas dispositas in darij, nō tñ sunt ipse disposite in darapti. ¶ Nō est verūtñ hoc ita ieiune cōcedendū, ne videat̄ perire modus probādi dispōnem p̄missarū modoꝝ imperfectoꝝ. Sed est distinguendū ꝙ q̄uis dicte premisse inferāt premissas dispositas in darij sm̄ cōsiderationem modo dictā, non tñ inferūt illā per locū dialecticū. s. per ꝯuersionē, vel a synonimo ad synonimū. i. cōsideratis solis synonimitatibus hoꝝ locoꝝ inter añs ꝛ ꝯñs, qđ requirit̄ ad hoc qđ eēnt disposite in darapti vt ex dictis in modo reducēdi ptȝ. ¶ Secūda cōdicio. s. ꝙ mediū sub rōne medij nō habet intrare cōclusionē, indubitanter est vera. Sed solū habet difficultatem in adducēdis casibus quibus, nō sub rōne medij, sed ad seruandam aliquā proprietatē logicalē, intrat ꝯclusionē, qui tamē inter examinandū tertiā condicionē plurimi patebunt.

¶ Cōtra tertiā condicionē quo ad eius priorē partē arguitur. Darij. Si illa cōdicio esset in vniuersum necessaria, sequeret̄ has premissas / cuiuslȝ hoīs quilȝ equ⁹ est aial, ꝛ hinnibile quilȝ equus est / esse inhabiles, qđ tñ est falsum, cū nullus eis intrinsecus defectus cōtingat, quominus recte sint disposite in darij. Et ꝙ sequat̄ ptȝ, qꝛ maxime inferrent / hoīs inhibile est aial / que tñ ꝯña non valet, cū in simili forma si loco de ly inhibile ponas ly. a. qđ valeat tm̄ sicut possessum in. a. loco / in quo brunellus nō possideat̄ ab hoīe, sed possideat̄ in alio, ꝛ oēs hoīes possideāt equos, añs sit verū ꝛ ꝯñs falsum. ¶ Et cōfirmat̄ contra secūdā partē. Darij. Si illud eēt requisitū sequeret̄ has premissas / ois homo erit albus, brunellus erit hoīs equ⁹ / esse inhabiles (cū tñ sint debite disposite in darij) qꝛ si aliquam conclusionē possent inferre, maxime hāc / brunellus erit albi equ⁹ / que tñ est falsa premissis existētib⁹ veris casu quo oēs hoīes post hac erūt q̄nqȝ nigri ꝛ tunc possidebūt brunellū, ꝛ q̄nqȝ albi, ꝛ tūc nullū equū possidebūt

2. No. ¶ Pro examine dicte cõdicionis ꝛ argumenti solutione consideranda est antiquoꝝ regula .s. Nõ debet plus predicari in minori ꝙ̃ fuerit subiectum distributum in maiori. Ubi notandum ꝙ per subiectum maioris et predicatum minoris intelligunt vniuersaliter medium. Constituunt enim regulas vniuersales syllogismorum sub forma quattuor modoꝝ perfectoꝝ per quos alij regulantur. ¶ Igitur sensus est. Medium debet esse totale extremum in vtraqꝫ premissarũ. Non tñ volunt sentire nũꝙ̃ oppositum licere, sed ꝙ non sit tutum cũ aliquando lateat fallacia. Unde sic regulam restringito. In syllogismo negatiuo cuiuscunqꝫ figure, aut cuius altera premissa includit negationem, non licet aliquid se tenere cum medio in premissa affirmatiua virtute cuius totũ complexum de aliquo verificetur de quo nõ verificatur mediũ, vt he/premisse/nullum album est nigrũ, ꝛ brunellus est albi equus/inhabiles vtiqꝫ sunt, ac si cõmitteret sextus defectus intrinsecus .s. ꝙ mediũ in premissa affirmatiua pro pluribus acciperetur ꝙ̃ in negatiua, nam maxime inferrent/brunellus, nigri equus non est/que tñ conclusio est falsa premissis existentibus veris si brunellus qui sit solus ex equis ab omnibus hominibus tam albis ꝙ̃ nigris possideat. He vero/nullũ album est nigrum, ꝛ brunellus est hois albũ/ habiles vtiqꝫ sunt, ꝛ inferunt/ergo brunellus, hois nullum nigrum est (vt ly hois concludatur a parte maioris extremitatis) immo sequeret sine restrictione/brunellus non est niger/ q: non stat complexũ ex medio ꝛ eo qđ ei additur in affirmatiua verificari de aliquo de quo non verificetur mediũ in negatiua. Pari ratione sunt habiles he/nullũ aial est lapis, omnis homo est aial ꝛ substantia (ly et diuisiue tento) q: de nullo verificatur complexũ cum ly ꝛ diuisiue, de quo nõ verificetur medium (debet nãqꝫ regula intelligi .i. ꝙ non verificetur ꝑm talem acceptionẽ ꝛc̃.) non tñ essent habiles si ly et acciperetur cõplexiue, aut si diceres in minori/ omnis homo est animal vel substantia. ¶ Dixerim/aut cuius altera premissa includit negationem. Nam ꝙ̃ꝙ̃ vtraqꝫ harũ/omnis homo est et nõ fuit albus, brunellus est vel fuit hois equus/ sit equiualenter affirmatiua, q: tñ prima includit negationẽ, non sunt habiles, maxime cũ inferrent/brunellus, albi equus est ꝛ nõ fuit/que tamen consequẽtia nõ valet, vt facile potes experiri ¶ Eodẽ modo patet has premissas/cuiuslibet albi quilibet equus est hinnibilis, nullũ nigrum est albũ/non esse dispositas in fapesmo, q: maxime inferrẽt/ aliquod hinnibile, nigri equus non est/que tamen conclusio est falsa premissis existentibus veris, si solus sit vnus equus qui diuisiue possideatur ab omnibus hominibus tam albis ꝙ̃ nigris, nec sint alia alba. ¶ In syllogismis autem pure affirmatiuis vniuersaliter licet medium in altera premissa non esse totale extremũ, sicut in negatiuis licet non esse totale extremũ in negatiua, aut in affirmatiua cũ restrictionibus supra positis. Et ideo non cõstituimus primã quattuor condicionũ essentialium iuxta tenorem antiquũ .s. mediũ in vtraqꝫ premissarũ sit totale extremũ, sed ꝙ sit adminus in altera.

1. No. notandum primo, q aliquem terminũ verificari de aliquo accipitur dupliciter. Vno modo absolute pro hoc qđ est vere affirmari de aliquo seruata ampliatione seu restrictione in ordine ad quã tenetur (vt accepimus in diffinitiõe suppositionis). Alio modo pro hoc qđ est vere predicari seruata omni acceptione. s. ampliatione appellatione et alia quauis habitudine sue propõnis. Primo modo predicatũ huius/omnis hõ necessario est ens/supponit pro omni ente possibili, sed scdo modo non nisi pro ente necessario. Item subiectũ huius/hõ et omnis hõ est aial/supponit diuisiue pro pluribus simul et semel, sed cũ illa habitudine illius signi non potest in ordine ad eandem copulam habere nisi vnicũ suppositũ. Iam quintus defectus intelligendus est in hoc sensu/nõ licet medium vbi non distribuitur posse verificari de aliquo scdo modo de quo nõ verificet vbi distribuitur. ¶ Et per hoc ad argumentum concessa maiori negat minor ad sensum defectus, q: nõ stat mediũ in minori verificari de aliquo seruata eadẽ appellatione de quo nõ verificetur in maiori. Eadẽ ratione he premisse/omne aial est substantia, ois homo qui est hõ, est et fuit aial (et q̃q̃ subsumas est ⁊ nõ fuit aial) sunt habiles ad inferendũ hanc/ois homo est substantia/additur minori extremitati in minori restrictio illa, ne arguatur ex parte illius ab amplo ad non amplũ. Si autẽ illud precederet copulam, dicte premisse essent inhabiles ob dictum quintum defectum intrinsecũ. Hec eñ/omne albũ est equus, omnis hõ album est et fuit/nullam cõclusionem inferunt, q: quecũq; esset impossibilis, cum tamẽ premisse sint vere, si nunc soli equi sint albi ⁊ omes homines qui fuerint, fuerint albi, ⁊ modo sint nigri, nec sint alij homines. — Ad argu. princi.

¶ Hinc fit q vniuersaliter qñ medium

2. No. est aliquod complexũ acceptũ pluribus acceptionibus cuius vna sola pars distribuit in altera premissa et alia in altera, respiciendũ est ad singulas partes, ne vcz aliqua, vbi non distribuit pro pluribus accipiatur. Quare recte respõsum est ad cõfirmationẽ. ¶ Sed pro solutione replice notandũ q qñ tale complexũ constat ex determinatione ⁊ determinabili diuersorũ casuũ, non sufficit qđ dictũ est, sed obstat totum complexum pro pluribus accipi in aliqua premissarũ (quecũq; sit illa) q̃ in altera. Et per hoc soluit replica, nam totũ complexum in maiori verificatur de aliquo de quo non verificatur in minori. ¶ Idem cõmittitur defectus in hac cõiugatione/cuiuslibet hominis quilibet equus incipit esse, brunellus est vel immediate post hoc erit hominis equus/potest eñ totum cõplexum supponere pro brunello in minori pro quo non supponat in maiori. Quare si nunc solus fauellus incipiat esse qui nunc solus possideatur ab omnibus hominibus, brunellus autem qui modo a nullo homine possidetur, nec incipit esse, hora futura diuisa per partes proportionales minoribus terminatis versus hoc instans, in alia ⁊ alia ab alio et alio hoie possideatur, ipse sunt vere, ⁊ conclusio. s. brunellus incipit esse/est falsa. ¶ Et hoc idem est obseruãdũ qñ mediũ est equiualẽter complexũ ex determinatione ⁊ determinabili diuersorũ casuum, vt qñ in altera premissarũ distribuitur incõplete, ⁊ in altera particularizatur opposito modo. Quare he premisse/omẽ aial fuit in archa noe, petrus aliquod animal est (medio in maiori incomplete distributo ⁊ in minori opposito modo particularizato) nõ sunt habiles, q: maxime inferrent/petrus fuit in archa noe/que tñ conclusio est falsa premissis existẽtibus veris, si de qualibet specie aialis aliquod fuisset in archa ⁊ nunc sit solus petrus ⁊ idẽ non fuerit in archa. Nec he/vterq; homo fuit albus, petrus alter hõ est/sunt habiles, nam si ante hac multi hoies fuissent albi, ⁊ nũc sint soli petrus et paulus, quorũ petrus nec sit nec fuerit albus, ipse sunt vere, ⁊ hec falsa/petrus fuit albus. Et ita de ly qualis ⁊ ceteris. ¶ At qñ mediũ est copulatũ cuius vna pars distribuit in altera premissarũ ⁊ alia in altera, sufficit q ex parte partiũ seruetur ne cõmittatur talis defectus intrinsecus. He eñ/omnis hõ ⁊ equus qui est equus, erunt aialia, petrus et brunellus, homo ⁊ quilibet homo est/habiles quidẽ sunt. ¶ Sed rogas quare qñ medium est complexum ex obliquo ⁊ recto, preter considerationẽ partiũ habenda est quoq; cõsideratio totius (vt dictum est in replica cõfirmationis) ⁊ non qñ est copulatum. Quia certe dictum complexũ preter significationes partiũ ratione cõnexionis earũ significat aliquã habitudinem. s. possessionẽ aut aliquam aliã, virtute cuius potest verificari vbi magis ampliatur de quo non verificet vbi minus, vt pz in dicta replica, quod copulato nõ contingit.

Ad cõfir.

Darij.

¶ Sed adhuc cōtra superiorē solutio-

nem arguit. Ad minus sequeret hanc ɔñam/omne aīal fuit
in archa noe, adam est vel fuit aliquod aīal (medio opposi-
to modo particularizato in minori q̄ distribuit in maiori) er-
go adam fuit in archa noe/esse bonam/ postq̄ cauet a dicto
defectu, et tñ rebus vt nunc conclusio est falsa et maior vera,
itidē et minor, cum eius sensus sit/petrus in aliquo instāti de
aliqua specie quodlibet aīal est vel fuit/que est vera, vt supra
diximus cōcedentes hanc/adā fuit omnis hō. ¶ Secūdo per
oppositū arguitur, hec ɔña/vterq̄ homo disputat, petrus, al
ter hō est vel erit, ergo petrus est vel erit disputans/est bona
et tñ medium qḋ in neutra cōplete distribuitur, in minori ma
gis ampliatur, ergo ille non est vlr defectus. ¶ Ad primū ne
gat maior, immo non cauet a dicto defectu. Non qḋ medium
in minori magis amplietur (vt quidā dicit) eo qḋ cum illo signo
vlī stat supponere in minori ꝓ illo ꝓ quo nō supponit in ma
iori, nā postq̄ ly aliqḋ nec est pars predicati nec appellatiuū
non debemus respicere nisi ad acceptionē solius termini ani
mal, sed defectus est, q: in minori magis restringitur ly aīal
a determinatione copule respectu cuius est determinabile ac
ceptum pluribus, q̄ in maiori vbi est determinabile acceptū
vnica, et ideo non sufficienter distribuit in minori velut si di-
ceres/equus est in archa noe, et brunellus, hoīs quilꝫ equus
est/que nec sunt habiles ob eundem defectū. Quare subsu-
medum est in minori/adam aliquod aīal est vel fuit. ¶ Ad se
cundū distinguit maior. Si ly vterq̄ accipiat in illo sensu/
aliquoꝝ duoꝝ quilibet/et ly alter opposito modo, negatur, im
mo si nunc ioānes et thomas disputent qui sint omnes hoīes
ex quoꝝ materia vnius et forma alterius fiat post hac petrus
qui nūq̄ disputabit, añs est verum et ɔñs falsum. Si autē ly
vterq̄ faciat hunc sensum/aliquoꝝ duoꝝ vnus et alius/ et ly
alter, oppositum, vt sub primo sufficiant due singulares vere
et sub secundo requirātur omnes dempta vna, tunc concedit
esse bonam ɔñam, nec cōmittitur defectus. Est eñ intelligen
dus quintus defectus, q̄ quando mediū in vtraq̄ premissaꝝ
includit vniuersalitatē et particularitatē categorematicas,
nō licet ipsum in aliqua magis ampliari, sed qñ in aliqua tā
tūmodo includit vniuersalitatē syncategorematicam. s. et/di
uisiue tentū, quam solā includit ly vterq̄ in secūdo sensu, cen
sendū est de medio in tali p̄missa quo ad hoc ac de pura par-
ticularitate. Quare nō stat pro pluribus vbi non distribuit
q̄ vbi distribuatur. Eadem rōne he premisse/ hō et equus dis
putat (diuisiue) petrus, oīs hō vel oīs equus est vel erit/habi
les quidē sunt ad inferendū/petrus est vel erit disputans.

3. No. ## ¶ Contra hec autem omnia arguitur

Sequeretur ad minus has premissas / omne albū est lapis,
animal possibilr est album qḋ est/esse habiles, cum caueatur
ab ipso errore et nullus alius cōmittatur, et tñ si tñ lapis esset
albꝰ ceteris rebꝰ vt nunc se habētibus, premisse essent vere et
quecūq̄ cōclusio impossibilis. ¶ Ad hoc negatur sequela, im-
mo cum relatiuū substātie referens terminū cōnotatiuum (vt
vltimo. c. intro. adnotauimus) nō referat ipsum nisi pro mate
riali, fit, vt medium in dicta minori non restringat nisi pro al
bo qḋ est ens. Quare dicendū esset/aīal possibilr est albū qḋ
est albū/ vt pariter formale nō stet pro pluribus q̄ in maiori.
¶ Sed contra, adhuc dicta minor est vera, q: adhuc dictum
est ibi totū illud simul complexū ampliari a ly possibilr, neq̄
tantūdem est equiualenter ac si diceretur/aīal possibiliter est
albū existens album. Reuera fateor dictam restrictionē in ri-
gore dialectico non esse sufficientem, vt ibidē mihi admonus
persuasi. At in arte syllogistica accipienda est talis copula
implicationis pure restrictiue ac si tota non ampliaret, ita vt
faciat sensuꝫ copulatiuū. s. aīal possibilr est albū et illud albū
nūc est albū. Et ita in ceteris vbi ponit restrictio ad obuian
dū hmōi defectibꝰ ampliationū tā intrinsecis q̄ extrinsecis.

4. No. ## ¶ Sed arguit adhuc contra expositio

nem huius defectus. Sequeretur has premissas/album est et
fuit equus, adā est et fuit omne album (signo non existēte par
te predicati) esse inhabiles ob quintū defectum, q: nā medium
pro pluribus supponit vbi nō distribuitur q̄ vbi distribuit.
¶ Qui fingunt copulā includentē vlitatem restringere ter-
minū sequētē quo ad suppositionē, dicerent dictas premissas
dicto defectu peccare. Quare si equi sint nunc albi et nō fuis
sent albi, adā vero sit et fuerit albus, et nullum aliud ens sic
se habeat, ambe sunt vere, q: predicatū secunde pro solo adā
distribuitur. Et ob eundē defectum dicerent has/ens possi-
biliter est creatura, deus necessario est omne ens/esse inhabi
les et ambas veras, q: predicatū secūde nō distribuit nisi pro
solo deo. At vero copulas hmōi vlēs (vt secūda parte intro. et
in modalibus visum est) q̄q̄ appellēt supra terminos sequē
tes, non tñ eos quo ad suppositionē restringunt. Et ideo ca-
su posito hec/adam est et fuit omne albū/est falsa rōne prime
partis copulatiue ad quā reducit immediate. s. adā est omne
albū/et illa de necessario est impossibilis. Cōmittit tñ in pri
mis dictus defectꝰ, q: magis restringit mediū vbi distribuit
q̄ vbi nō distribuitur. Est eñ in minori tanq̄ determinabi-
le acceptum nō vnica restrictū a determinatione verbi. Pro
portionabilr sicut in his/equus currit, et brunellus, hoīs qui
libet equus est. Quare si qñ adam fuit solus, fuisset omne al
bum et nunc quoq̄ esset omne albū, equi tñ fuissent alio tem
pore albi, dicte premisse essent vere et quecūq̄ cōclusio falsa.
Idē defectus est in his/noe fuit homo, et adam fuit oīs hō/
aīal possibilr est equus, omnis homo possibilr est omne aīal.
Quare ad recte subsumendū in his omnibus, opus est pre-
dicatum anteponi copule in minori. s. adā omne album fuit/
omnis hō omne albū possibilr est etc. Nisi sit vt qñ tale pre-
dicatū non depēdet a determinatione que est particularitas,
tales premisse sunt habiles, q: tūc medium cōplete ibi distri-
buitur, vt sunt ille/ens possibilr est creatura et deus necessa-
rio est omne ens. Quod si arguas, in hac/adā est et fuit omne
album/distributionē predicati nō dependere ab aliqua parti
cularitate, ac proinde cōplete distribui, negatur añs, immo
dependet a ly instanti incluso in copula secunde partis copu
latiue ad quā reducitur. s. adam fuit omnis homo.

¶ Contra sextū defectū pariter argui-

tur. He premisse/nullum aīal est lapis, omnis hō necessario Cellarent
est aīal/sunt debite disposite in cellarent ad inferendū hanc
conclusionē/nullus homo est lapis/et tñ cōmittitur sextus de
fectus intrinsecus, cum ly aīal in affirmatiua magis amplie
tur q̄ in negatiua. Quod si hoc neges ꝓportionabilr ad ea
que dicta sunt, postq̄ cū tali appellatione equiualenter ma-
gis restringitur, contra. Sequeret eadē ratione has premis Festino.
sas/omne aīal possibilr non est album, homo possibilr est al-
bus/esse debite dispositas in festino, cum tamē si loco mediȷ
dicas/creans/et loco de ly animal/et loco de ly homo / deus/
premisse sunt necessarie et quecūq̄ cōclusio impossibilis.

¶ Sextus defectus vt sit vniuersaliter

infalibilis est intelligēdus in hoc sensu. Mediū in premissa 5. No.
affirmatiua nō debet verificari de aliquo de quo non verifice
tur in contradictoria negatiue, accipiendo verificari secūdo
modo. i. sm acceptionē quā hꝫ in talibꝰ premissis, vt in supe
riori cōdictione expositū est. Et proportionabilr si mediū fue
rit complexū debet intelligi de singulis partibꝰ. ¶ Unde ad Ad argu.
argumentū recte responsum est. Sed ad replicā negatur esse princi.
eandē rationē de dictis premissis, immo stat mediū verifica-
ri de aliquo in premissa affirmatiua de quo non verificet in
cōtradictoria negatiue sm talem acceptionē. Quare he pre
misse/omne aīal necessario nō est album et omnis hō possibilr
est albus/aut si dicas/oīs homo contingēter est albus/habi
les quidē sunt. ¶ Hinc patet has premissas/omne album est
vel fuit aīal, nullus homo in quolibet instanti est vel fuit al-
bus/esse inhabiles ob sextū defectum, q: stat mediū sm acce
ptionē quā habet in affirmatiua verificari de aliquo de quo
nō verificetur sm illam quā habet in cōtradictoria negatiue
¶ Patet secūdo his premissis/nullus hō est lapis, homo est Ferison.

vel fuit aial/ambos hos defectus intrinsecos contingere.s. q medium vbi non distribuitur et in affirmatiua pro pluribus accipitur quam in negatiua, quare vterque est tollendus vt sint disposite in ferison. ¶ Tu ipse per ea que dicta sunt potes adducere exempla qn medium est complexum formale aut virtuale, vt he premisse/cuiuslibet hois quilibet equus qui est equus, non est vel erit aial, cuiuslibet hois qui est homo, quilibet equus
Felapton est vel erit albus/non sunt disposite in felapton propter defectum determinabilis medij, et si transponas qualitates non erunt habiles propter defectum determinationis. Et proportionabiliter in ceteris.

¶ Per ea que dicta sunt clarent quintus ac sextus defectus extrinseci, nec est aliquid modo superaddendum preter hoc vnum contra sextum defectum. Si nullatenus liceret argumentari ab amplo ad non amplum affirmatiue, nec erit subinde licitum (vt ibi illatum est argumentari aliquo modo a non amplo ad amplum negatiue) sed hec consequentia est formalis
Ferio. in ferio/nullum aial erit album, homo est aial, ergo homo non erit albus / tamen arguitur ex parte minoris extremitatis a non amplo ad amplum negatiue, ergo ille non est defectus. Quod si dicas censendum esse hic ac si argueretur affirmatiue, quia non amplum situatur in premissa affirmatiua, contra. Sequeretur contra eundem sextum defectum quod liceret argumentari ab amplo ad non amplum affirmatiue, formaliter enim sequitur/nullum aial est album, omnis homo est vel erit aial, ergo nullus homo est albus/vbi ex parte minoris extremitatis arguitur ab amplo ad non amplum, et per te affirmatiue.

6. No. ¶ Pro solutione huius notato: quintum ac sextum defectum et corollaria inde illata tantummodo constitui de modo arguendi ab amplo ad non amplum seu a non amplo ad amplum sine constantia, nam cum constantia non ampli, vt 4.ca.2.p.intro. dictum est, bene sequitur ab amplo ad non amplum cum distributione affirmatiue, ac subinde per oppositum a non amplo ad amplum sine distributione negatiue. Sequitur namque/ omnis homo erit albus, et homo est, ergo omnis homo qui est erit albus/pariter/homo qui est non erit albus, et homo est, ergo homo non erit albus (reuocato in memoria regulas ampliationum ibi positas). ¶ Igitur qn syllogismus est affirmatiuus, nulla est habenda consideratio, sed iudicandum est vtr ac si arguatur sine constantia. Quare nunquam sequitur ab amplo ad non amplum cum distributione nec sine illa, nec a non amplo ad amplum cum distributione ampli, sequitur tamen sine distributione. Item in syllogismo negatiuo qn committitur defectus inter premissam negatiuam et conclusionem itidem censendum est vtr ac si arguatur sine constantia, ac proinde nullo modo sequitur a non amplo ad amplum nec cum distributione nec sine illa, nec ab amplo ad non amplum sine distributione valet tamen cum distributione. At vero qn est defectus inter premissam affirmatiuam et conclusionem, si defectus sit a non amplo ad amplum, tunc si arguatur cum distributione nihil valet ac si argueretur pure negatiue, sed si arguas sine distributione tenet, ac si argueretur negatiue cum constantia non ampli. ¶ Et per hoc soluitur argumentum. Sequitur
Ad argu. princi. namque/nullum aial erit album et homo est aial, ergo aliquis homo qui est homo, non erit albus, et aliquis homo est (prima enim pars sequitur syllogistice, et secunda formaliter ex minori. Rursus/aliquis homo qui est homo non erit albus, et aliquis homo est, ergo aliquis homo non erit albus/a non amplo ad amplum negatiue cum constantia sine distributione, ergo de primo ad vltimum sequitur hec vltima conclusio ex prioribus premissis. Quando autem inter talem premissam affirmatiuam et conclusionem arguitur ab amplo ad non amplum, perinde est ac si argueretur pure negatiue, non enim valet sine distributione, sed valet cum distributione. Et per hoc soluitur replica.

7. No. ¶ Arguitur autem contra hec. Seque-
Cellarent retur inde has consequentias/nullus homo est et fuit albus, omne risibile est vel fuit homo, ergo nullum risibile est vel fuit album/ois
Ferio. deus possibiliter non creat, deus possibiliter est deus, ergo deus non possibiliter creat/in ferio esse formales syllogismos, cum nullus dictorum defectuum ibi committatur, quarum tamen premisse sunt vere et conclusiones false. Quod si dicas defectum esse octauum extrinsecum videlicet q copula conclusionis non insequitur copulam maioris, contra. Dictus defectus non obstat vtr nisi ratione illius alius extrinsecus committatur (vt infra videbitur). Item ad minus sequeretur has esse formales/ois homo est vel fuit risibilis, ois homo non est et fuit albus, ergo album, risibile non est vel non fuit/aut si dicas/non est et fuit (vel quomodocunque aliter) omne quod est deus possibiliter est deus, omne quod est deus possibiliter non creat, ergo creans deus possibiliter non est (vel quomodocunque aliter negatiue inferas) in quibus cauetur a dicto defectu, quarum tamen premisse sunt vere et conclusiones false, si pro primo sit casus q petrus sit modo albus et ante hac semper niger et nec sint nec fuerint alij homines aut alia alba. ¶ Pro horum solutione notandum, q defectus extrinseci ampliationis debent intelligi in modis negatiuis proportionabiliter ad sextum intrinsecum, quintus videlicet q non stet aliquem terminum in contradictoria conclusionis negatiue supponere ipso non supponente in contradictoria premisse negatiue in qua ponitur. ¶ Igitur in primo paralogismo committitur quintus defectus extrinsecus ex parte maioris extremitatis, nam ly album in contradictoria maioris stat pro illo quod est et fuit album, et in contradictoria conclusionis pro eo quod est vel fuit album, et idem committitur in secundo, quia ly creans in contradictoria maioris stat pro illo quod necessario est creans, et in contradictoria conclusionis pro illo quod possibiliter est creans. Et idem est defectus in tertio et in quarto respectu minoris extremitatis. Unde ex primis premissis inferendum est/nullum risibile est et fuit album/et ex secundis/deus possibiliter non creat. Sed ex tertijs/album quod est et fuit album, risibile non est vel non fuit/sicut ex quartis/creans quod necessario est creans, deus possibiliter non est. Et hoc est accurate notandum, vt videlicet extremitas premisse negatiue restringatur in conclusione secundum acceptionem quam habet in contradictoria talis premisse.

¶ Sed adhuc contra horum defectuum expositionem solet argui. Formaliter sequitur in disamis, album animal fuit, omne album est homo, ergo homo aial non est vel fuit (prima copula negata). Item in cellarent/omnis homo aial est et non fuit, omne album est homo, ergo omne album aial non fuit/ et tamen in primo medium vbi non distribuitur pro pluribus accipitur quam vbi distribuitur, et in secundo arguitur a non amplo ad amplum, ergo dicti defectus non sunt vitia. ¶ Qui non notant duas illas regulas in fine primi tractatus de copula mixta constitutas, coguntur hic dicere defectus illos solum obstare bonitati consequentie quando potest dari antecedens verum et consequens falsum, sed qn non potest dari, non esse defectus, constat tamen hanc solutionem non esse dignam que a dialectico proferatur. ¶ Igitur dicti syllogismi non sunt syllogistici, sed tenent, quia vtrobique conclusio sequitur ex sola maiori, in primo per primam illarum regularum, et in secundo, per secundam. 8. No. Disamis Cellarent

¶ Proportionabiliter vt dictum est circa defectum intrinsecum dicendum et hic, quod videlicet hic syllogismus omne disputans disputabit, vterque homo est disputans, ergo vterque homo disputabit/si ly vterque faciat sensum/aliquorum duorum quilibet/non est bona, quia arguitur a non amplo ad amplum cum distributione, et casu quo petrus et paulus disputent et disputabunt, et quorum materia vnius et forma alterius fiet posthac thomas qui nunquam disputabit nec sint alij disputantes, premisse sunt vere et conclusio falsa. Si vero faciat alium sensum.s. aliquorum duorum vnus et alius, bona quidem est, quia non arguitur cum distributione. ¶ Notandum est hic tandem quod arguere a non amplo ad amplum cum signo collectiuo perinde est ac si argueretur cum distributione. Quare non sequitur/omnes homines erunt rationales, omnia aialia sunt homines, ergo oia aialia erunt rationalia (ly omnes in maiori distributiue et ly omnia in minori et conclusione collectiue tentis) nam casu quo nunc soli essent homines et post hac cum eisdem bruta, premisse essent vere et conclusio falsa. 9. No.

10. No. ¶ Per hec que dicta sunt patent falla tie que sub verbo presentis latitudinē temporis importante, latere possent. Est eñ censendū de illo ac si esset ampliatiuū Quare si vtrūq; verbum harū premissarū / omne albū est homo, et ois equus est albus / vniat pro tota hora, habiles quidem sunt in barbara, si autē alterū illoꝝ pro vna mediate et alterum pro alia, nequaq̄. Itē nec sunt habiles si copula minoris vniat pro tota hora et copula maioris pro prima medietate ob quintū defectū intrinsecū. Quare si in prima medietate soli hoīes sint albi et in secunda sint albi omnes equi, ambe sunt vere, et cōclusio impossibilis. Si autē ecōtrario verbū maioris vniat pro tota et copula minoris pro parte, nullū habent defectum, quoꝯminus recte disponant in barbara.

11. No. ¶ Arguitur tñ contra primū membrū Conclusio affirmatiua ex illis extremitatibus est impossibilis et ipse sunt possibiles, ergo nullā conclusionē possunt inferre. ¶ Negatur hec vltima ꝯña. Sunt eñ inter se incōpossibiles, qꝛ non solū pro eodē instanti non possunt simul esse vere, verū nec in diuersis partibus hore pro qua tota vtrūq; verbum vnit, qꝛ si minor in aliqua parte sit vera, maior in quacunq; erit falsa, cuius subiectum supponeret tunc pro equo. ¶ Contra vltimū membrū arguitur. Si dicte premisse (copula maioris vniente pro tota hora et copula minoris. v.g. pro prima medietate) essent habiles, vel inferrent hanc conclusionem / ois equus est hō / verbo vniēte pro tota hora, vel eandē verbo vniente pro prima medietate, sed in prima ꝯña argueretur a minus ad magis amplū distributū respectu minoris extremitatis et in scda ab amplo ad non amplū sine distributione respectu maioris, ergo nullā possunt inferre. ¶ Ad hoc negatur minor, vez qꝺ aliquā dictarū possunt inferre, immo ob dictos defectus facillime dabūtur in vtraq; ꝯña premisse vere et cōclusio falsa, sed inferunt / omnis equus qui est equ⁹, est homo / copula principali vniente pro tota hora et copula implicationis pro medietate, vbi ab vtroq; defectu cauetur.

12. No. ¶ Post horum defectuū intelligentiā superuacaneū esset combinationes modaliū, seu vnius modalis cū vna deinesse in mediū adducere. Et eñ cum cōbinationes hmōi quas Arist. primo prioꝝ tradit, plures multiplicari possint, q̄ᵐ que valeāt memorie retineri, et de solis propositionibus de modo loquendi cōsueto intelligant, nec in illis vlr, adinuenerūt moderni has regulas ampliationis et restrictionis, quib⁹ vlr certi efficiamur, quisnā syllogismus in modalibus valeat, qui sue deficiat. V.g. prima combinatio Aristotelis est. In prima figura maiori de necessario et minori de inesse sequit conclusio de necessario, sed hec regula nō habet vlr verum. Nam quāuis in darij formaliter sequat / omne animal necessario est substantia, homo est aīal, ergo hō necessario est substātia / et pariter in ferio et in ceteris modis cōcludētib⁹ particulariter, in barbara tñ non sequit / ois de⁹ necessario est substātia diuina, omne ens est deus, ergo omne ens necessario est substantia diuina / essent eñ ante creationē mūdi premisse vere et cōclusio impossibilis, qꝛ arguitur ex parte minoris extremitatis a nō amplo ad amplū distributū. Et eodē defectu nec sequeret in cellarent. ¶ Subiungit q̄ ediuerso maiori deinsse et minori de necessario nō sequitur cōclusio de necessario, cui addunt nōnulli / nec sequi aliquā deinesse. At cū premisse sint habiles, reuera (vt ipso coꝝ syllogismo vtar) formalr sequit / deus est essentia diuina, creans necessario est deus, ꝰ qui possibilr est creās est eēntia diuina (relatiuo referēte mediū vbi nō ampliatur cū quo hꝫ intrinsecā synonimitatē. Quare non licet poni loco illius / chimera / vel aliquem aliū terminū, immo sequeret syllogistice si inferres / deus qui possibilr est creans, est essentia diuina. Licet nāq; non solum relatiuū cōclusionis referre mediū, verū ipsum mediū formaliter intrare conclusionē, vt seruetur eadē ampliatio minoris extremitatis. Quod accurate notato pro euitandis similib⁹ defectibus, non eñ posses concludere / creans qꝺ possibilr est creās, est deus / nā cum primū / creans / teneat in ordine ad copulam principalē, dicta ꝯclusio est falsa deo non creāte et premisse vere. Eadē ratione nō sequit / ois homo est aīal, album fuit hō qui est homo, ergo albū quod fuit album est animal / ois homo est aīal, albū possibilr est hō qui est homo, ergo album qꝺ possibilr est album est aīal / sed ex primis premissis sequitur / qui fuit albus est aīal, et ex secundis / qui possibilr est alb⁹ est aīal, relatiuo referēte mediū vbi nō amplia. ¶ Sūt qui imponant Aristoteli ipsum asserere ex maiori de necessario et minori de contingēti sequi cōclusionē de contingēti, qꝺ est manifeste falsum, vt patet hic / omne creans necessario est deus, de⁹ cōtingenter est creās, ergo deus cōtingēter est de⁹ / qꝺ nō sequit. Sed certe ipse nō docet nisi q̄ sequit vna de cōtingenti capto pro possibili. s. deus possibilr est deus / que quidem sequit ex conclusione immediata dictarū premissarum. ¶ Vides ergo q̄ᵐ inutile esset oēs cōbinationes modaliū hic multiplicare, cum oēs vtiles, eēnt limitāde / dū modo nullus cōmittatur defectus, aut intrinsecus in subsumēdo, aut in inferendo, extrinsecus. Igitur vlr vbi nullus dictoꝝ defectuū cōmittit, est bonus syllogismus, et vbi aliquis, minime. Dū modo bonis etiā annumeres illos in quibus cōclusio sequit mediate syllogistice, vez in quibus, aut conclusio sequitur ex conclusione que immediate infertur ex dictis premissis, aut premisse inferunt premissas inferentes immediate dictā conclusionem. V.g. ex his premissis / omnis homo necessario est aīal, petrus est homo / formalr sequitur vtraq; harū cōclusionū / petrus est aīal / petrus possibilr est aīal, qꝛ vtraq; sequit formalr ex hac / petrus necessario est aīal / que est immediata conclusio dictarū premissarū. Item ex his / ois homo contingenter nō est albus, petrus possibilr est homo / sequit / petrus possibilr nō est albus / et qꝛ maior infert formalr hanc / omnis homo possibilr non est albus / que cum eadē minori infert immediate dictā conclusionē, et qꝛ dicta conclusio infertur ex immediata cōclusione primarū premissarum . s. petrus cōtingēter non est albus. Et hec de modalibus satis.

¶ Circa septimū defectum intrinsecū 13. No.

cui per secundā regulā textualem obuiatur, ac subinde circa septimū extrinsecū quarta regla textuali significatū. s. aliqua premissarū existente negatiua ꝯclusio debet esse negatiua nihil noui considerandū est preter virtuales qualitates propositionū. Sequit nāq; / omne aīal contingēter nō est substātia ois hō cōtingēter nō est aīal, ergo ois hō ꝯtingēter nō est substātia / nā premisse sunt affirmatiue. Itē sequit / omne aīal cōtingenter est substātia, omnis hō possibilr est aīal, ergo omis homo contingēter non est substantia / qꝛ conclusio est affirmatiua sicut et premisse. Item sequit / omnis hō est vel non fuit aīal, petrus est et non fuit hō, ergo petrus est vel nō fuit aīal / qꝛ minor est affirmatiua. Item, nīh hō non est alb⁹, nīh homo non est equus, ergo equus est albus / q̄ᵐq̄ᵐ ambe premisse sint formalr negatiue et conclusio affirmatiua, qꝛ ex secūdis exponentibus premissarū sequitur cōclusio in darapti (vt. 3. parte in de modo syllogizandi in exponibilibus disputabit. Sequitur denīq; qñ syllogizatur sub termino infinitato, vt nullū nō homo est risibile, nullus equus est homo, ergo nullus equus est risibilis / vt infra inter syllogizandū sub terminus infinitatis videbitur. 14 No.

¶ Vltimus tandē defectus extrinsec⁹ super addit a nōnullis, cui per regulā illam antiquoꝝ obuiatur, vez copula ꝯclusionis debet insequi copulam maioris. i. copula ꝯclusionis debet esse synonima copule maioris. ¶ Et intelligunt nōnulli per copulā maioris in syllogismo affirmatiuo copulam premisse in qua mediū complete distributū nō tenetur minus ample q̄ᵐ in alia, et in syllogismo negatiuo, copulam premisse negatiue. Quare (dicunt) non sequit / homo est currens, omnis hō fuit quiescens, ergo quiescēs quod fuit quiescens est currēs / vbi premisse sunt vere et conclusio falsa si oēs hoīes nunc currant et quieuissent, nec sint alia currētia Nec sequeretur q̄ᵐq̄ᵐ mediū distribueret in prima, qꝛ illa nō

reputatur hic maior, sed scḋa vbi medium magis ampliat. Nec sequitur in fapesmo/omnis hō qui est homo, est vel fuit risibilis, nullū currens est homo, ergo risibile non est vel fuit currens/si em̄ oēs hoīes cucurrissent ꝛ nūc quiescāt, p̄missse sunt vere ꝛ cōclusio falsa, ꝛ nō aliunde (dicunt) nisi qꝛ copula cōclusionis insequitur copulā premisse affirmatiue. ¶ At vero licet verū sit antiquos noīe maioris vlr intellexisse in syllogismo affirmatiuo premissam vbi distribuit medium ꝛ in negatiuo premissam negatiuā (qꝛ regulas oēs cōstituebāt iuxta tenorem quattuor modoꝝ perfectoꝝ) per quā proinde regulā docebant maiorē extremitatē debere affirmari aut negari de minori in cōclusione eodē modo quo affirmatur aut negatur de medio, nihilominus non est in rigore certa regula ꝙ copula cōclusionis vlr debet esse synonima copule maioris ꝛ nūꝗ copule minoris.s.copule affirmatiue in syllogismo affirmati aut premisse vbi mediū non cōplete distribuit aut minus ampliatur in affirmatiuo. Sed certa ꝛ infallibilis regula est ꝙ copula cōclusionis potest insequi vtrālibet copulā premissarum dūmodo non cōmittatur aliquis supradictoꝝ septem defectuū extrinsecoꝝ aut varie͛ appellatio, nec potest insequi aliquā vbi aliquis eoꝝ cōmittatur. Quidq₃ post defect⁹ illos superuacaneus est octau⁹. ¶ Unde ex illis premissis/homo est currens, omnis hō fuit quiescēs/non sequit/quiescens qḋ fuit quiescens, est currēs/qꝛ certe respectu minoris extremitatis arguit a magis ad minus amplū, cum primū quiescēs in conclusione stet pro solo illo qḋ est, quare optime sequit/qui fuit quiescens est currens (relatiuo referēte mediū) seu/homo qui fuit quiescens est currens/vbi ponitur mediū ad seruandam eandē ampliationē. Sequitur qꝫ currens qḋ est currēs fuit quiescens. Et si ex illis premissis de fapesmo.s.omnis hō qui est hō, est vel fuit risibilis, nullū currens est homo/non sequitur/risibile nō est vel fuit currens/eo est, qꝛ ex parte minoris extremitatis arguitur a minus ad magis amplum, quare optime sequeret/risibile non est vel fuit currēs qḋ est currens. Equa ratione ex his/deus est essentia diuina, creans, omnis deus qui est deus possibilr est/sequit/qui possibilr est creans est essentia diuina. Sicut ex his/oīs deus qui est deus possibiliter est essentia diuina, nullū creans est deus/sequit/essentia diuina impossibilr est creans qḋ est creans (ly qḋ restrictiue. Et idem in ꝗplurimis alijs tā affirmatiuis ꝗ̄ negatiuis experieris vez ꝙ copula conclusionis potest esse synonima copule minoris.s.affirmatiue in syllogismo negatiuo, aut in qua mediū non distribuit aut minus ampliatur in affirmatiuo. ¶ Igitur si aliquādo ob auctoritatē antiquoꝝ assignaueris octauū defectum, scias non esse defectum nisi qñ alius cōmittitur. ¶ Hinc sequitur hunc/ omne creans necessario est substantia, oīs deus possibilr est creans, ergo oīs deus possibiliter est substantia/esse formalem syllogismū, tum qꝛ nihil vetat argumentari ab appellato ad non appellatū, tum etiā qꝛ cōclusio infertur ex hac/ oīs deus necessario est substātia/ que est immediata cōclusio earū premissarū. Et eadē ratione ex maiori de contingenti ꝛ minori de possibili sequit cōclusio de possibili. Itē sequitur/omnis hō est ꝛ fuit albus, omne risib.le est ꝛ fuit hō, ergo oē risibile est vel fuit albū, immo sequeretur cōclusio de presenti, itē cōclusio de preterito, qꝛ oēs hmōi inferuntur ex immediata cōclusione dictarum premissarum, ꝛ (qḋ idem est) ex dictis premissis inferūtur alie inferētes immediate dictas cōclusiones. Equa rōne ex his/nullus hō est vel fuit albus, oē risibile est vel fuit hō/sequit/nullū risibile est ꝛ fuit album/qꝛ sequit ex immediata cōclusione dictarum premissarū.s.nullum risibile est vel fuit albū. Et per hec de multis alijs id genus indicato.

15. No. ¶ Contra hec autē arguitur. Formalr sequitur/omnis hō est aīal, oē risibile necessario est homo, ergo omne risibile aīal necessario est/ꝛ tñ conclusio nō sequit ex immediata conclusione illarum premissarū.s.qui possibilr est risibile est aīal/ergo adhuc extra limitationes superiores conclusio potest insequi copulā minoris, immo sequit contra Aristotelē ꝙ ex maiori deinesse ꝛ in minori de necessario sequitur conclusio de necessario. ¶ Notandū hic ꝙ aliqui sunt modi pure vlēs a quibus.s.appellantibus in terminos sequētes ad ipsosmet quos predicata precedunt est formale argumentū sicut est ly necessario ꝛ ly essentialr. Sequit nāq₃/hoc necessario est.a, ergo hoc, a.necessario est/ hoc essentialr est.a, ergo hoc, a.essentialr est. Aliqui sunt non pure vlēs respectu quoꝝ non valet talis illatio, vt ly contingenter. Non em̄ sequitur/deus cōtingenter est creans, ergo deus, creans contingenter est. Iā expositione modali in qua modus primi generis appellat supra predicatū sequitur propō cuiuscūq₃ alterius predicati precedētis dictum modū dūmodo talia predicata affirment de se inuicē mediante eadem copula aut aliqua eius subalterna. Et huic innititur vis dicti syllogismi. ¶ Unde ex maiori de possibili ꝛ eadē minori sequeret eadem conclusio, immo ex maiori de contingēti, qꝛ illa infert vnā de possibili. Et eodē modo sequitur/omnis hō est albus, omnē risibile essentialr est hō, ergo omne risibile albū essentialr est. Sed si maiori deinesse, in minori mediuꝫ anteponeretur modo/necessario/non sequeret/omne.a.est creatura, deus,a.necessario est, ergo de⁹, creatura necessario est/vt ptꝫ si ly.a.valeat tm̄ sicut creans vel creatura ꝛ deus non creet, immo premisse sunt inhabiles ob quintū defectum. Quo fit Aristo. solū negasse ex maiori deinesse ꝛ minori de necessario sequi conclusionem de necessario de modo loquendi cōsueto. At respectu copule de contingēti nullo modo sequit/ omne creans est essentia diuina, deus contingēter est omne creans, ergo de⁹, essentia diuina cōtingenter est (vbi cōmittitur sextus defect⁹ extrinsecus.s.ab amplo ad non amplum respectu maioris extremitatis quā stat verificari ſm acceptionē quam habet in maiori vbi non verificetur ſm illam quam habet in cōclusione. Et sic patet clara intelligentia omniū condicionum boni syllogismi, omniūq₃ defectuū que in aliquo paralogismo latere possunt.

¶ Capitis tertij Lectio prima.

His igit prelibatis facile erit tibi in quouis modo cuiuscūq₃ figure quamcūq₃ syllogizare conclusionem, ac subinde quēcunq₃ sublatentem defectum inspicere, sed vt modus subsumendi sub nōnullis terminis appareat, contra singulos modos arguit. Non tñ eo ordine quo propositi sunt, sed quoscūq₃ sub alternos.i.cuius cōclusio aut premissa vnius est subalterna ad conclusionē seu premissam alterius simul tractando. Ordinationem em̄ faciliorēq₃ fore existimo hmōi dispositionem. ¶ Igitur sic arguit. Non sequit/omnis conclusio est falsa, oīs conclusio de barbara est conclusio, ergo oīs conclusio de barbara est falsa/ꝛ tñ arguitur in barbara, ergo barbara nō est modus vtilis. Minor est nota ꝛ probatur maior. Solo dicto syllogismo existente conclusio est falsa, qꝛ se falsificat. Si tm̄ illa est vera, ita est sicut per illam significatur, ꝛ illa significat omnē conclusionē de barbara esse falsam, ergo ita est ꝙ illa est falsa, ꝛ inde sequit maiorē esse veram, nā minor nō est dubia. ¶ Et cōfirmatur primo. Hic syllogismus/quicūq₃ dicit te esse aīal dicit verum, quicūq₃ dicit te esse equū dicit te esse aīal, ergo quicūq₃ dicit te esse equū dicit verū/est in barbara, ꝛ tñ premisse sunt vere ꝛ conclusio falsa, ergo barbara non est modus vtilis. ¶ Et confirmatur scḋo. Hi syllogismi, Primus/qualiscūq₃ est homo, est equ⁹, rationalis est hō, ergo rationalis est equus/ Scḋus/quotiescūq₃ fuisti salmantice, fuisti hō, bis fuisti salmātice, ergo bis fuisti homo/ Tertius/quādocūq₃ aliqua sic se habent qḋ vnum potest manere reliquo nō manente, distinguunt realr, petrus propinquus et relatio propinquitas sic se habent qḋ vnū potest manere reliquo nō manente, ergo distinguunt realiter/ Quartus/quicquid heri emisti hodie comedisti, carnes crudas heri emisti, ergo carnes crudas hodie comedisti/sunt in darij, ꝛ tñ nō valent, ergo darij non est modus vtilis.

1. No. ¶ Ad primū: negatur maior: immo dictus sillogismus est bonus licet cōclusio sit falsa per reflexionem ⁊ pmisse vere, sufficit nāq ꝙ nō possit ita esse sicut per añs significat, quin ita sit sicut significat per cōclusionē. Sed de his alijsq id genus in insolubilibus. ¶ Igitur ad primā confirmationē si pmisse ille accipiant in sensu quē categoricum faciūt, concessa maiori negatur minor, immo non pñt pmisse esse vere sine cōclusione. Et eñ cum oēs tres propositiones sint contingētes, si aliquis solū proferat hanc propositionē/ tu es equus/ minor est falsa, si autē quicūq talis proferat simul hanc/ tu es aīal/ ꝯclusio est vera sicut pmisse. Sed si dicte propōnes accipiātur in sensu condicionali, negat maior, q2 cum dicte pmisse sint hypothetice, nec disponūtur in modo nec in figura. Est tñ bona ꝯña, immo formalis, qḋ miror nōnullos negasse. Tenet eñ de primo ad vltimū hoc modo/ si aliquis dicit te esse aīal dicit verū, si aliquis dicit te esse equū dicit te esse aīal, ergo si aliquis dicit te esse equum dicit verum/ per illam regulā. Quicquid antecedit ad añs alicuius bone ꝯñe antecedit ad eius ꝯñs, ⁊ transpositis pmissis tenet per eius cōnexam. s. quicquid sequitur ad consequens sequitur ad antecedens.

2. No. ¶ Syllogismos illos secūde confirmationis ⁊ quoscūq similes, ne aliqua lateat fallatia, ad propōnes earū sensus exponentes reducito. ¶ Uñ ad primū negat maior, immo mediū nullibi distribuit, cum reducat ad hanc/ quacūq qualitate qualificat homo, qualificat equus (.i. similis) rationalis est hō, ergo ⁊c̃. Unde si quacunq scientia qua polleret iacobus hispanus, polleret dionisius gallus, petrus tñ nullam scientiā haberet, pmisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, hic/ quacūq scientia pollet hispanus pollet gallus, petrus est hispanus, ergo scientia qua pollet petrus, pollet gallus. ¶ In his aūt pmissis/ qualiscūq quilibet hō est, est equus, risibile est homo/ dicunt cōiter cōmitti quintum defectum intrinsecum, sicut in his/ quacūq qualitate quilibet hō qualificatur, qualificat equus, risibile est homo/ q2 mediū (dicunt) vbi distribuitur magis restringit q̄ vbi non distribuitur. At reuera cum ly qualiscūq aut ly qualicūq qualitate teneant a parte predicati respectu de ly hō in ordine ad copulam implicationis, nō restringunt ipsum, immo stat pro quocūq homine, etiā non quali (si talis esset dabilis) sicut in his/ hō est qualis/ hō est qualitate qualificatus, ⁊ ideo nullus defectus cōmittitur in dictis pmissis ac si distribueres mediū in minori. ¶ Sed arguis, vel ex illis pmissis infertur/ risibile est equus/ ⁊ hoc nō, q2 si qualiscūq est homo, esset equus, (loquimur de accidenti separabili) pmisse essent vere ⁊ ꝯclusio falsa, vel inferunt/ qualecūq est risibile est equus/ ⁊ hoc non, q2 si addas casui ꝙ leo sit talis qualis nō sit equus, ⁊ loco de ly risibile ponas ly animal, pmisse sunt vere ⁊ conclusio falsa ¶ Ad hoc respondetur, neutrā dictarum conclusionū inferri ex dictis pmissis. Etem̄ inferēdo primā deficit tertia condicio essentialis, vz qḋ illa determinatio que se tenet ex parte medij in maiori, nō concluditur cū minori extremitate in conclusione. Et inferēdo secūdam, dicunt illi quos supra meminimus, defectū esse ex parte minoris extremitatis a nō restricto ad restrictū. Sed certe ly aīal in conclusione (vt dictū est) non restringit a ly quale. Unde si cōcluderes sine distributione, optime sequeret/ qualiscūq est hō, est equus, aīal est hō, ergo quale est aīal est equus/ sicut sequitur/ quacūq nigredine hō qualificatur, qualificat equus, albū quilibet homo est, ergo nigredine qua albū qualificatur, qualificat equus, et si petrus qui sit ois homo, sit in duob⁹ locis in quoꝝ altero sit albus ⁊ in altero niger, ⁊ talr se habeat equus, conclusio est vera sicut pmisse, q2 ly album nō restringit a ly nigredine, sicut non restringit in hac/ albū qualificatur nigredine. Igitur in illo paralogismo/ qualiscūq est homo, est equ⁹, aīal est homo, ergo qualecūq est aīal, est equus/ est virtualr ille defectus qui formalr est in hoc/ quacūq qualitate qualificat homo, qualificatur equus, aīal est hō, ergo quacūq qualitate qualificatur aīal, qualificat equus/ vbi arguitur a magis ad minus restrictū distributū ex parte de ly qualitate, qḋ in maiori stat pro illa sola qua qualificatur homo, ⁊ in conclusione pro omni illa qua qualificatur aīal. Quare ex primis pmissis inferendū est/ qualiscūq est hō qui est aīal, est equus/ ⁊ ex his secundis/ quacūq qualitate qualificat homo qui est animal, qualificatur equus/ vbi mediū intrat ꝯclusionem ad seruandā eandem restrictionē. ¶ Proportionabilr dicendū de hoc syllogismo/ quātuscunq est hō, est equus, aīal est homo, ergo quantūcunq est aīal, est equus/ ⁊ de alijs similibus. At qñ subsumitur per terminū specificum cōtentum sub ly qualiscunq, infertur materialiter affirmatio extremitatum sine addito, vt/ qualiscūq est homo, est equus, albus est homo, ergo albus est equus.

¶ Proportionabilr secundus accipit 3. No.
in hoc sensu (si latine diceretur) omnibus vicibus quibus fuisti salmātice, fuisti homo, due sunt vices quibus fuisti salmātice, ergo due sunt vices quibus fuisti homo. Quare non potest cōuenienter accipi pro medio ly ens inclusum in ly fuit, sed mediū est totum illud/ vices quibus fuisti salmātice. Uñ dictus syllogismus est formalis. Et si bis fuisses salmantice, maior esset falsa sicut cōclusio, denotat eñ ly quotiescūq, vices quibus fuisti homo, qḋ nō potest esse verū nisi semel mortuus iterum resurrexisses. ¶ Si tñ diceres/ quandocūq fuisti salmantice, fuisti hō, heri fuisti salmātice, ergo heri fuisti homo, pmisse essent vere sicut conclusio, si heri fuisses salmantice. Est eñ dictus syllogismus formalis, q2 reducit ad hūc/ omni tempore quo fuisti salmātice, fuisti homo, dies externa fuit tp̄s, quo fuisti salmantice, ergo die externa fuisti hō/ vbi totum illud complexū/ tempus quo fuisti salmantice/ est medium. Proportionabilr in hoc formali syllogismo/ vbicūq est hō, est aīal, hic est homo, ergo hic est animal/ medium est hoc complexū/ locus in quo est homo.

¶ At tertius syllogismus: q̄q̄ maior 4. No.
accipiat sub hac forma/ quandocūq aliqua sic se habent ⁊c̃. nihilominus tñ accipitur in hoc sensu/ quecūq sic se habent vt possit vnū manere reliquo nō manente, distingūtur realr. Quare dictus syllogismus est formalis in darij, ⁊ tenentes propinquitatē non distingui a re propinqua debent negare minorē, tum q2 petrus ⁊ sua propinquitas nō sunt duo (et sic petitur principiū in illo argumento qḋ solet equus realiū appellari) tum q2 q̄uis loquamur de petro et propinquitate ac de duobus, tñ falsum est dicere posse ita esse ꝙ res que est petrus maneat, re que modo est propinquitas non manente, in quo sensu accipitur maior, q̄uis possit manere petrus nō manente propinquitate. i. petro propinquo, qḋ non sufficit ad distinctionem. Sed de hoc satis.

¶ Ad quartū proportionabilr. In illo 5. No.
syllogismo/ quicquid heri emisti hodie comedisti, carnes crudas heri emisti, ergo carnes crudas hodie comedisti/ minor accipienda est in hoc sensu/ carnes crude sunt vel fuerūt ens qḋ heri emisti/ vt medium. s. ens qḋ heri emisti sit totale predicatum, nam si esset sensus/ carnes crudas heri fuisti emēs/ nullum esset mediū. Uñ cum nō esset synonimitas intrinseca inter substantiuū inclusum in ly quicquid ⁊ predicatū minoris, instaretur sic/ quēcunq panem heri emisti, hodie cōmedisti, carnes crudas heri emisti, ergo ⁊c̃.

¶ Eadē ratione he pmisse/ omne qḋ 6. No.
non est ⁊ fuit album est homo, equus nō est ⁊ fuit albus (solo primo verbo vtrobiq negato) sunt inhabiles, q2 si omnes homines nunc sint nigri ⁊ ante hac fuerint albi, et nullū aliud ens hoc modo se habeat, nullus aūt equus modo existat, sed fuerit aliquis alb⁹, ambe sunt vere ⁊ quecūq conclusio affirmatiua esset falsa. Et ratio est, q2 nullum est mediū, nam subiectū maioris est/ ens qḋ non est ⁊ fuit album/ ⁊ predicatū minoris ly albus, sed dicendum est in minori/ equus est aliquid qḋ nō est ⁊ fuit album/ vt recte subsumatur. Et eadē ratione

non sequitur/omne qđ fuit est, adam fuit, ergo adam est/sed dicẽdum est in minori/adam est aliquid qđ fuit/ vbi medium stat pro illo qđ est sicut in maiori. ¶ Nec sequitur/ omne qđ non est ⁊ fuit, incipit esse, petrus nõ est ⁊ fuit, ergo petrus incipit esse/nam casu quo paulus nũc nõ sit sed immediate ante hoc fuerit ⁊ immediate post hoc erit, ⁊ nulla alia creatura tali modo se habeat, petrus vero nec sit nec erit, fuerit tñ, premisse sunt vere ⁊ cõclusio falsa, sed dicendũ est in minori/petrus est vel immediate post hoc erit aliquid qđ non est et fuit vt mediũ sit totale predicatum, ⁊ eodẽ modo amplietur sicut in maiori, vbi solum pro paulo supponit. Et per hec potes in ceteris similibus operari.

7. No. ¶ Sũt ⁊ alij triti parologismi alio pede claudicentes. V.g. non sequit/quicquid deus potest facere cum hoīe, potest facere se solo, deus cũ hoīe potest producere actũ meritoriũ, ergo deus se solo potest producere actũ meritoriũ/aut si subsumas/ deus cum hoīe potest producere noticiã/⁊ inferas/ergo deus se solo potest producere noticiã. Cõmittitur eñ primo defectus extrinsecus in concludẽdo, qꝛ variat appellatio de ly facere qđ in maiori accipitur pluribꝰ acceptionibꝰ cũ medio, ⁊ in ꝯclusione vnica cũ minori extremitate. Quare si ad hoc qđ aliquis actus sit noticia exigat concursus intellectus cognoscentis, sicut ad hoc qđ sit actus meritorius cõcursus voluntatis viatoris, premisse sunt vere ⁊ ꝯclusio falsa in vtroqꝫ paralogismo. ¶ Sed arguis, ergo infertur ex secũdis premissis/ noticiã deus potest producere se solo (vt nõnulli inferũt). Negatur ꝯña, cõmittitur eñ similis defectus intrinsecus in subsumẽdo, accipitur nãqꝫ mediũ in maiori pluribꝰ ⁊ in minori vnica. Quare ly facere aliter appellat in minori q̃ in maiori. Non tñ instatur (vt quidã incõsiderate putat) in hac/quicquid deus potest facere cũ causa secũda, potest facere se solo, deus cũ causa scđa potest facere vnionẽ humanitatis ad verbũ, ergo vnionẽ deus se solo põt facere (admisso adhuc vnionẽ formalẽ non distingui a verbo et humanitate simul sumptis ac subinde conclusionẽ esse falsam) nam si ly cum dicat cõcursum quẽcunqꝫ cause secũde. s. actiuũ ⁊ passiuũ, maior est falsa, nã deus cũ hoīe potest creare ⁊ adnihilare hominẽ, ⁊ tñ nõ potest sine hoīe, si tñ dicat cõcursum solum actiuũ (in quo sensu accipitur a theologis) minor est falsa, qꝛ causa scđa non cõcurrit ad illam vnionẽ, sunt tñ premisse vere ⁊ cõclusio falsa si dicas / quicquid deus põt facere sine causa secunda, potest facere se solo, deus sine causa secunda potest facere vnionẽ, ergo vnionẽ deus potest facere se solo, aut si tollas illum ablatiuũ. ¶ Pariter in hoc/ quicquid predicatur in. a. predicat in. b, synonimũ de synonimo predicatur in. a, ergo synonimũ de synonimo predicat in b/variatur relatio ac proinde appellatio de ly predicatur supra totũ illud complexũ/de synonimo in. b. (sit. a. hec propõ/ homo est homo/et. b. hec/equus est homo). Non dicas defectum solũ esse qđ arguitur a pluribus ad vnicã, nam licet cõcluderes/de synonimo, synonimũ predicatur in. b / conclusio esset falsa, cũ adhuc ly predicatur ferat in ly de synonimo, qꝛ vbicũqꝫ ponatur se tenet a parte predicati, ⁊ valet hãc/ synonimũ predicatur in. b. de suo synonimo. Quare ex dictis premissis cõcludendũ est/synonimũ qđ predicatur in. b. de suo synonimo, predicatur in. a/in qua cõclusione ponitur medium ad seruandũ appellationẽ antecedentis.

¶ Lectio secunda.

Secundo ad principale arguit, Nõ sequit/omne indiuiduũ alicuꝰ speciei est hõ, oīs equꝰ est indiuiduũ alicuius speciei, ergo oīs equus est homo/et tñ est syllogismus in barbara, ergo dictus modus non est vtilis. ¶ Et confirmat primo. Non sequitur/oīs equus hoīs est aīal, omne album est homo, ergo oīs equus albi est aīal/⁊ tñ arguitur in barbara. ¶ Et cõfirmatur scđo. Nõ sequitur/cuiuslibet hoīs quilꝫ equus currit, brunellus est equꝰ, ergo hominis brunellus currit/⁊ tñ est in darij, ergo. Quod si dicas mediũ pro pluribus supponere in minori vbi non distribuit ⁊c̃. Adhuc non sequitur/ cuiuslibet hoīs quilꝫ equus currit, brunellus est. g. equus (. i. equus hoīs) ergo hoīs brunellus currit/vt patet si loco de ly brunellus ponas. a. qđ valeat tñ sicut possessum in. a. loco in quo brũnellus a nullo possideat, sed possideatur in. b. loco.

¶ Hic querit modus subsumendi sub 1. No.
partibus complexi ex determinabili ⁊ determinatione diuersoꝝ casuũ. Vbi notandũ ꝙ subsumere est aliquem terminũ sub alio sumere. i. de quo alius predicet, ac subinde de quo affirmetur aut neget quicquid de alio affirmatur aut negat. Igitur qñ complexũ accipitur vnica, circa subsumptionem sub toto nihil aliud noui est cõsiderandũ q̃ si subsumeretur sub termino incõplexo. ¶ Vnde ad argumentum principale cõcessa minori negatur maior, immo maior est falsa sicut conclusio. ¶ Sed cõtra. Omne indiuiduũ huius speciei (humana specie demonstrata) est hõ, ergo omne indiuiduũ alicuius speciei est homo. Negatur ꝯña, cuius formalis defectus est a magis ad minus restrictum distributũ, sicut arguit hic/ quilibet equus petri currit, petrus est hõ, ergo quilibet equꝰ hoīs currit. Et q̃q̃ hic petri quilibet equus currit, petrꝰ est homo, ergo hoīs quilibet equus currit/eodẽ modo arguat, est tñ accurate notandũ ꝙ qñ resolutio termini minus restricti dependet a resolutione determinationis ipsum restringentis, vt contingit qñ accipitur nõ vnica, talis defectus non obstat, immo añs explicat tunc modũ restringẽdi determinationis in ꝯñti. Sed qñ resolutio talis termini minꝰ restricti nõ dependet a resolutione determinationis, obstat quidẽ, quare tunc arguitur ab inferiori ad superius distributũ. Et idẽ proinde defectus cõmittitur (vt. II. c. I. tra. dictũ est) in hac ꝯña/ equus petri non currit, petrus est hõ, ergo equus hoīs non currit. s. a magis ad minus restrictũ negatiue, ⁊ idẽ esset si diceres in maiori/brunellus petri ⁊c̃. Est ⁊ virtualiter in dictis cõsequẽtijs alius defectus. s. a nõ distributo ad distributũ, nam in his/quilibet equus hoīs currit, equus hoīs non currit/ly hoīs non cõplete particularizatur, nã in prima ly hoīs (vt ibi dictũ est) supponit disiunctiue dependẽter a copulatiua resolutione determinabilis, ⁊ in secunda copulatiue dependẽter a disiunctiua resolutione ipsius.

¶ Quãdo autem sub determinatione
subsumitur, vt fit in cõfirmatione prima, tunc videndũ est cui 1. No.
propositioni talis premissa equiualeat in qua determinatio eadẽ accepta non vnica ceteris omnibus paribus distribuatur, ⁊ penes talẽ premissam reguletur subsumptio, qꝛ nullus terminus distribuit complete, sufficienter vt sit medium nisi sub illo valeat immediate descẽsus copulatiuus. Quđ si talis descensus non valeat nisi cũ aliqua restrictione, eodẽ modo debet restringi vbi nõ distribuit. V.g. qꝛ hec/quilibet equus hoīs currit/nõ equiualet huic/cuiuslibet hoīs quilibet equꝰ currit/non valet sub illa hec subsumptio/ quodlibet albũ est homo (mediũ eñ nullibi distribuitur cõplete) valeret tñ/omẽ albũ quilibet equus est. Et per hoc soluitur prima confirmatio. At qꝛ dicta maior. s. quilibet equus hoīs currit/ respectu verbi presentis equiualet huic/cuiuslibet hoīs habẽtis equũ quilibet equus currit/sit, vt valeat sub illa hec subsumptio/ omne albũ est. g. homo (vt ly hõ restringatur pro hoīe habente equũ. Non ꝙ illo modo restringebat ly hoīs in maiori (qđ. II. ca. I. trac. monstratũ est) sed qđ equiualeat in consequendo illi propositioni in qua dicta determinatio sic restricta distribuitur. ¶ Sed contra sequeretur hunc syllogismũ esse formalem, quilibet equus regis currit, hõ est rex habens equũ (aut si subsumas/aliquis hõ quilibet rex est) ergo quilibet equus hoīs currit/cuius tñ premisse sunt vere ⁊ cõclusio falsa in facili casu. Negatur ꝯña, qꝛ cõmittitur tertius defectus extrinsecus in concludendo ex parte de ly hoīs qđ in cõclusione nõ complete particularizat, vt ex dictis patet, sed licet inferre/ equus hoīs currit. ¶ Proportionabilr in negatiuis (ne eandem disputationẽ sepe repetamus). Formaliter sequitur in

cellarent/quilibet equus hois non currit, omne albū est hō, ergo quilibet equus albi non currit/nam maior (vt.1.trac. visum est) equiualet huic/nullius hois equus currit/⁊ cōclusio huic/nullius albi equus currit. Non tñ sequitur/quilȝ equus regis non currit, aliquis hō quilibet rex est, ergo quilȝ equus hominis nō currit/arguitur eñ a non distributo ad distributum ex parte de ly hominis. Sequeretur autē in ferio/equus hominis non currit.

Ferio.

¶ Contra hec autē arguitur. Sequeretur hunc syllogismū / quilibet equus hois albi fuit albus, petrus est vel fuit.g.hō albus (.i.habēs equū) ergo quilibet equus petri fuit albus/esse formalem, cuius tñ premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, si petrus tempore quo erat albus possedisset brunellū album, ⁊ tempore quo erat niger, fauellū, qui nunq̄ fuit albus. Quod si dicas argumētari ex parte de ly equus a magis ad minus restrictum distributū, q: in maiori pro possesso ab albo ⁊ in cōclusione, non, ad minus hic syllogismus/quilibet equus hois albi fuit currens, nigrū est vel fuit hō albus habens equū, ergo equus nigri fuit albus/erit in darij, cu tñ eodē casu instatur. ¶ Et confirmaẜ. Sequereẜ hunc syllogismū esse formalem in ferio / quilibet equus hois albi non fuit niger, nigrum est vel fuit homo albus habens equū, ergo equus nigri non fuit niger.

3. No. ¶ Pro horū solutione opus est ex primo tractatu meminisse respectu copule de extrinseco tempore nō equiualere/quilibet equus hois albi fuit albus, cuiuslibet hois habentis equū quilȝ equus fuit albus/nec in negatiuis/quilȝ equus hois albi non fuit niger, cuiuslibet hois albi habentis equū quilibet equus nō fuit niger/vt patet in casu posito. Et ratio est, q: nō est eadem restrictio determinabilis, q: vbi accipitur vnica denotaẜ possessio pro tempore quo homo erat albus, ⁊ vbi pluribus, non. Unde nōnulli inferūt in dicto syllogismo affirmatiuo cōmitti quintū defectū intrinsecum, ⁊ in negatiuo, sextū, qđ vȝ pro pluribus accipiaẜ medium in minori q̄ȝ in maiori. Non tñ video illationem hanc, nam tunc sequereẜ q̄ si mediū in dictis minoribus distribueretur vt diceres/nigrū quilibet homo albus habens equū est vel fuit/dicti syllogismi essent boni, quibus tñ in eodeȝ casu instaẜ, si petrus sit ⁊ fuerit ois homo. Item q: ad minus maior illa prima affirmatiua equiualet huic/ cuiuslibet hois albi habētis equū quilibet equus possessus tpe quo erat alb⁹, fuit albus/sub cuius proinde determinatione licet subsumere per hanc/nigrū est vel fuit homo albus habēs equum. Et proportionabiẜ in negatiuis. ¶ Igitur in dictis syllogismis nullus cōmittiẜ defectus intrinsecus, sed extrinsecus, q: semper variatur restrictio ratione variationis appellationis determinabilis qđ se tenet in maiori cum medio ⁊ in cōclusione cum minori extremitate. Uñ concludendū est in darij/equus hois albi qui fuit niger, fuit albus/⁊ in ferio/equus hois albi qui fuit niger, non fuit niger (relatiuo referente determinatione) in quibus conclusionibus ponitur medium ad seruandam eandem appellationem.

4. No. ¶ Pariter operandū quādo subsumitur sub determinabili determinationis pluribus accepte, vt fit in scđa cōfirmatione. Nempe cū sub tali determinabili nō liceat immediate copulatiue descēdere, nec licet proinde subsumere nisi forsan aliquando cū aliqua restrictione cū qua liceт sub dicto determinabili dicto modo descēdere. Unde ad secundā confirmationē recte responsum est. Maior eñ.s. cuiuslibet hois quilibet equus currit/equiualet huic / quilibet equus hois currit / in qua licet descendere immediate sub ly equus ad solos equos hois. Et ideo in minori debet ly equ⁹ restringi pro equo hois nisi ibi distribuatur (sic eñ est in omnibus intelligendū. ¶ Ad replicā aūt supra respōsum est qđ vȝ arguitur a nō restricto ad restrictum ex parte minoris extremitatis. Cui quidē illationi facillime instaẜ respectu verbi de extrinseco tempore, sic/cuiuslibet hois quilibet equus fuit aial, album est vel fuit equus hois (immo q̄ȝq̄ȝ distribuatur in minori) ergo hois album fuit aial/nā si brunellus tempore quo erat niger fuisset possessus a quolibet hoie, ⁊ tēpore quo erat albus, a nullo, nec fuerint alij equi, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa. At respectu copule de presenti nō instaẜ, nisi admisso q̄ equus possideatur in vno loco ⁊ nō in alio, vt mancipiū qđ possidetur in hispania ⁊ nō in gallia, ⁊ quod determinatio appellet in determinabile cum illa cōnotione. Et ideo inferendū est (vt supra mōstrauimus) hois equus qui est brunellus currit/vt brunellus nō magis restringaẜ. Respectu tñ copule de possibili bene sequiẜ/cuiuslȝ hois quilibet equ⁹ possibiẜ currit, brunellus quilibet equus possibiẜ est, ergo hois brunellus possibiẜ currit/q: illa conclusio/hois equus qui possibiẜ est brunellus, possibiẜ currit/infert hanc. ¶ Sȝ contra. Sequereẜ hunc esse formalem syllogismū.s. cuiuslibȝ hois quilibet equus est aial, brunellus est equus hois (poniẜ ly hois ad restringendū mediū ne addaẜ.g.) ergo cuiuslibet hois equus qui est brunellus, est aial/in quo ab omnibus supradictis defectibus caueẜ, cuius tñ premisse sunt vere ⁊ cōclusio falsa, si brunellus possideatur ab vno solo hoie, ceteris singulos alios possidētib⁹. ¶ Huic syllogismo nō potest assignari defectus qui in ipsa eius forma cōmittatur, ⁊ ppterea recurrendū est ad syllogismū in cuius premissarū virtute he premisse sunt habiles. Unde cum maior nō possit inferre aliquā in qua sub medio (.i.determinabili) liceat immediate copulatiue descēdere ad equos hois (quod requiriẜ, vt cum dicta minori faciat combinationē vtilē) nisi in illa ly hois non distribuaẜ (infert eñ hanc/ quilibet equus hois est aial / sed nō hanc/quilibet equus cuiuslibet hois est aial) fit, vt ex parte de ly hois arguatur virtualiẜ a nō distributo ad distributū. Unde si mediū in minori distribuereẜ, nullus esset defectus in dicta illatione, q: tunc talis minor cū dicta maiori in propria forma.s. vbi ly hois distribuiẜ, sunt habiles. Posset dici q̄ arguatur quoq̄ virtualiẜ a minus ad magis restrictum, sicut si descenderes immediate copulatiue sub determinabili dicte maioris, q: virtualiẜ arguitur sic/ cuiuslibet hois quilibet equus est aial, ergo quilibet equ⁹ cuiuslibet hois est animal/sed defectus hic non tam proprie applicatur syllogismo q̄ȝ descensui.

¶ At contra principale responsum cōfirmationis arguiẜ. Sequeretur inde has premissas/cuiuslibet hois albi quilibet equus fuit aial, brunellus est vel fuit.g.equus (vt restringatur eodem modo) nō esse habiles, q: maior non infert aliquā in qua liceat immediate descendere sub ly equus ad equos hois albi, q: maxime hanc/ quilibet equ⁹ hois albi fuit aial/que tñ est falsa, alia existente vera, si oēs hoies qñ fuissent nigri possedissent equos, qñ vero albi, non. 5. No.

¶ Negatur sequella, immo sunt habiles, q: q̄ȝq̄ȝ maior nō inferat illam signatā, infert tñ hanc/quilibet hois albi equus fuit aial (vt nō denoteẜ possessio pro tēpore quo hoies erant albi) in qua licitus est dictus descēsus sub ly equus. ¶ Hinc patet has premissas/cuiuslȝ hois albi equ⁹ fuit currens, brunellus est vel fuit quilibet equus hois albi/esse inhabiles ob quintū defectum intrinsecū, q: si petrus tempore quo erat albus solum brunellū possedisset qui nunq̄ fuerit currens, ⁊ tēpore quo erat niger possedisset fauellū currentem, sunt vere et quecūq̄ conclusio falsa. Unde vel assumendū est in maiori/equus hois albi/vel subsumēdū in predicato minoris/cuiuslibet hois albi quilibet equus. ¶ Sequitur scđo has/hominis quilibet equus est aial, brunellus est equus hois/non esse habiles, q: medium non distribuitur complete in maiori adhuc cum tali restrictione, non eñ infert/ quilibet equ⁹ hominis est aial/ et ideo argueretẜ ex puris particularibus nisi mediū distribuaẜ in minori. ¶ Sequitur tandē tertio (ne rursus in modis negatiuis hec repetamus) has premissas/cuiuslibet hois quilȝ equus non currit, quodlibet hinnibile est.g. equus/esse dispositas in cellarent, q: maior equiualet huic/ nullus equus hois currit. Hec vero/cuiuslibet hois quilibet

equus non est animal, brunellus quilibet equus est/ que vi deantur inhabiles ob sextum defectum intrinsecum (restringi tur enim medium magis in negatiua que in affirmatiua) nihilominus inferunt negatiuam in qua minor extremitas restringatur eodem modo sicut medium. s. cuiuslibet hominis equus qui est brunellus non est animal, quia ex contradictoria conclusionis et minori sequitur contradictoria maioris nullo obstante defectu. At non inferunt/ cuiuslibet hominis brunellus non est animal/ ob variationem appellationis. Quare si loco de ly equus ponas. a. quod valeat/ possessum in. a. loco in quo petrus qui sit omnis homo nihil possideat, possideat tamen brunellum qui sit omnis equus in alio loco, premisse sunt vere et conclusio falsa.

6. No. ¶ Circa hunc syllogismum/ cuiuslibet speciei animalis aliquod animal fuit in archa noe (nomine/ species/ prime intentionaliter accepto) hi homines sunt species animalis (tota collectione hominum nunc existentium demonstrata) ergo horum hominum aliquod animal fuit in archa noe/ solent inter nominales summulistas multa disputari. Nam qui tenent nomen species supponere pro tota collectione indiuiduorum qui sunt fuerunt vel erunt a principio mundi usque ad finem, admittentes dictum syllogismum esse formalem, negant minorem, quia hi homines solum sunt pars speciei, et qui tenent speciem. verbi. g. humanam tempore noe fuisse totam collectionem hominum tunc existentium, et ita in alio et alio tempore aliam esse et aliam speciem, asserentes itidem bonitatem syllogismi negant maiorem, quia ibi ly species distribuitur pro qualibet specie que est vel fuit, quarum tamen non omne animal fuit in archa noe, quia specierum nunc existentium nullum fuit ibi animal, sed qui tenent ly species humana in ordine ad quamcunque copulam conuerti cum ly omnes homines (collectiue) dicunt premissas esse inhabiles ob quintum defectum intrinsecum, quia medium in maiori stat pro tota collectione hominum presentium et preteritorum, et in minori pro sola collectione presentium. Has verumtamen opiniones et secunda parte introductionum in de suppositione simplici et. 4. trac. ca. 11. lec. 4. cum communi modo concipiendi ac nominis/ species/ significatione pugnare monstrauimus. ¶ Igitur ly species humana (vt ibidem dictum est) si accipiatur diuisiue pro eodem omnino supponit pro quo ly homo, et si collectiue, pro eodem pro quo ly homines cum appellatione (vt diximus) illius conceptus homo, quia homo inquantum cognitus per talem conceptum est species. Unde hic syllogismus/ cuiuslibet speciei animalis aliquod indiuiduum fuit in archa noe, hec species est aliqua species, ergo huius speciei aliquod indiuiduum fuit in archa noe (quicquid demonstres siue homines qui sunt siue vnum tantum hominem) est formalis, sicut hic/ cuiuslibet hominis equus fuit albus, hic homo est homo, ergo huius hominis equus fuit albus/ et sicut premisse sunt vere, ita et conclusio, nam sensus eius est quod aliquod indiuiduum in quo fuit eadem ratio specifica que est in hoc aut in his demonstratis, fuit in archa noe. ¶ At vero in syllogismo primo loco assumpto scilicet/ cuiuslibet speciei animalis aliquod animal fuit in archa noe, hi homines sunt species animalis, ergo horum hominum aliquod animal fuit in archa noe/ variatur appellatio passiua ac proinde suppositio minoris extremitatis, quia in minori supponit simpliciter ratione appellationis predicati et in conclusione personaliter. Sicut hic/ nulla species disputat (quia actiones sunt suppositorum) homo est species, ergo homo non disputat/ et ideo concludendum est ex illis premissis / ergo huius speciei que hi homines sunt, aliquod animal fuit in archa noe/ sicut ex his, ergo species que est homo, non disputat. Ubi ponitur medium ad seruandam eandem appellationem.

7. No. ¶ Sub aliis terminis complexis per ea que dicta sunt facile est subsumere. Nempe de subsumptione sub copulatis complexiue sumptis inter examinandum quartum defectum intrinsecum et quartum extrinsecum satis

Copulatum. dictum est. ¶ At circa subsumptionem sub copulato diuisiue sumpto considerandum quod sufficit aliquam eius partem distri buti siue fiat subsumptio sub toto siue sub sola illa parte distributa. Verbi gratia siue sub toto subiecto huius/ omnis homo et equus est animal/ subsumas / omne risibile est homo et equus / siue sub prima parte subsumas/ omne risibile est homo/ vtroque modo infertur/ omne risibile est animal/ quia dicte premisse inferunt has/ omnis homo est animal, omne risibile est homo/ dictam conclusionem formaliter inferentes. At ex secunda subsumptione sequitur immediate/ omne risibile et equus est animal/ vbi id quod se tenet ex parte medii in maiori concluditur cum minori extremitate. Cauendum tamen quod supradictum est, quod quando in premissa affirmatiua syllogismi negatiui aliquid vnitur medio per ly et diuisiue sumptum, non vnitur in conclusione cum extremitate alterius premisse per ly et, sed per ly vel aut cum extremitate eiusdem premisse per ly vel. Non enim sequitur / nullum rationale est lapis, omnis homo est rationalis et risibilis, ergo omnis homo, lapis et risibile non est/ vt patet si sit vnicus homo, quia conclusio est virtualiter vna copulatiua cuius secunda pars non sequitur ex dictis premissis, sed infertur/ ergo omnis homo lapis vel risibile non est/ aut/ omnis homo et risibile non est lapis. ¶ Sed circa subsumptionem sub toto disiuncto obseruandum, quod aut totum distribuatur in altera premissarum vnica acceptione, aut coniunctio/ vel/ mutetur in ly et, et quelibet pars non distributa in altera, distribuatur in altera. Ut formaliter sequitur in barbara/ omnis homo vel equus est animal (toto distributo) omne risibile est homo vel equus, ergo omne risibile est animal/ sed non sequitur ob tertium defectum intrinsecum/ omnis homo vel omnis equus est hinnibilis, petrus omnis homo vel omnis equus est, ergo petrus est hinnibilis/ vt patet si sit solus petrus inter homines, quia manet eadem particularitas de ly vel ex parte medii. Quando autem fit subsumptio sub parte, opus est vt dicta pars distribuatur in altera premissarum et reliqua concludatur cum alia extremitate in conclusione. Disiunctum.

¶ Circa subsumptionem sub toto condicionato non est alia difficultas, que si esset terminus complexus nisi quod ex modo sue significationis quando accipitur pluribus acceptionibus, accipitur pro omnibus suis suppositis pro quibus non repugnat ex modo sue significationis supponere ad que non ampliatur quando accipitur categorematice. Quare in his premissis/ omne petrus si est petrus, est ens, chimera est petrus si est petrus/ que rebus vt nunc ambe sunt vere, committitur quintus defectus intrinsecus, que proinde sunt inhabiles. Nec inferunt/ chimera imaginario est ens/ nisi ob solam necessitatem conclusionis, et in hoc syllogismo qui videtur in cellantes/ nullum ens est chimera, omne petrus si est petrus, est ens, ergo nulla chimera est petrus si est petrus / committitur quintus defectus extrinsecus, quia minor extremitas in conclusione habet ampliorem modum significandi que in minori. Et proportionabilia potes exempla ponere sexti defectus. Sub partibus tamen illius nullo modo licet subsumere, quia si subsumeres sub termino inferente, subsumeres virtualiter sub termino antecedentis condicionalis, vt/ omne ens est risibile si est homo, omne animal omnis homo est, ergo omne ens est risibile si est animal/ et si subsumas sub termino illato, subsumis virtualiter sub termino consequentis condicionalis, vt/ omne ens est risibile si est homo, omne album omne risibile est, ergo omne ens est album si est homo. ¶ At sub altero extremo acondicionato, quod dicitur terminus concurrens, licite fit subsumptio, dummodo caueatur ab erroribus supradictis presertim quinto et sexto, qui passim ibi latitant, cum dictus terminus ibi amplietur a condicionato ad omne eius suppositum quod imaginatur esse. Quare non sequitur in disamis/ aliquod animal est homo si est animal, omne animal est equus, ergo equus est homo si est animal/ vt patet si soli sint equi inter animalia, quia medium vbi non distribuitur stat pro suppositis que non sunt, pro quibus non stat vbi distribuitur, nec sequitur in barbara/ omnis equus est equus si est animal, omne animal est equus, ergo omne animal est equus si est animal/ quia ex parte minoris extremitatis arguitur a minus ad magis amplum distributum. Et Condicionatum.

proportionabiliter in modis negatiuis. Igitur de modo subsumendi in terminis complexis satis.

¶ Lectio tertia.

Tertio ad principale arguitur. Nō sequitur/quēcunq; amantem se quicunq; homo amat, quicunq; voluptuosus amat se, ergo quēcunq; voluptuosum quicunq; homo amat/qz si quicunq; studiosus se & oēs alios studiosos amet & odio voluptuosos prosequatur, quicūq; autem voluptuosus solum seipsum amet, premisse sunt vere et conclusio falsa, & tamen arguitur in barbara, ergo barbara non est modus vtilis. ¶ Et confirmatur. Nō sequitur/omnis homo est ipsemet, petrus est hō, ergo petrus est ipsemet (relatiuo vtrobiq; referente subiectum maioris) et tñ arguitur in darij, ergo dictus modus non est vtilis.

1. No. ¶ Hic queritur modus subsumendi sub relatiuis reciprocis & alietatis & sub eoꝝ antecedentibꝰ, nam circa modum subsumendi sub alijs relatiuis non est difficultas. Et primo quo ad subsumptionem sub relatiuo reciproco cauendum est diuersa referat in premissis, nam tunc cōmittetur primus defectus intrinsecus, qz medium tenebitur equiuoce. In quo peccat primus syllogismus, si ly se referat in maiori ly homo secū positum & in minori ly voluptuosus. Sed si in maiori referret participium/amantem/bonus esset syllogismus, qz idem est in minori referre subiectū, aut referre ly amans inclusum a parte predicati, ac proinde tunc vniuoce referret, & in casu argumenti maior esset falsa sicut conclusio. Pariter esset bona si relatiuū in vtraq; premissa congrue posset referre ly homo maioris, & tunc minor esset falsa. ¶ Eodem modo distinguēdum de hac/a nullo eodem sibi petrus differt, paulus est idem sibi, ergo a paulo petrus nō differt/nam si ly sibi in maiori referat/petrus/& in minori/paulus/medium tenetur equiuoce, sed si vtrobiq; ly eodem, maior est falsa, & si vtrobiq;/posset congrue referre ly petrus itidem cōsequentia esset bona, sed minor esset falsa. ¶ Patet quoq; hanc consequētiam/omnis homo est ipsemet, & omnis equus est ipsemet, ergo omnis equus est homo/ si relatiuū in vtraq; premissarum referat terminū secum positum, non valere, sed si in vtraq; posset congrue referre idem subiectū .s. aut maioris aut minoris, esset formalis. ¶ Et cum hmōi reciproca relatio relatiuo in altera categorica & añti in altera existētibus, & inepte quidem fiat, & nimiū proinde confusionis pariat, prestat dicere ꝙ nunꝗ licet subsumere sub talibus relatiuis nisi exprimendo suū antecedens singulare aut cōmune distributum, itaq; sub subiecto prime .s. quēcūq; amantem se quicūq; homo amat (relatiuo referente ly homo) subsumendum sit/omnis voluptuosus quēcunq; se hominē amat/ nam si diceres in predicato/se hominem amat/medium nullibi distribueret complete, qz distributio sigillata non est sufficiens vt faciat propositionem equiualentem vni de omni. Et proportionabiliter sub subiecto secūde .s. a nullo eodem sibi petrus differt/subsumendum est/paulus est idem petro. Et ad hunc modum in ceteris omnibus.

2. No. ¶ Equa ratione quando fit subsumptio sub antecedenti relatiui, vt fit in confirmatione, cauendum est inferendo relatiuū aliud referat in conclusione ꝗ in premissis, nam alias ꝗꝗ sepe consequentie sint bone (vt ꝗprimū monstrabitur) nunꝗ tamen erunt syllogistice, qz erunt equiualenter in quattuor terminis, vt si in syllogismo prime confirmationis relatiuū conclusionis quod in maiori referebat medium, referat subiectum eiusdem cōclusionis. ¶ Igitur si ex subsumptione sub antecedēte relatiui vis infallibiliter syllogistice concludere, exprimito in conclusione antecedens ipsum (vt de subsumptione dictum est) ad seruandū eandem relationem, vt/omnis homo est ipsemet, omne risibile est homo, ergo omne risibile est ipsemet homo. ¶ Et vero admittentes huiusmodi reciprocam relationem antecedentis alterius categorice debent subinde dicere ad debitam illationem exigi proportionabiliter sicut in subsumptione vt relatiuum referat in conclusione antecedēs ipsum situatum in premissis. Hac verūtamen regula annotata. Quando relatiuū reciprocum siue primitiue siue deriuatiue speciei refert antecedens alterius categorice distributum equiualenter distribuitur & ipsum absolute, equiualent eñ / petrus est ipsemet/ petrus omnis homo est, item/petrus suum equū videt/petrus cuiuslibet hominis equum videt (relatiuo referente subiectū huius) omnis homo est. Unde cum distributio absoluta maior sit ꝗ sigillata, cauendum est illis in tali illatione preter cōmunes defectus arguatur a sigillata distributione ad absolutam. ¶ Unde ad confirmationem concessa maiori negatur minor, arguitur eñ a sigillata ad absolutam distributionem ex parte relatiui, sequeretur tamen admissa tali relatione si relatiuū conclusionis referret medium in minori vbi nō distribuitur. ¶ Sed arguis. Sequeretur hunc syllogismum/ omnis homo est ipsemet, omne risibile est homo, ergo omne risibile est ipsemet (relatiuo conclusionis referente medium in minori) esse equa ratione in barbara, cuius tamen premisse sunt vere (vt notum est) & ꝙ conclusio sit falsa patet. Copulatiua ex minori & ꝯclusione est falsa, vt ptz per eius singulares .s. petrꝰ est homo & omne risibile est ipsemet (relatiuo semper referente predicatum / homo) ergo secunda pars que est conclusio est falsa. ¶ Negatur dictam conclusionem esse falsam, ꝗꝗ copulatiua ex minori & cōclusione sit falsa. Dictū eñ est pluribus locis primi tractatus ꝙ admisso hoc modo referendi stat copulatiuam esse falsam, (quia nō probatur copulatiue sed categorice) partibus seorsum resolutis existentibus veris. Et ita est in proposito quod scilicet si resoluas secundam partem seorsum ratione subiecti copulatiue, deinde ratione predicati disiunctiue demonstrando homines est vera, sicut hec / omne risibile est ipsemet homo/cui equiualet. Omnes tamen has argutias amputabis, si tam in subsumēdo ꝗ in inferendo ex primas semper añs cum relatiuo.

¶ Arguitur autem sic. Dicta cōsequētia confirmationis (relatiuo in maiori referente subiectū maioris & in conclusione subiectum conclusionis) est formalis, & non apparet locus alius per quē teneat, ergo est syllogistica, cui proinde non obstat relatiuū diuersa referre.

¶ Circa hanc disputationē procedunt nōnulli per diuisionem inducentes per omnem modum quo 3. No.
potest subsumi, aut sub toto antecedenti aut sub complexo ex ipso & alio termino, qui tamen processus superuacaneus est, cū in vna radice hec omnia appareant. Est eñ notandum ꝙ cum relatiuū referre reciproce & sigillatim sit referre antecedens pro omnibus eius suppositis, fit, vt si quid subsumatur sub tali antecedenti, relatiuū eodem modo cōueniat tali subsumpto in conclusione, que quidem consequentia non tenet syllogistice, qz in quattuor terminis, sed tenet tñ ꝗ exprimēs relationem sigillatam relatiui, vt patet in consequentia confirmationis ad quam proinde respōsum est. ¶ Hinc sequitur primo ꝙ si subsumptio fiat sub solo antecedēti, relatiuum in conclusione debet referre id totum quod sub tali antecedenti subsumitur, nam alias ratio regule deficiet. Quare non sequitur/omnis homo est ipsemet, omnis materia & forma sunt homo, ergo omnis materia & forma sunt ipsamet (relatiuo cōclusionis alteram partem antecedentis referente) omne aial est ipsummet, omnis homo & omnis equꝰ est animal, ergo omnis homo & omnis equus est ipsemet (ly et vtrobiq; diuisiue et relatiuo conclusionis alteram partem minoris referente) omne aial est ipsummet, omnis homo vel equus est aial, ergo ois homo vel equus est ipsemet (toto disiūcto vtrobiq; vnica acceptione distributo, & relatiuo cōclusionis referente partē)

q2 in omnibus non assumitur in conclusione pro antecedente relatiui id quod subsumebat pro supposito antecedētis relati in maiori, vbi proinde deficit ratio regule. Unde in primo et tertio syllogismo sequitur dicta conclusio, si relatiuū referat totum subiectum quod erat minor extremitas. Et pariter sequitur in secundo dūmodo relatiuū referat partes copulati disiunctiue in hoc sensu/omnis hō ⁊ omnis equus est ipsemet homo vel equus/nam si relatiuum includeret ly et diuisiuum, tunc faceret hunc sensum/ omnis hō est homo et equus et omnis equus est hō ⁊ equus. Quare maior esset vniuersalitas relatiui in cōclusione q̄ȝ in maiori. Quo fit vt ex dictis premissis secūdi syllogismi sequatur quoqȝ/ omnis homo vel equus est ipsemet. Hic autem/omnis homo ⁊ equus sunt ipsimet, petrus est hō, ergo petrus ⁊ equus sunt ipsimet/formalr sequit̄ q2 hic nō deficit ratio regule.

4. No. ¶ Restringunt nōnulli hunc modum inferendi q̄ vcȝ opus sit quando relatiuū conclusionis refert subsumptū sub antecedenti, vt non magis amplietur antecedens q̄ȝ relatiuū in conclusione. i. q̄ non stet supponere antecedens nō supponente relatiuo. In quo dicunt peccare hanc consequētiam/petrus ⁊ paulus erunt ipsimet, ioannes ⁊ thomas sunt vel erunt petrus ⁊ paulus, ergo ioannes ⁊ thomas erunt ipsimet/cuius premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, si ex partibus ioānis ⁊ thome desinentium nunc esse transpositis fiant post hac petrus ⁊ paulus. Sed certe non exigitur equalis ampliatio in relatiuo ⁊ in antecedēti. Sequit̄ nāqȝ/ois substantia erit ipsamet, michael est vel erit substantia, ergo michael erit ipsemet. Sed in priori cōsequētia variat̄ appellatio, q2 in maiori ly ipēmet refert sigillatim ad illas partes/petrus/paulus/denotando q̄ petrus erit ipsemet et paulus erit ipsemet, ⁊ in conclusione sigillatim ad illas partes/ioannes ⁊ thomas. Et eñ q̄ȝuis ambo simul supposita minoris extremitatis sunt ambo supposita medij, nō tamen suppositum partis est suppositū partis. Et ideo non est hic oīno rō regule. ¶ Sed arguis. Ex dictis premissis sequitur/ioānes ⁊ thomas sunt vel erunt ipsimet/vbi cōmittitur idem defectus appellationis, ergo defectus in primis erat propter defectū ampliationis. Concesso hic toto antecedēti negatur ꝯña, q2 dicta conclusio sequitur ex sola minori, immo ex sola constātia subiecti, ⁊ non q2 seruatur eadem ampliatio extremoꝝ, sequitur eñ/ioannes ⁊ thomas sunt vel erunt, ergo ioānes ⁊ thomas sunt vel erunt ipsimet. ¶ Sed arguit̄ adhuc. Non sequitur/omnis hō erit ipsemet, album est vel erit homo, ergo album erit ipsummet / q2 si hoīes cum alijs albis desinā̄t nunc esse albi, restent tñ nigri, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, et hic non variatur appellatio, ergo hic non est ille defectus. Multi cōcedunt ꝯñe hic assumpte instari in dicto casu, opinor tamen illam esse bonam q2 relatiuū in conclusione nō refert antecedens nisi pro eius materiali supposito, ⁊ ideo dicta cōclusio in tali casu est ꝟa, sequit̄ eñ/hoc erit ipsummet, hoc erit album, ergo album erit ipsummet. Quare nō licet exprimere a parte predicati cum relatiuo aliā cum ipsa cōnotatione, non eñ sequitur inde q̄ album erit ipsummet album, sed q̄ erit ipsummet ens quod est vel erit album. Unde in omnibus terminis singularis numeri existimo valere illum modū arguendi, aliā in cōclusione magis ampliato q̄ȝ relatiuum. Si tñ velles fingere relatiuū a parte predicati includere cōnotationē antecedentis, eodem modo variatur appellatio in hac consequentia sicut in priori, appellat eñ ly ipsummet in conclusione supra formale de ly album qualiter non appellabat in maiori.

5. No. ¶ Contra prefixam autē regulā arguitur. Non sequitur/quilibet equus hoīs, quilibet equ⁹ ipsiusmet est, petrus est. g. homo (.i. homo habens equū) ergo quilibet equus petri quilibet equus ipsiusmet est/nam si sint tantum duo equi quoꝝ solus brunellus possideatur a paulo ⁊ solus fauellus a thoma ⁊ ambo simul a petro, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, ⁊ tamen relatiuū in conclusione refert ly petrus qđ erat totale subsumptū sub ly hoīs, ergo regula falsa. ¶ Cōcesso toto aāti negatur ꝯña, cōmittūtur eñ in dicta ꝯña duo defectus vnus intrinsecus in subsumēdo. s. ex puris particularibus, nam ly hoīs in maiori nō distribuitur adhuc cum restrictione qua tenetur in minori, q2 nō equiualet huic/cuiuslibet hoīs habentis equū quilibet equus, quilibet equ⁹ ipsiusmet est/sicut equaleret si non esset aliā relatiui. Cōmittitur alius defectus extrinsecus, q2 variat̄ restrictio determinabilis maioris extremitatis, qđ tñ cum accipiatur vnica, nō dependet a resolutione determinationis restringētis (quī defectus superiori argumento principali expositus est). At si subsumas sub toto complexo. s. quilibet equ⁹ hoīs, quilibet equus ipsiusmet est, quilibet equus petri est equus hoīs, ergo quilibet equus petri quilibet equus ipsiusmet est/subsumptio credo optima est, nam mediū totale sufficiēter distribuit̄ in maiori, sed in inferendo est defectus, q2 ob variationem restrictionis determinabilis maioris extremitatis arguitur ab inferiori ad superius distributū (appellamus superius quod stat in aliquo casu mediāte aliqua copula supponere pro aliquo, inferiori nō supponente pro illo. Quare nō sequitur adhuc/quilibet equus regis, quilibet equ⁹ ipsiusmet est, equus petri, quilȝ equus cuiuslibet regis est, ergo equus petri quilibet equus ipsiusmet est/patet si petrus possideat duos equos quoꝝ vnicum possideat rex. Nec sequit̄ adhuc sine distributione maioris extremitatis/quilibet equus regis, equ⁹ ipsiusmet est, equus petri, quilibet equus cuiuslibet regis est, ergo equus petri equ⁹ ipsiusmet est/nam si pro determinabili maioris extremitatis accipias ly. a. qđ valeat tm̄ sicut possessum in. a. loco in quo petrus nihil possideat, in. b. tñ possideat brunellum qui possideat̄ a rege in. a, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, ⁊ naturalr instabis respectu copule de extrinseco tēpore/quilibet equ⁹ regis fuit currens ipsiusmet, equus petri quilȝ equ⁹ cuiuslibet regis est vel fuit, ergo equus petri fuit currens ipsiusmet/si brunellus qū possidebatur a rege, cucurrisset, qū vero a petro, nequaqȝ. Quare ex prioribus premissis inferendū est/equus petri est. a. qđ est ipsiusmet/⁊ ex secūdis/equus petri fuit currēs qđ fuit ipsiusmet/vbi cauetur ab vtroqȝ defectu, immo dicte conclusiones de maiori extremitate non distributa inferuntur, q̄ȝuis mediū non distribuatur in minori, siue subsumeres sub toto cōplexo siue sub determinatione. ¶ Queris autē rationem quare hec. v. g. ꝯña/quilibet equus hoīs, quilibet equus ipsiusmet est, petrus est. g. hō, ergo equus petri est equ⁹ qui est ipsiusmet/ valeat ⁊ nō valeat, si maior extremitas in conclusione distribuatur. Ratio est, q2 maior hec infert hanc/cuiuslibet hoīs habentis equum quilibet equus est equus qui est ipsiusmet/quam tñ non inferret si predicatū non distribueret̄ (vt casu superiori visum est). Et ideo maiori extremitate nō distributa ly hoīs equiualēter distribuitur sufficienter vt cum illa minori inferat illam conclusionē de maiori extremitate nō distributa, nō tñ sufficiēter distribuit̄ vt inferat illā vbi maior extremitas distribuitur.

¶ Ad hunc modum operaberis in syllogismis negatiuis. 6. No. Non eñ sequitur in bocardo/ materia ⁊ forma nō sunt ipsamet (relatiuo referente partem) omnis materia et forma sunt homo, ergo homo non est ipsemet/homo vel equus nō est ipsemet, omnis homo vel equus est animal, ergo animal non est ipsummet (in quibus arguitur ex contradictorio conclusionis superiorum consequentiarum cum eadem minori ad contradictoriū maioris) quia antecedens conclusionis non accipiebatur in minori loco solius antecedentis maioris. ¶ In hoc autem syllogismo/hoc quod est homo vel animal non est ipsummet (pronomine demonstrante petrum ⁊ relatiuo referente ly animal) petrus est animal, ergo hoc quod est homo vel petrus nō est ipsemet/si teneas ly animal non distribui in maiori, arguit̄ ex puris particularibus, et rebus vt nunc, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, nam in maiori sub ly animal dabitur vna singularis vera demonstrādo equum. Sed si placet modus ille primo tractatu expo

stus videlicet q toto complexo propositionis negatiue vnica acceptione singularizato, partes equiualenter distribuuntur, optima consequentia est, ⁊ maior est falsa ratione singularis sub ly animal in qua demonstratur petrus. ¶ Proportionabiliter ad modos affirmatiuos nõ sequitur in ferio / quilibet equus regis, equus ipsiusmet non est, equus petri quilibet equus cuiuslibet regis est, ergo equus petri, equus ipsiusmet non est / vt patet si rex habeat duos equos quorum vnicum possideat petrus, nam propter variationẽ restrictionis virtualiter arguitur a superiori ad inferius negatiue respectu maioris extremitatis. Et in ceteris omnib⁹ negatiuis simili proportione est vniuersaliter operandum, nam per syllogismos affirmatiuos innotescunt negatiui ex contradictorio conclusionis ⁊ altera premissarũ inferendo contradictoriũ alterius premisse.

¶ Quarto ad principale arguitur. Non sequitur / quelibet pars ⁊ alia pars sunt pars, omnis homo, quelibet pars ⁊ alia pars est, ergo omnis homo est pars / nam solo petro existente premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, et tñ arguitur in barbara, ergo barbara non est modus formalis. Quod si dicas argumẽtari ex puris particularibus ratione secunde partis medij, contra. Si a parte maioris extremitatis nulla ponatur cõfusa, dicta cõsequẽtia est formalis, ergo dictus defectus non obstat subsumptioni. ¶ Et confirmatur Non sequitur / omnis homo ⁊ alius homo sunt hoies, petrus est homo, ergo petrus ⁊ alius homo sunt hoies (relatiuo conclusionis referẽte medium in maiori) nam si sint soli petrus ⁊ paulus, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa, ⁊ tñ arguitur in darij, ergo dictus modus nõ est formalis.

¶ Pro horum solutione supponendũ
7. No. ex primo tractatu causa disputationis inter relatiuũ alietatis ⁊ suũ añs esse synonimitatẽ intrinsecam, ita vt he / omnis homo ⁊ alius homo sunt aialia, omnis homo ⁊ aliud animal sunt aialia / nõ sint similis forme. Quãq in rigore id nõ requiratur, nã relatiuũ alietatis solũ exigit pro substãtiuo vel antecedens vel aliquid superius ad ipsum, quare dicte propositiones forsan sunt similis forme ac proinde nulla esset hic maior difficultas q si nullũ esset hic relatiuũ. ¶ Illo tamen admisso ad subsumendũ sub relatiuo alietatis obseruandũ est, vt eundem terminũ referat in vtraq premissa, qui in altera distribuatur ne cõmittatur equiuocatio, potest enim hoc relatiuum referre antecedens alterius categorice forsan congruentius q relatiuum reciprocum, nam q q (equiualent / homo est alius homo, homo est non ipsemet homo) nõ tamen ly alius formaliter exprimit relatiuum reciprocum. Quare non sequitur in cesare / nullus homo est alius homo, quilibet homo vel homo est alius hõ, ergo quilibet homo vel homo non est hõ (relatiuo in maiori referente maiorẽ extremitatem et in minori primã partem minoris) nec sequitur / homo ⁊ petrus quilibet alius hõ et paulus sunt, paulus quilibet alius homo est, ergo paulus ⁊ paulus, hõ ⁊ petr⁹ sunt (relatiuo qd accipitur pro medio vtrobiq referente ly hõ in maiori) nam distributio relatiui añte non distributo non est sufficiens vt sit mediũ quo minus arguat ex puris particularibus. ¶ Valet tñ sepe subsumptio sub relatiuo referente diuersa aut referẽte terminũ particulariter supponẽtem ratione impossibilitatis premissarũ, si id fingas sufficere ad bonitatem ꝯñe, vt / hõ est alius hõ ⁊ equus est alius equus, ergo hõ est equus.

¶ Si autem fiat subsumptio sub com-
8. No. plexo ex relatiuo ⁊ alio termino, vt fit in argumẽto principali, tunc eedem sunt seruãde leges que in ceteris terminis, excepto q in hiis sepe particularitas equiualet vniuersalitati ⁊ confusa determinate. Unde q2 (vt. 17, ca. 1. tra. insinuatũ est) añte relatiui complete distributo, si a parte alterius extremi nulla ponatur confusa, non potest propositio affirmatiua verificari nisi toto complexo ex antecedente ⁊ relatiuo vnicum habente suppositum sm talem acceptionẽ, fit, vt nulla existente confusa a parte alicuius extremitatis optime sequatur / quilibet homo ⁊ alius homo, quilibet hõ sunt, omnia risibilia quilibet homo ⁊ alius hõ sunt, ergo ⁊c. ⁊ idem esset si maior extremitas supponeret determinate aut discrete, non obstante arguatur ex puris particularibus. Si tñ a parte maioris extremitatis esset aliqua confusa, q2 tunc subiectum totale potest pro pluribus suppositis sm talem acceptionẽ verificari, obstat talis defectus, vt patet in argumẽto principali. ¶ Excipitur ab hac regula quando tale mediũ est due determinationes eiusdẽ determinabilis, q2 tunc q uis nulla sit confusa non sequitur / cuiuslibet hois ⁊ alius hominis quilibet equus, quodlibet albũ est, quodlibet nigrum, cuiuslibet hois ⁊ alius hois quilibet equus est, ergo quodlibet nigrũ est albũ / vt patet si brunellus sit omne album ⁊ fauellus omne nigrũ, ⁊ petrus cum ioanne possideat brunellũ ⁊ cum thoma fauellum, paulus vero ecõtrario cum ioanne fauellũ ⁊ cum thoma brunellũ. Nec sequitur / cuiuslibet hois ⁊ alius hois quilibet equ⁹, quodlibet album est, omnia nigra quilibet hõ ⁊ alius homo sunt, ergo omniũ nigrorum quilibet equus, quodlibet albũ est / nam si petrus ⁊ paulus sint omnia nigra qui possideant plures equos nigros ⁊ ex eorum partibus fiant per transpositionẽ ioannes ⁊ thomas et petrus cum ioãne possideat brunellum et paulus cum thoma eundẽ brunellum qui sit omne album, premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa. ¶ Modi autem equiualentie plures sunt q que sub arte possint cõprehẽdi, nec possunt declarari nisi in propõnibus plurimorum terminorum in quibus proinde plus cõfusionis est q vtilitatis.

¶ Quando subsumitur sub añte rela- 9. No.
tiui, vt fit in cõfirmatione tunc proportionabilr sicut in relatiuis reciprocis ad formalr ⁊ syllogistice inferendũ exprimendum est in conclusione añs ipsum non distributum, vt. v. g. ex premissis confirmationis inferas, ergo petrus ⁊ ab hoie ali⁹ homo / sunt / hoies. Potest tñ congruẽtius q in relatiuis reciprocis referre eundẽ numero terminũ quẽ referebat in premissis dũmodo non distribuatur, nam tunc pariter sicut in relatiuis reciprocis argueret a distributione sigillata ad absolutam, ⁊ in hoc peccat paralogismus confirmationis. ¶ Itẽ etiã proportionabilr vt in reciprocis potest referre terminum subsumptum sub eius añti, dũmodo dictus terminus concedatur in simili casu in quo erat añs vt dicta consequentia teneat per hoc quod conclusio exprimat relationem sigillatam pro suppositis termini relati in premissis, vt in relatiuis reciprocis expositũ est. Quare relatiuo in conclusione confirmationis referente ly petrus est optima consequentia licet non sit syllogismus. Hec tñ / cuiuslibet hois homo est alius hõ, petrus est hois homo, ergo petrus est alius homo (relatiuo in maiori referente ly hois ⁊ in conclusione ly petrus) nõ valet, q2 nec subsumitur sub solo antecedẽti nec concluditur minor extremitas in casu in quo añs sumitur in maiori, ⁊ si essent v. g. infiniti hoies quorum primus possideret secundũ, ⁊ secundus tertiũ ⁊c. premisse essent vere ⁊ conclusio falsa, sequeretur tamen si subsumeres sub solo añti / petrus est homo / ⁊ concluderes / petri hõ est alius hõ. Et per hec in ceteris oib⁹ modis affirmatiuis operaberis. Et syllogizãdo ex ꝯtradictoria conclusionis ⁊ altera premissarũ ad ꝯtradictoriã alterius operaberis in negatiuis, sicut factum est in relatiuis reciprocis.

¶ Lectio quarta.

Quinto ad principale arguitur. Non sequitur / omnes duo apostoli dei sunt duo, omnes duodecim sunt omnes duo apostoli, ergo omnes duodecim sunt duo (medio in maiori distributo, et in minori collectiue tento et minori extremitate siue collectiue tenta siue distributa) q2 si essent nunc omnes duodecim apostoli dei, premisse essent vere ⁊ conclusio falsa, et tñ arguitur in barbara, ergo barbara nõ est modus formalis. Qd si dicas nõ licere mediũ in altera premissarũ distributiue ⁊ in altera collectiue teneri, cõtra. Si ediuerso in maiori collectiue ⁊ in minori distributiue teneatur,

consequentia est formalis, ergo ille non est defectus. ¶ Et cō firmatur. Non sequitur / omnes apostoli dei erunt duodecim, petr⁹ & paulus sunt omnes apostoli dei (vtrobiq; collectiue) ergo petrus & paulus erunt duodecim, q2 si tantum sint nunc petrus & paulus post hac vero alij decem cum illis, premisse sunt vere & conclusio falsa, & tñ arguitur in darij, ergo dictus modus non est formalis.

1. No. ¶ Pro horum solutione (in quibus signa collectiua accipiūtur vt non efficiantur partes extremorum) supponenda sunt que de natura signi collecti. 1. trac. ca. 11. le. 5. dicta sunt, duo presertim, vz q quando descenditur copulatim sub termino determinato a ly omnis, singularizādus est totus sicut totus modificatur a dicto signo. Unde q̄uis determinatio huius termini / equi hominis / feratur in totum copulatū in quod resoluitur determinabile, ita vt de brunello possesso a petro et fauello a paulo falsum sit dicere q sunt equi hominis, sed / equi hominū / quod est plurale de ly equus hois, nihilominus sub subiecto huius / omnes equi hominis sunt quattuor / non descendendū est sic / omnes hi equi & equi &c. hominis, sunt quattuor / sed sic / omnes hi equi hominis & hi equi hois &c. sunt quattuor / vt sit sensus / omnia supposita huius termini equi hominis simul sumpta sunt quattuor / nā in primo ascensu non singularizatur totus terminus in quem fertur ly omnes. Quare si sint tantū duo homines quorum vterq; possideat duos equos, dicta propositio est vera, licet eius preiacens sit falsa. Quo fit hanc / oēs duo apostoli sunt duodecim (collectiue) sit vera, nō eñ est sic ascendēdū, omnes &c. isti & isti &c. duo sunt duodecim / sed / oēs isti duo & isti duo qd per se est manifestius q̄ qd alia suasione egeat. ¶ Quo fit a propositione de signo collectiuo ad suam preiacentem in affirmatiuis nunq̄ valere argumentū, et inde rursus sequitur in negatiuis, a. termino distributo ad ipsum collectiue tentum nunq̄ valere argumentū quomodocūq; termini supponant, vt loco citato monstratū est. ¶ At a propositione affirmatiua de termino distributo ad affirmatiuam de eodem termino collectiue tento optime sequitur, dū modo a parte alterius extremi nulla sit confusa, nec talis terminus accipiatur in obliquo, vt sequitur / aliqui homines, omnes hoies sunt, ergo aliqui hoies, omnes hoies sunt (in antecedenti distributiue & in consequēti collectiue) & sequeretur si subiectum supponeret singulariter aut distributiue, sed non sequitur / omnes duo hoies sunt duo, ergo omnes duo hoies sunt duo. Nec sequitur / omniū duorum hominū quodlibet. a. quilibet equus est, ergo omniū duorum hominū quodlibet. a. quilibet equus est / nam si ly. a. valeat tantū sicut / possessum in aliquo loco / & singuli binarij hominū in singulis locis possideant brunellū non tamen omnes in eodem, premisse sunt vere & cōclusio falsa. ¶ Est ergo conclusio. Si medium in vtraq; premissarum collectiue teneatur, consequentia est syllogistica & tenet virtute syllogismi expositorij, non q talis terminus sit simpliciter singularis, sed q f̄m talem acceptionem non possit simul mediāte eadem copula de pluribus diuisim verificari. Si autem in altera collectiue teneretur & in altera particulariter, subsumptio non valeret, q2 non esset sufficiens distributio medij. At si in altera premissarū teneatur cum signo collectiuo, necesse est in altera itidem cum signo collectiuo teneri, nam alias cōmitteretur primus defectus intrinsecus. s. equiuocationis f̄m talem acceptionem. Nisi quando in altera ita distribuatur, vt ex illa inferatur premissa in qua teneatur cum

bricot qui nō vult cōcedere adhuc in insolubilibus duas contradictorias posse esse veras aut falsas. Nec id quidē ꝓbat, quin potius tanqꝫ principiū per se notū illud supponens, tradit modū respondendi in insolubilibus quo euiteꝶ oppositū concedere. Ait eñ ad veritatē propōnis affirmatiue requiri et ꝙ ita sit sicut per illā significatur et ꝙ non se falsificet, sed ad veritatem negatiue sat esse aut ꝙ ita sit sicut per ipsam significatur aut ꝙ eius cōtradictoria se falsificet. Unñ ex illis / hec est falsa, hec nō est falsa (prima vtrobiqꝫ demōstrata) asserit affirmatiuā esse falsam, qꝛ se falsificat ⁊ eadē ratione negatiuā esse verā. ¶ Per eadē supposita nōnulli hanc opinionē secuti, ad argumentum concedunt negatiuam esse veram et affirmatiuā esse falsam. Secundū patet, qꝛ affirmatiua se falsificat. Sequitur nāqꝫ / ita est sicut per illā significatur, ⁊ illa adequate significat negatiuā esse verā, ergo negatiua est vera, rursus ꝙ affirmatiua falsa per illud ꝓncipiū (inquiūt) per se notū. s. nō posse esse ꝯtradictorias simul veras. Et inde sequiꝶ negatiuā esse verā eo vez ꝙ sua ꝯtradictoria se falsificat. Ex quo inferūt ꝙ sicut oīs affirmatiua asserēs se esse falsam est falsa ⁊ sua contradictoria negatiua est vera, nō obstāte ita sit sicut per affirmatiuā significaꝶ ⁊ aliter ꝙ per negatiuā, eodē modo oīs negatiua negans se esse verā, est vera, ⁊ eius cōtradictoria affirmatiua est falsa, nō obstāte ita sit sicut per affirmatiuā significaꝶ ⁊ aliter ꝙ per negatiuā. ¶ Hec aūt opinio ipso eodē fundamēto cui innitiꝶ petit principiū, supponit eñ nō posse cōtradictoria esse vera nec falsa in insolubilibus, cuius oppositū (ad minus oppositum secūdi) pretendūt suadere argumēta oīa que sunt in insolubilibꝰ. Itē cōcedere illā negatiuā. s. hec nō est falsa / q̄ demōstrat affirmatiuā, itē ⁊ illā / hec nō est vera / que demōstrat se, esse veras, ⁊ tñ alr esse ꝙ per vtrāqꝫ significaꝶ, videꝶ cōi omniū sensui cōtraire. ¶ Igitur iuxta opinionē quam sustinemus (que certe est facilior) cōcesso cōtradictorias eē falsas modo exposito, negaꝶ inde sequi cōtradictorias eē veras, nec est eadē ratio. Contingit eñ primū, qꝛ dantur cōtradictorie quarum vna sigt ita esse sicut est et alia alr, illa que significat ita esse se falsificat, nō tñ potest contingere vt que significat aliter esse se verificet. Unñ ad argumentū conceditur illas esse contradictorias, sed vtraqꝫ est falsa, negatiua, qꝛ se falsificat, et affirmatiua, qꝛ aliter est ꝙ per ipsam significatur. Sequitur nanqꝫ / ita est sicut per negatiuam significatur, ⁊ illa adequate significat se non esse verā, ergo ita est, ac subinde est falsa. ¶ Quo fit vt idē omnino sit

ꝙ vtraqꝫ contradictoriarū demonstret negatiuam negantem se esse veram ⁊ demonstret affirmatiuam asserentē se esse falsam, sicut idem est ꝙ vtraqꝫ demonstret affirmatiuam asserētem se esse veram aut negatiuam negantem se esse falsam. Ubidqꝫ sicut nulla harum / hec est vera / hec non est vera / (prima vtrobiqꝫ demonstrata) se verificat aut se falsificat, qꝛ nec ex ita esse sequitur eā esse falsam, nec ex alr esse, esse verā ita nulla harū / hec est falsa, hec nō est falsa (vtroqꝫ pronome demonstrante negatiuā) se verificat aut se falsificat. Et ideo qꝛ nō est maior rō huius ꝙ̄ illi⁹, cōcedēdū est, ex primis affirmatiuā esse verā (qꝛ asserit se esse veram) ⁊ negatiuā esse falsam, ⁊ ex secūdis negatiuā esse verā (qꝛ negat se esse falsam) ⁊ affirmatiuam esse falsam.

¶ Secundo ad principale. s. ꝙ due contradictorie in insolubilibus sunt vere, arguitur. Sit petrus qui proferat hanc propōnem / deus est / paulus vero qui proferat / solus petrus dicit verū / nec sint alij loquentes, tunc vel illa exclusiua est vera vel sua contradictoria, si primū cū illā proferat paulus, ergo nō solū petrus dicit verū, que est cōtradictoria dicte exclusiue cōcesse. Si autē negatiua sit vera, cū id nō sit ratione pme exponētis, erit rōne secūde vez / aliquis nō petrus dicit verū / ⁊ cū nullus ali⁹ a petro loquaᷣ nisi paulus, paulus dicit verū ⁊ cum nō proferat nisi cōtradictoriā dicte negatiue, ipsa est vera, vnde quicquid dixeris sequuntur duo contradictoria vera.

1. No. ¶ Ad hoc admisso casu negatur dictas contradictorias esse veras, ⁊ quacūqꝫ proposita respōdeᷣ eā esse falsaꝫ, affirmatiua qꝛ se falsificat ⁊ negatiua qꝛ significat alr cꝫ ꝙ̄ est. Sequiᷣ nāqꝫ / ita est sicut per illā exclusiuā significatur, ꝙ̄ nullus ali⁹ a petro dicit verū, rursus, ergo paulus proferēs illā propōnem dicit falsum. ¶ Equa ratione respondendū argueti ita esse simul sicut significaᷣ per hanc propōnem / tot sunt adequate propōnes vere quot false / ⁊ sicut significatur per suā contradictoriā / casu quo cū dicta affirmatiua sint he sole tres propōnes / deus est / hō est aial / hō est lapis / sic. Uel affirmatiua est vera vel negatiua, si primū, ergo sunt tres ꝓpōnes vere ⁊ sola vna falsa, ergo nō tot adequate sunt vere quot sūt false, ac proinde due ꝯtradictorie vere. Si aūt negatiua sit vera. i. si ita sit (qꝛ in illo casu nō existit) affirmatiua est falsa, ergo due sunt false ⁊ due vere, ergo tot sunt adequate vere quot false, ac subinde hec vltima cōclusio stat adequate cū sua cōtradictoria. ¶ Dicendū eñ dictā affirmatiuā eē falsam qꝛ se falsificat. Sequiᷣ eñ / ita est sicut per illā significatur, ⁊ cū preter illam sint due vere ⁊ vna falsa, ergo est falsa, alias non esset ita ꝙ tot adequate essent vere quot false. Est tñ ita sicut per illā significaᷣ ⁊ alr ꝙ̄ significatur per suā cōtradictoriā, ac proinde ambe sunt false. Hoꝝ instar de ceteris id genus facile disputabis.

¶ Tertio ad principale arguitur. Sit casus ꝙ ois ⁊ solus hō albus proferat solū falsum, ⁊ ois ⁊ solus ille qui nō est alb⁹ solū verū. In quo casu proferat petr⁹ hanc propōnem / petrus est albus / que solū significet id qd̄ sonat, in hoc eñ sensu in oibus precedētibus ⁊ sequētibus procedimus. Tunc vel dicta propō est vera vel sua ꝯtradictoria negatiua. Si primū, ergo petrus proferēs ipsam nō est alb⁹ (cū illi soli qui nō sunt albi ꝓferāt verū) ac subinde dicta negatiua stat in veritate cum sua ꝯtradictoria affirmatiua. Si scdm ꝙ vez negatiua sit vera, ergo petrus proferens affirmatiuā profert falsum, ⁊ cū solus hō albus proferat falsum ex casu, sit, vt petrus sit albus, ac proinde dicta affirmatiua stet in veritate cum sua contradictoria negatiua.

3. No. ¶ Ad hoc argumentū ⁊ similia que in insolubilibus multa fieri solēt, posset quis forsan respondere negando casum, vez ꝙ repugnet petrū proferre dictā propositionē admisso illo casu, nā inde sequitur ipsum esse album ⁊ non esse albū (vt inter arguendū deductū est). Prestat tñ dicere totum casum esse possibilē, sed dictam propōnem quā petrus profert se falsificare, qꝛ ad ita esse cum propōnibus que in illo casu sunt vere, et per illationes que in dicto casu sunt bone infertur illaꝫ esse falsam. Nā sequitur bene / ita est sicut per illam significatur, ⁊ ipsa adequate significat petrum esse albū, ergo ita est / ⁊ cum ois homo albus proferat falsum, petrus profert falsuꝫ, ⁊ non ꝓfert nisi illā, ergo illa est falsa. Et tñ ita est sicut per illā significaᷣ, qꝛ in toto casu impliceᷣ petrum esse albū, ac proinde sua contradictoria est simul falsa cū illa. De vtralibet ergo queraᷣ an sit vera, respondēdū est negatiue. ¶ Hinc patet non solū propōnes asserentes se aut alis se demonstrātes esse falsas, aut asserentes prolatorē dicere falsum, verū ⁊ multas in quibus nō poniᷣ talis terminus / falsum / se falsificare vt in superiori argumēto ⁊ in hoc item manifestū est. ¶ Sed quid si parū mutetur casus hoc modo, ꝙ ois ⁊ solus hō albus proferat propōnem significantem alr esse quā est, ⁊ ois ⁊ solus ille qui nō est albus proferat propositionē significātem ita esse sicut est, tunc eñ ita est sicut per duas cōtradictorias significaᷣ, nam vel ita est sicut significatur ꝑ affirmatiuā vel ita sicut per negatiuā. Si primū cū petrus proferat illā, ergo petrus non est albus, qꝛ solus ille qui non est albus profert propōnem significantē ita esse sicut est, ac proinde ita est sicut significaᷣ ꝑ duas cōtradictorias. Si secundū vez ꝙ ita est sicut significaᷣ per negatiuā / petrus nō est albus / ergo petrus profert propositionem significantem ita esse sicut est, ⁊ solū profert contradictoriā dicte negatiue, ergo ita est sicut per duas cōtradictorias significatur. ¶ Ad hanc replicā posset forsan responderi admisso casu negando ita esse sicut per aliquā dictarū contradictoriarū significaᷣ, qꝛ ad ita esse sicut significaᷣ per affirmatiuā sequitur alr esse. Sequitur nāqꝫ ita est sicut per illā / petrus est albus / significatur, ergo petrus est albus / rursus per casum profert propositionē significantē alr esse ꝙ̄ est, ⁊ non profert nisi illā, ergo aliter est ꝙ̄ per dictā affirmatiuā significatur. Eodem modo ad ita esse sicut significaᷣ per negatiuam sequitur alr esse. At vero cū in illo casu necesse sit petrū esse albū aut non esse album, necesse est cōcedatur ita esse sicut per alterā significaᷣ, et de vtralibet id concedatur, sequitur simul ita esse sicut per eius contradictoriā significaᷣ. Quod manifestat dictum casum repugnare ac subinde non esse admittendum.

¶ Quarto ad principale arguitur. Sit casus ꝙ petrus custos pontis paciscatur cum paulo volente transire pontē hoc modo. Si prima propō quā protuleris fuerit vera, permittā te transire, si vero falsa, non permittam, ⁊ tunc prima propō quā paulus proferat sit hec / tu non permittes me transire. Quo casu arguitur dictā negatiuā cum sua contradictoria simul esse veras. Nam vel affirmatiua est vera vel negatiua. Si primum, ergo ita est ꝙ petrus permittet paulū petransire, ⁊ ideo per casum prima propō quā paulus profert est vera que erit cōdicio. Et cū illa sit negatiua cōtradictoria affirmatiue concesse, sit duas contradictorias simul esse veras. Si secundā, ergo prima propō quam paulus profert est vera (qꝛ illā primo profert) ergo petrus permittet paulum pertransire cū condicio pacti sit adimpleta, ac subinde due contradictorie sunt simul vere.

¶ Ad hoc cōmune sophisma codē modo respondendum est quo ad superius vez vtrāqꝫ esse falsam, negatiuam qꝛ se falsificat ꝙ̄ꝙ̄ ita sit sicut per illam significatur, ⁊ affirmatiuam qꝛ aliter est quā per eam significatur. Sequitur nanqꝫ / ita est sicut per negatiuam significatur, et illa adequate significat paulum non permittendū fore pertransire, ergo ita erit, ergo non est adimpleta cōdicio vez ꝙ prima propositio quam protulit fuerit vera, ergo cū fuit eadem negatiua, illa est falsa. Unde si nullam aliam propositionē proferret paulus, nunꝙ̄ permitteretur pertransire quia nunꝙ̄ erit adimpleta condicio. ¶ Sed quid si petrus dicat / si ita fuerit sicut significatur per propositionem quam primo protuleris / permittā te pertransire, si vero aliter, non permittā, ⁊ paulus proferat eandem negatiuam. Tunc vel ita est sicut 4. No.

significatur per affirmatiuam vel ita sicut per negatiuam, si primum, vez q petrus permittet paulum pertransire, ergo condicio est adimpleta, alias nō permitteret, ergo ita est sicut per primā propositionem quam protulit significat, et illa est negatiua contradictoria affirmatiue concesse, ergo ita est sicut significatur per duas cōtradictorias. Si secundū cum illa sit prima propō prolata, condicio est adimpleta, ac proinde petrus permittet paulū pertransire, que est cōtradictoria negatiue cōcesse. ¶ Concesso casu qui nō potest negari, negat ita esse sicut per aliquā illarū significatur. Immo aliter est quā significatur per affirmatiuā, qr in rei veritate non permittet pertransire cū per prolationē negatiue non adimpleat condicio, et aliter quā per negatiuā, qr ad ita esse sequit nō ita esse. Sequitur nanq3, ita est sicut per illā significat, et per illā adequate significat q petrus non permittet etc. ergo ita est, ergo non adimplet condicio, qr alias permitteret, ergo non est ita sicut significat per propōnem primo prolatā, que est eadē negatiua. Vel si mauis (in idē quippe redis) concesso ita esse sicut per dictam negatiuā significat, negato inde sequi condicionē adimpleri, qr ad ipsam adimpleri sequitur ipsam non adimpleri, que quidem reflexio in omni pacto subintelligit excludi.

5. No. ¶ Cōsiderato pro disputatione huiusmodi insolubiliū differentiā inter solutionē hāc et illam replice superioris argumenti. Interest nāq3 inter hoc qd est dicere, sit casus q ois et solus homo albus proferat propōnem significantē alr esse etc. (vt illic dictum est) et hoc qd est dicere/ petr9 faciat pactū cum paulo q si ita fuerit etc. (vt hic dictū est) nā illic in toto casu implicatur petrū esse album et nō esse album (vt facile est deducere) hic vero nō includit petrū permittere paulū pertransire et non permittere, immo stat q petro pacīscente cū paulo hoc modo, paulus proferat dictam negatiuam. Obidq3 negabatur ille casus tanq3 repugnans et hic admittit. ¶ Vā si diceres hic, sit casus q si ita fuerit sicut significat per primā propōnem quam protulerit paulus pertransibit pontē, sin vero aliter, nō ptransibit, et prima propositio sit hec: paulus non pertransibit/ nō est admittēdus casus tanq3 repugnans qr inde infertur paulū pertransire et nō pertransire, qr necesse est dare q ita erit q pertrāsibit aut q ita erit q non pertransibit. ¶ Propositionabilr supponatur ab aliquo arguente hoc modo, sit ita q si petrus cenabit paulus cenabit, et si petrus non cenabit paulus nō cenabit, item q si paulus cenabit petr9 nō cenabit, si vero paulus nō cenabit petrus cenabit, non est ei admittēdus casus qr partes ei9 manifeste repugnant. Si autē supponat hoc modo/ sit ita in re q si petrus cenabit paulus cenabit, et si petrus nō cenabit paulus nō cenabit, et tunc dicat petrus paulo si tu cenaueris ego non cenabo, sin vero non cenaueris ego cenabo, admittēdus est. Nam cū veritate casus stat q postea petrus proferat illa verba cū intentione se obligandi. Et tunc cōcendū est q petrus non cenabit, ac proinde ex casu nec paulus. Sed non inde rursus sequitur ex pacto q petrus cenabit qr ad ita esse sicut per hanc vltimā cōclusionē significatur cū propōnibus que in dicto casu sunt vere sequitur nō ita esse vt facile est deducere. Et ad hunc modū loquendū est in plurimis aliis casibus reflexiuis que hoc instar multiplicari solent, quorū precipuos .1. trac. c. 16. le. 3. expressos habes.

¶ Quinto ad principale arguit. Duo termini contradictorij verificantur in reflexiuis de eodem, ergo duo contradictoria possunt esse vera. Consequētia est nota qr ex primo potest probari secundū arguendo ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuā de pdicato finito, et añs patet. Diffiniatur diffinitū propinquū (causa disputationis) q sit res de qua verificatur diffinitū remotū (diximus eñi in principio intro. diffinitū propinquū esse rē cui9 natura exprimit per diffinitionē, et remotū, esse terminū cui9 significatū exprimit p diffinitionē) et qr oppositū diffiniti p oppositū diffinitionis diffinit, sit nondiffinitū propinquū non res, de qua verificat diffinitū remotū. Tūc probat q de quacūq3 re mūdi verificentur hi duo termini cōtradictorij/ diffinitū propinquū/ nōdiffinitū propinquū. Querit nāq3 v. g. an petrus sit diffinitum propinquum necne. Si primū, ergo est res de qua verificat diffinitum remotū, sed diffinitū remotum est ly/ non diffinitum propinquū, ergo illud verificatur de illo, ac proinde duo termini cōtradictorij de eodem. Si secundū, ergo est nondiffinitū propinquū (a negatiua ad affirmatiuā) sed idem predicatū est diffinitum remotū dicte diffinitionis, ergo diffinitū remotū verificatur de petro, rursus, ergo petrus est diffinitū ppinquū, de quo proinde duo tri cōtradictorij verificant.

¶ Argumentum hoc petit possint nempe termini cōtradictorij de eodē verificari aut falsificari. Ad qd respondet q in reflexiuis quēadmodū dantur cōtradictoria simul falsa ita duo termini cōtradictorij qui falsificant de eodem, et quēadmodū repugnat duas contradictorias simul esse veras, ita duos terminos cōtradictorios simul verificari de eodem. Primū patet in his/ hec est falsa/ hec est nō falsa/ vtroq3 pronomie demonstrante primā. Et secundum constat q si petrus esset. a. et nō. a. ex scda parte sequeretur q nō esset. a, quo fieret duas cōtradictorias simul esse veras. ¶ Cū audis duos terminos cōtradictorios nō verificari de eodē, subintelligito excludi sophisticas oēs importunitates. s. contradictorios inter se. Item de eodē termino singulari, nam sicut nihil vetat terminos cōtradictorios verificari de eodē particulariter supponente, vt/ aial est homo, aial est nōhomo/ ita nec vetat falsificari de eodem vlr supponēte, vt/ omne aial est homo omne aial est nō homo. Item vniuoce tento, nā iudas est beatus et iudas est nō beatus, subiecto equiuoce tento. Itē pro eodem instāti, et seclusa vniuersalitatis appellatione, nam sicut possunt termini contradictorij mediante copula particulari verificari de eodē, vt/ deus possibilr est creās, deus possibiliter est non creans/ ita mediante vli possunt falsificari, vt/ deus necessario est creans deus necessario est nō creans. Itē in propōnibus pure affirmatiuis qr petrus est hō et nō tantū petrus nō est nonhō etc. ¶ Igit ad argumentū admissa (causa disputationis) impositione illa, respondet q nec petr9 nec aliqua res est diffinitū propinquū illius diffinitionis. Et cū arguitur/ petrus non est diffinitū propinquū ergo est nōdiffinitum propinquū/ concedit cōña, sed cū inde infers ergo diffinitū remotū (quod est predicatū conclusionis) verificat de petro, negatur cōña, nam q3uis ita sit sicut significat per dictam cōclusionē, tñ predicatū non verificat de subiecto qr ad ipm verificari sequitur ipsum nō verificari. Sequitur nāq3/ verificatur ergo ita est sicut per talē propōnem significatur vez q petr9 est nondiffinitū propinquū, rursus, ergo est res de qua nō verificat diffinitū remotū, et illud idem predicatū est diffinitum remotū, ergo non verificatur de petro. ¶ Unde concedendū est dictū predicatū supponere pro petro, cum affirmet de illo in propōne significāte ita esse sicut est, et nō habeat nō suppositionē annexā, nam ex hoc qd non verificat, qr id solū contingit ratione nō verificationis annexe, nō sequit ipsum non supponere. Obidq3 si diffinires diffinitum propinquum quod esset res pro qua non supponit diffinitū remotū, tunc dictum predicatum verificaretur de petro, tamen non supponeret pro illo. Horum instar in ceteris operet cui in his libuerit immorari. 6. No.

¶ Caput tertium.

QUeritur secūdo an sit dare in insolubilibus cōñam bonā cuius añs sit verū et cōñs falsum. Et videtur pars negatiua vera, qr hoc ipsum est cōñam esse bonā qd non posse añs esse verum sine cōñti. Sed ex dictis manifeste sequitur pars affirmatiua. Hec nanq3 cōña/ hoc cōñs est falsum ergo hoc cōñs est falsum/ vtroq3 pronomine demōstrante cōñs, et hec/ omnis propō particularis est falsa, ergo aliqua propō particularis est falsa/

solis antecedēte ⁊ ꝯsequēti existētib⁹, ⁊ multa alia id genus sunt bone, in quibus tamē (vt supra visum est) añs est verum et consequens falsum.

1. No. ¶ Quēadmodum non repugnat duas contradictorias in reflexiuis esse simul falsas, ita nec repugnat in bona ꝯña añs esse verum ⁊ ꝯñs falsum, vt patet in ꝯsequentijs adductis a synonimo ad synonimū ⁊ a subalternāte ad subalternatam. Obidq̧ q̄q̄ bone ꝯñe nō sit alia constituenda diffinitio quam illa Petri hisp. 1. trac. c. 16. ꝙ vel sit illa in qua añs non potest esse verū sine ꝯsequēti, ne pluribus particulis obscurior fiat, est nihilominus exponēda. i. in qua non potest ita esse sicut significaꝶ per añs quin ita sit sicut significatur per ꝯñs nisi ad ita esse consequētis sequaꝶ aliter esse. Nam in ꝯsequētijs hic assumptis ita est sicut per consequens significaꝶ quēadmodū ita est sicut per añs. Sed additur vltima particula vt includatur hec bona ꝯña / aliter est quā per hoc ꝯñs significatur, ergo alr est quā per hoc ꝯñs significatur, vtroq̧ pronole demonstrante ꝯñs, in qua aliter est quā per ꝯñs significaꝶ ⁊ ita sicut per añs. ¶ Sunt qui sicut nollunt admittere duas ꝯtradictorias simul esse falsas, ita nec volunt concedere añs bone ꝯñe esse verum ⁊ ꝯñs falsum, cuius opinionis est thomas bricoth. Unde ad maliciā ꝯñe sufficit scdm hos ꝙ consequens se falsificet, añs vero nō. Hoc autē videtur mere gratis dictū, presertim cum negēt ꝯsequentiā a synonimo ad synonimū esse bonam, cuius tn̄ ꝯñs non solum includiꝶ in añti, verūetiā est idem cū illo. Obidq̧ facilior modus est qui a pluribus vniuersalius teneꝶ. Etenī sicut contradictorias esse simul falsas in reflexiuis cognoscitur nō repugnare primo principio in hoc qd̄ intellectus non proinde dissentitur ambabus, ita añs esse verum ⁊ ꝯñs reflexiuum falsum ostendiꝶ nō repugnare primo principio in hoc qd̄ intellectus nō proinde assentiꝶ añti ⁊ dissentiꝶ ꝯñti. Quin immo in consequētijs hic adductis eodē modo assentiꝶ consequētibus quo antecedētibus. Nisi dixeris ꝯñs vltime destruere suū sciri vt infra videbitur. Cetera autē que contra hanc expositionē bone ꝯñe extra insolubilia insurgere possunt, ibi exterminata sunt. ¶ Hinc sequitur aliquam esse bonā ꝯñam cuius ꝯñs est impossibile ⁊ añs contingēs, vt / hoc ꝯñs est impossibile ergo hoc ꝯñs est impossibile. Nam ꝙ ꝯñs sit impossibile manifestat reflexio, ⁊ ꝙ añs sit contingens / patet, q: ꝯsequēti existente in rerū natura ita est sicut per añs significatur, ⁊ nō existente, aliter, nec se impossibilitat. Immo stat ꝯsequens bone ꝯñe esse impossibile ⁊ añs esse necessarium, vt / hoc ꝯñs potest eē impossibile ꝗ hoc ꝯñs pōt esse impossibile. Multa alia id genus corollaria pōt hic quicunq̧ inferre.

¶ At cōtra solutionē questionis arguitur. Sequeretur inde ꝙ modi perfecti prime figure non regularenꝶ per dici de omni ⁊ dici de nullo contra Aristo. 1. prio. Nō sic patet, hec ꝯña / ols cōclusio est falsa, cōclusio de darij est cōclusio ergo cōclusio de darij est falsa, est in darij ⁊ tn̄ aliquid est sumere sub subiecto maioris de quo non verificatur predicatum, q: in dicta ꝯña premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa ipsa sola existente, ergo. Quod si dicas pdicatū cōclusionis verificari de subiecto eo qd̄ affirmatur de illo in propōne significante ita ita esse sicut est, arguitur de hoc / ols cōclusio significat aliter esse quā est, cōclusio de darij est conclusio, ergo cōclusio de darij significat alr esse quā est.

2. No. ¶ Ad hoc argumētū negatur sequella et ad primā probationē recte responsum est. Sed ad secundū syllogismū negatur ipsum nō regulari per dici de omni, nam dictum principiū intelligiꝶ in hoc sensu nihil est sumere sub subiecto quin de illo dicaꝶ predicatū in propōne significante ita esse sicut est, nisi ad ita esse talis cōclusionis sequaꝶ aliter esse, qd̄ conuenit dicto syllogismo. ¶ Arguis autē ꝙ in dictis premissis dentur termini in quibus omni ⁊ in quibus nulli, primū enī patet q: hec copulatiua / ols cōclusio est falsa ⁊ conclusio de darij est conclusio ⁊ ols conclusio de darij est falsa / stat in veritate casu quo subalterna tertie partis existat in rerum natura ⁊ cū prioribus duab⁹ partibus constituet syllogismū in darij, nam in tali casu q̄q̄ talis conclusio sit falsa q: se falsificat, nihilomin⁹ tertia pars dicte copulatiue est vera q: non se falsificat cū non sit conclusio de darij. Secundū membrū patet, nā cum dicte premisse sint vere ⁊ cōclusio falsa, contradictoria eius vtputa negatiua stabit in veritate cum premissis qd̄ est dare terminos in quibus nulli. ¶ Huius responsio ex dictis patet, nam q̄q̄ predicta conclusio sit falsa premissis existentibus veris, nō tn̄ sequitur inde ꝙ contradictoria eius negatiua sit vera, immo stat simul falsa cum illa, quare non danꝶ termini in quibus nulli. ¶ Eodem modo hic syllogismus / nulla conclusio est vera, ols conclusio de cellarent est conclusio, ergo nulla conclusio de cellarent est vera / regulatur per dici de nullo, q̄q̄ premisse sint vere ⁊ cōclusio falsa, nec in dictis premissis dantur termini in quibus omni sed solū in quibus nulli. ¶ Arguiꝶ autē hinc cōsequētias modorꝫ perfectorꝫ non reflexiuas non esse formales, vtputa hec / omis mulier est alba, mulier hyspana est mulier, ergo mulier hyspana est alba / q: illa hic assumpta cuius ꝯñs se falsificat est eiusdem forme, cuius tn̄ premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa. ¶ Ad hoc licet posset negari ꝯñam cuius cōsequēs se falsificat esse eiusdē forme cum illa cuius ꝯñs non se falsificat, prestat tn̄ dicere non obstare formalitati syllogistice dare in simili forma in reflexiuis ꝯñam cuius premisse sunt vere ⁊ cōclusio falsa poq̧ nec id obstat bonitati ꝯñe.

¶ Secūdo principaliter arguitur. Admissis his reflexiuis datur bona ꝯña cuius añs est verum ⁊ cōsequens falsum, adhuc ꝯña nullam habente reflexionē supra se, ergo diffinitio bone ꝯñe non valet in insolubilibus. Probaꝶ añs, hec ꝯña / si hec ꝯña est bona, homo est lapis / (pronomine demōstrante ipsammet ꝯñam) est bona ⁊ tn̄ añs est verum ⁊ ꝯñs falsum, nec ꝯñs est reflexiuum, ergo. Patet vtraq̧ pars añtis. Uel illa ꝯña est bona vel mala. Si primū ergo ita est sicut per añs significatur cum idipsum adequate significet, ⁊ aliter est quā significatur per ꝯñs cum sit impossibile, ergo est mala. Si autē dixeris esse malam, cum res non possint meli⁹ se habere vt sit bona, añs est impossibile, vnde rursus sequitur ipsam esse bonam.

¶ Hoc argumētum qd̄ primo tra. ca. 16. le. 2. formatū fuit facillime solutionis est scdm rei veritatē. 3. No.
Claret nāq̧ dictā ꝯñam esse malam cum ꝯñs illud nec includatur in añti nec aliquā cōnexionem habeat cum illo. Item q: dicta ꝯña se malificat, (qd̄ est dicta) ad ipsam esse bonā sequitur ipsam esse malam (nā sequitur añs esse verū ⁊ ꝯñs falsum) ⁊ cū infers / illa est mala ergo añs est impossibile / conceditur, sed inde nō sequitur rursus ꝯñam esse bonā, vt loco citato persuasum est. Est aūt Martinus de magistris qui nollens nec in insolubilibus admittere ꝯñam cuius añs est impossibile esse malā, compelliꝶ dicere dictam ꝯñam esse malā sed non subinde sequitur añs esse verum. Notat enī ꝙ cū antecedens significans ꝯñam esse bonā, significet proinde ꝯñs sequi ad añs, fit vt partialr significet illud ꝙ ꝯñs, quare non solum significat cōsequentiā esse bonam, verum ⁊ hominē esse lapidem. Hec autem opinio loco citato impugnata est. Que oculatius pensata, minorē adhuc habet apparētiam. Quis enī dicat antecedēs illud significare hominē esse lapidē assertiue ad minus (vt ipse supponit, dicēs illud esse impossibile) Dato enī illi gratis ꝙ significet hominē esse lapidē eo modo quo tota ꝯña (non enī potest aliter intelligi), perspicuū est totam cōsequētiam nō significare assertiue hominē esse lapidē, sed illatiue. s. ꝙ si ꝯña est bona ⁊c. vnde nō sequitur añs esse impossibile immo verum cū ipse concedat dictam illationem esse bonam quā ipsum añs adequate significat. Motiuū itēq̧ illius ibidem quoq̧ solutū est. ¶ Igitur admisso (disputationis gratia) ad bonitatē ꝯñe sufficere añs eē impossibile, restringendū est adhuc insolubilibus. Unde dicendū est dictā cōsequētiam esse malam ac subinde añs esse impossibile, sed cum

inde rursus infertur illam esse bonã, negatur ꝯña, qꝛ se maleficat. ¶ Idem dicendũ de hac/si deus est hec ꝯña non est bona. Nempe ad illam esse bonã sequitur ipsam esse malam, sequitur nãqꝫ inde aliter eẽ quã per ꝯñs significatur, ⁊ cum ita sit sicut significatur per añs, sequitur ꝯñam esse malam. Vñ concedenda est esse mala ac subinde ꝯñs esse necessarium (qꝛ res nõ possunt melius se habere quã nunc vt sit bona) sed cũ inde rursus infertur ꝯñaꝫ esse bona, negatur ꝯña, qꝛ se maleficat. Idẽ dicendũ de hac/si hec ꝯña est bona hec ꝯña non est bona ꝙ vꝫ est mala qꝛ se maleficat.

4. No. ¶ Arguitur autem ꝙ dicte consequentie non se maleficent. Maxime eñ per hanc illationẽ/hec cõsequẽtia est bona, ergo ita est sicut per añs significatur, ⁊ alr est quã significatur per ꝯñs, rursus, ergo est mala/ sed hec vltima ꝯña non valet cum in reflexiuis (vt supra dictum est) stet ita esse sicut significatur per añs ⁊ aliter quã significatur per cõsequens. ¶ Ad hoc forsan quis negaret dictas consequentias maxime se maleficare per illas ꝯñas, sed per has/hec cõsequentia est bona, ergo ita est sicut per añs significatur ⁊ aliter quã per ꝯñs, sed ꝯñs nõ habet alr annexũ, ergo est mala. Nã si ꝯceditur in insolubilibus ita esse añtis bone ꝯñe et alr consequẽtis, hoc est quando ꝯñs habet aliter annexum. Sed tunc sequeretur illam ꝯñam/deus est ergo hec ꝯña non est bona/non se maleficare, cuius oppositũ omnes concedunt, nam consequẽs habet aliter annexũ, cum ad eius ita esse sequatur aliter esse. Sequitur nãqꝫ, ita est sicut per ipsum significaꝫ, ⁊ cum res nõ possint melius se habere vt aliter sit, ipsum est necessariũ, rursus, ergo ꝯña est bona (admittitur eñ hec ꝯña) rursus, ergo aliter est quã per ipsum significaꝫ. ¶ Itẽ sequeretur hanc ꝯñam/si hec ꝯña est bona aliter est quam per hoc ꝯñs significatur/non se maleficare qð esset prebere ansam volenti sustinere illam esse bonam, nam cõcesso proinde ita esse sicut per añs significatur ⁊ aliter quã per ꝯñs, diceret id contingere qꝛ consequens habet aliter annexũ, vnde non sequeretur eam esse malã. ¶ Igitur prestat dicere ad replicã principalem ꝙ ad aliquã ꝯñam se maleficare sufficit ad ipsam eẽ bonam inferri esse malam per ꝯñas extra insolubilia teneñtes (vt diximus de propositione se falsificate) nam alias peteretur principiũ in huiusmodi deductionibꝰ. ¶ Sed arguis, ergo hec ꝯña/si aliter est quã per hoc ꝯñs significatur aliter est quã per hoc ꝯñs significatur/se maleficat, nam ad ipsam esse bonã sequitur ita esse sicut per añs significatur ⁊ alr quã per ꝯñs, ⁊ inde per te sequitur esse malam. ¶ Negatur ꝙ ad ipsam esse bonam sequatur ⁊c̃. nam ita esse añtis ⁊ aliter consequentis nõ sequitur ex hoc qð ꝯña sit bona, sed qꝛ aliter est quã significatur per ꝯñs et hoc significat añs, est tamẽ bona qꝛ arguitur a synonimo ad synonimũ. Si quis autem argumento hoc vehementius pressus voluerit modũ priorem eligere, dicat vtendũ esse hac ꝯña/hec ꝯña est bona ergo ita est sicut significatur per añs ⁊ aliter quã per ꝯñs, ⁊ ꝯñs nõ expriunit aliter annexũ, ergo illa est mala. Per quã monstraꝫ consequentias primo assumptas se maleficare, hanc vero proxime adductã minime. In his eñ tricis non nocet diuersis responsis abundare.

5. No. ¶ Hinc sequitur duarũ consequentiarum synonime adequate significantiũ alteram esse malã alteram vero bonam. Hec nãqꝫ/si hec ꝯña est bona homo est lapis (pronomine demõstrãte illam se maleficantẽ) synonime significat cum illa, ⁊ tamẽ est bona, qꝛ añs est impossibile, ⁊ nõ se maleficat. ¶ Sequitur secundo hanc ꝯñam/si hec ꝯña est mala hec ꝯña est bona/non se maleficare nec esse insolubilẽ, nam esto concederetur eã esse bonam, nõ sequeretur inde nisi antecedens esse falsum ⁊ ꝯñs verum, qð non obstat eius bonitati, ⁊ ex hoc quod est mala (sicut in rei veritate est mala qꝛ procedit a disparatis) non sequiꝫ nisi ꝙ añs est verum ⁊ cõsequens falsum. Item nec he/hec ꝯña est est mala ergo homo est lapis/deus est ergo hec ꝯña non est bona/se maleficãt sed sunt male qꝛ procedunt a disparatis. ¶ Dubitas autem de hac/petrus disputat ergo hec ꝯña non est bona/que videtur, petro disputante, esse bona, ⁊ non disputante, esse mala, qꝛ in primo casu se maleficat ⁊ in secundo non, cum tñ ꝯña que semel est mala semper sit mala ẜm eandem significationẽ. Nõ eñ in primo casu se maleficet patet, nam ex hoc qð sit bona sequitur aliter esse quã per ꝯñs significatur, ⁊ cum ita sit túc sicut significaꝫ per añs, sequitur eam esse malã. Sed in secũdo esto/aliter sit quã per ꝯñs significatur, qꝛ aliter est quoqꝫ quã significatur per añs/illa non se maleficat. ¶ Ad hoc respondetur dictam ꝯñam semper se maleficare, adhuc in secundo casu. Sequitur nãqꝫ/illa est bona, ⁊ cũ res nõ possint melius se habere vt sit mala, ergo non potest ita esse sicut per cõsequens significatur, ⁊ potest ita esse sicut significatur per antecedens, ergo est mala. Eodẽ modo hec/si hec ꝯña est bona petrus disputat/se maleficat adhuc petro disputante quia si ipsa esset bona cum res non possint aliter se habere ꝙ̃ nunc vt sit mala, nõ potest aliter esse quã per añs significatur, ⁊ potest alr esse ꝙ̃ significatur per ꝯñs, ergo est mala.

¶ Alia autem via arguitur. Dicatur: postꝙ̃ nola significãt ad placitum, ꝯña bona, illa in qua nõ potest ita esse sicut significatur per añs quin ita sit sicut significatur per ꝯñs, ⁊ mala in qua potest ita esse ⁊c̃. itaqꝫ hec consequentia sit mutua/non potest ita esse sicut significatur per añs huius ꝯñe, ergo hec ꝯña est bona. Tunc illa ꝯña/si hec consequẽtia est bona homo est lapis/est simul bona et mala. Quod sic patet, est bona ergo ita est sicut per añs significatur, vtpote qð idipsum adeqꝫ ate significet, ⁊ cũ aliter sit ꝙ̃ significatur per ꝯñs, ipsa est mala. Nõ si dixeris eam esse malam, ergo non est ita sicut significatur per añs, et cum res nõ possint aliter se habere vt sit ita ẜm talem significationẽ, non põt esse ita, ac subinde (per impositionẽ) ipsa est bona. ¶ Ad hoc (admissa impositione) dicendum est dictam ꝯñam esse bonam, nam concesso eam esse malã continuo sequitur nõ posse ita esse sicut per añs significatur ac subinde esse bonã. Attamen cum arguiꝫ, est bona ꝯña ⁊ id adequate significatur per añs, ergo ita est sicut per ipsum significaꝫ/negaꝫ ꝯña, qꝛ destruit suũ ita esse. Sequiꝫ nãqꝫ, ita est sicut ꝑ añs significaꝫ, ⁊ adequate significat ꝯñam eẽ bonã, ergo ita est, rursus, per admissam impositionẽ, ꝙ nõ potest ita esse sicut significaꝫ per añs quin ita sit sicut significatur per ꝯñs, sed non potest ita esse sicut significatur per ꝯñs, ergo non potest ita esse sicut significatur per añs. ¶ Equa ratione admissa impositione cõcedendam est hanc ꝯñam/si deus est, hec ꝯña non est bona/esse malã, qꝛ cõcesso eã esse bonã sequitur alr esse ꝙ̃ per ꝯñs significaꝫ, ⁊ cum ita sit sicut significaꝫ per añs, illa est mala. At cũ arguis/hec est mala ergo ita est sicut significatur per ꝯñs/negatur ꝯña qꝛ destruit suũ ita esse. Sequiꝫ nãqꝫ ita est sicut significaꝫ per ꝯñs ⁊ ipsum significat ꝯñam nõ esse bonã ergo ita est, ergo per impositionem potest ita esse sicut significatur per añs quãdo non ita sit sicut significaꝫ per ꝯñs, ⁊ cuꝫ res non possint alr se habere vt illud contingat, tam nõ ita est sicut significaꝫ per ꝯñs. ¶ Admissa autẽ hac impositione negãda est hec ꝯña a synonimo ad synonimũ/alr est ꝙ̃ per hoc ꝯñs significaꝫ, ergo alr est ꝙ̃ per hoc ꝯñs significaꝫ/vtroqꝫ pronoĩe demonstrãte ꝯñs. Sed de his satis.

¶ Caput quartum

Queritur tertio an in insolubilibus stet eandẽ scire añs ⁊ bonitatẽ cõsequentie ⁊ nescire conclusionẽ. Cuius partem negatiuam docet Arist. 1. poste. dicẽs/cognitis maiori et minori simul cognosciꝫ cõclusio. Sed pars affirmatiua sequitur ex dictis. Hec eñ est bona ꝯña a synonimo ad synonimũ/hoc consequens est nescitũ ergo hoc cõsequens est nescitum (vtrobiqꝫ cõsequente demonstrato) item omnis conclusio est nescita, oĩs cõclusio de barbara est conclusio, ergo oĩs cõclusio de barbara est nescita/⁊ tñ añs est scitũ ⁊ ꝯñs nescitũ, ergo.

1. No. ¶ Non est hic punctim exigenda assensuũ natura, disputatio enim illa totam huc posteriorum doctrinã concitaret. Sed obiter notãdum quadruplicẽ esse assensum prout nobis sat est. s. sciẽtiã, fidẽ, opinionẽ, et errorẽ. ¶ Sciẽtia est assensus firmus et clarus propõnis vere. i. significantis ita esse sicut est, et (vt distinguatur ab assensu principiorum qui dicitur intellectus) per demonstrationẽ acquisitus, vt assensus huius / hõ est risibilis. ¶ Fides est assensus firmus sed nõ clarus ppõnis vere, vt quẽ viatores habẽt huius / de⁹ est trinus et vnus. ¶ Opinio est assensus ppõnis aut vere aut false cũ formidine de opposito, vt assensus huius / totum distinguitur a suis partib⁹. Nec examinãdũ hic qd sit firmitas aut formido, sed sat est scire hanc esse priuationẽ illius. ¶ Error autẽ est assensus propõnis false vt assensus Arrij huius / filius dei non est substantia patris. Addunt nõnulli / firmus / vt distinguatur ab opinione falsa, sed opinio falsa potest quoq; dici error cum sepe appelletur opinio erronea. Idem est de dissensu propositionis false qđ de assensu sue contradictorie vere, et idẽ de dissensu vere qđ de assensu sue contradictorie false. Si enim assensus hui⁹ / omnis homo est risibilis / est scientia, dissensus sue contradictorie est scientia falsitatis, et si assensus huius / deus est trinus / est fides, dissensus sue cõtradictorie est fides falsitatis illius, et dissensus propõnis vere pariter est error sicut assensus contradictorie false. Tãto enim assensu quãto quis assentitur alicui propositioni, dissentitur sue cõtradictorie. ¶ Item scire aliquid stat dupliciter. s. in particulari et in vniuersali. Scire in particulari est scire per assensum immediate terminatũ ad ipsam propositionẽ scitam, vt scimus hanc / ois dualitas est par, sed scire in vniuersali aliquã propositionẽ est scire vniuersalem cuius illa est singularis, vt scitur hec / dualitas que est in bursa petri est par per assensum illius vniuersalis. Quare qui sciret hanc disiunctiuã / rex sedet vel rex non sedet / nõ subinde sciret in vniuersali aliquã partem, nec qui sciret hanc / aliquod horum est verum demõstratis dictis contradictorijs, quia non scitur tunc aliqua vniuersalis sub qua possit fieri subsumptio ad inferendũ aliquã illarum singularium. ¶ Unde sophistis importunitatib⁹ exclusis (vt inquit Arist. 1. post.) ppositio scita est illa cui⁹ habetur scientia, et credita, cui⁹ habetur fides, et opinata, cui⁹ habetur opinio. Tñ sole propõnes necessarie dicuntur sciri. At sophiste in hac presertim disputatione vtuntur nomine scientie pro assensu propositionis vere. i. significãtis ita esse sicut est siue contingentis siue necessarie siue claro siue non, quod dicitur scire sophisticum. ¶ Igitur propositio scita est illa cuius habetur assensus verus et firmus et non destruit suũ sciri (qđ est dictu) ad ipsam esse scitam non sequitur esse nescitã, vt / homo est risibilis. Et propõ nescita est illa, aut cuius non habetur assensus verus et firmus, aut q̃ se nescitat, vt / hõ est lapis / hec propõ est nescita. Sequitur namq; / est scita ergo eius assensus est verus, ergo ita est sicut per illam significatur, et adequate significat se esse nescitam, ergo est nescita. Proportionabiliter diffiniatur propõ credita et propõ opinata. Nec est hic disputandũ vtrũ propositio an eius potius significatũ dicatur immediatius sciri. Sed propõ dicitur a sophistis scibile propinquũ, et extrema dicuntur scibilia remota, et res eis significata, scibilia remotissima. ¶ At propõ dubia est illa cuius cum quis aduertit circa eam nec habet assensum nec dissensum firmũ. Unde ois propositio opinata dicitur dubia, sed non cõtra, nam hec / papa sedet / cuius nullum, nec opinatiuũ assensum aut dissensum habeo, est mihi dubia, et non opinata.

2. No. ¶ Hinc sequitur primo non esse possibile eandem propositionem esse simul scitam et nescitã seu dubiam, ab eodem, copulatiue, et ceteris tricis exclusis. Nomen nescita potest accipi aut negatiue, vt vez neget omnẽ assensum, quales sunt propõnes dubie, aut priuatiue, vt vez dicat assensum erroneũ, et in hoc sensu accipietur semper vt distinguatur cõtra dubiã. Dixerim / ab eodẽ / quia nihil vetat multas propositiones sciri a mathematico quas ignorãt qui nõ sunt mathematici. Dixerim / copulatim / quia hec disiũctiua / papa sedet vel papa nõ sedet. est scita et nescita quia est tota et pars. Immo si ly vel in alio loco est propõ nescita, tota disiũctiua est scita et nescita copulatiue, si primũ nomen sit femininũ singulare, et secũdũ neutrum plurale, quia est tota scita et est tres partes nescite, sed accipiendum est vtrũq; nomẽ in eodem numero. Item sm eãdem significationẽ etc. In quo sensu patet corollarium quo ad vtrãq; partẽ, quia scita et nescita opponũtur contrarie, et scita et dubia priuatiue (vt dictum est) que opposita non possunt verificari de eodem. Quinimmo esto admittatur petrũ posse poni in diuersis locis, vix posset percipi ipsum in altero scire et in altero nescire eandẽ, nisi aduertens q̃ potest ipse existens salmantice, poni segobie, et tamẽ q̃ assensus quẽ hic habet non sit segobie. Sed tunc limitandũ est corollariũ naturaliter. ¶ Sequitur secũdo possibile esse duas contradictorias simul esse nescitas ab aliquo adhuc extra reflexiuas, vt si quis firmiter assentiret parti false et dissentiret vere. Hoc tamen fit cũ deceptione, quia sine deceptione nec in reflexiuis id potest contingere. Unde acceptis his cõtradictorijs / hec est nescita hec non est nescita, si quis firmiter assentiat negatiue et dissentiat affirmatiue, in vtroq; decipitur, sed si (vt dialectico contingit) assentiat affirmatiue et dissentiat negatiue, tũc secunda non est nescita, immo est scita esse falsa. ¶ Sequitur tertio hanc propositionẽ / hec est falsa / esse scitam, et hanc / hec est impossibilis. Item et hanc / hec propõ significat aliter esse q̃ est, quia ita est in re sicut per eam significatur. Hanc autem / aliter est q̃ per hanc propõnem significatur, et hanc / non est ita sicut per hãc significatur / quia explicant formaliter aliter esse non possum percipere (vt dixi) quẽadmodum aliter sit q̃ per eas significatur, et nihilominus ita sit. Quare nec possum bene percipere aliud nisi q̃ se falsificẽt, ac pariter destruãt sui sciẽtiam. Est nãq;, etiã in insolubilibus, infallibilis consequentia / hec propõ est scita, ergo ita est sicut per eam significatur et ex opposito consequẽtis ad oppositum ãtis. ¶ Sequitur quarto duarũ propositionũ synonimarũ alterã esse scitam, alteram vero nescitã, vt patet in his / hec est nescita / hec est nescita (vtroq; pronomine primã demonstrãte) quarũ prima est nescita et scđa scita quia prima destruit sui scientiam secũda vero non. ¶ Sequitur quinto aliquã esse propositionem significantem ita esse sicut est quã deus nescit, vt hec / hec propõ a nullo est scita, immo est aliqua propõ que est nescita a deo et scita a creatura, vt / hec est nescita deo / quia habet reflexionem vt non sciatur a deo non tñ vt non sciatur a creatura, quare cum ita sit sicut per eam significatur, scitur a dialectico. Nec hoc arguit in deo aliquã imperfectionẽ cum eueniat a reflexionis repugnãtia. Cum hoc enim stat deum habere assensum scientificum illarũ et scire ita esse sicut per eas significatur (vt infra videbitur). Sunt qui putãtes hoc corollariũ aliquid imperfectionis in deo asserere, dicunt dictas propõnes destruere suũ ita esse, quia ad ita esse sequitur ipsas esse nescitas a deo et inde aliter esse q̃ per eas significatur quia omne verum scitur a deo. Sed tunc concedendũ est deum non habere assensum illarũ ac proinde nec scire ita esse sicut per illas significatur, quod reuera preter hoc, quod non habet tantã apparentiam q̃ primũ, destruit omnẽ modum loquendi in insolubilibus. ¶ Sequitur sexto aliquã propositionẽ vno tempore destruere sui scientiam, alio vero non / vt aliqua propõ est nescita que se sola existente, se nescitat, existẽte vero hac / homo est lapis cum illa, minime. ¶ Sequitur septimo aliquã vniuersalem esse nescitam cuius oẽs singulares sunt scite, vt / omnis vniuersalis est nescita. Item aliquã disiunctiuã esse a me scitam cuius omnes singulares scio significare aliter esse q̃ est vt / hec categorica significat aliter esse q̃ est vel hec categorica significat aliter esse q̃ est. Item aliquã copulatiuã esse nescitam cuius omnes partes sunt scite, vt / hec copulatiua est nescita et hec copulatiua est nescita. Item aliquã exclusiuam esse nescitam cuius oẽs exponẽtes sunt scite, vt / tñ hec exclusiua est nescita. ¶ Sequitur octauo nullam esse propositionẽ que inferat se esse dubiã. i. que ad ipsam non esse dubiam sequatur

quatur esse dubia, nam maxime hec/hec ꝓpositio est dubia/ sed hec non, nam vel habetur assensus vel dissensus firmus illius, aut assensus vel dissensus formidolosus, aut nec assensus nec dissensus aliquis. Si primũ, necesse est eam esse nescitam vt distinguit̃ cõtra dubiã, aut nescitã esse falsam, ⁊ ideo vtroq; modo aliter est quã per eam significatur, quare si habeat̃ assensus, est nescita, ⁊ si dissensus est scita esse falsa. Si secũdũ aut tertium, ipsa est dubia, non t̃n q: inferat se eẽ dubiam, sed q: non habetur assensus aut dissensus firmus illi⁹, ⁊ ideo ita est tũc sicut per illam significatur. Uerum est ꝙ repugnat eam esse scitã q: inde sequeretur ita esse vt significat, ac suinde esse dubiam. ❡ Sequitur nono solutio questionis affirmatiua vez ꝙ stat eundem scire p̄missas ⁊ bonitatẽ cõsequẽtie, ⁊ nescire conclusionem vt in parte affirmatiua questionis monstratum est.

3. No. ❡ Contra hec autem arguitur: assensus añtis ⁊ bonitatis ꝯñe sunt naturalis causa productiua assensus conclusionis, ergo per nullam reflexionem possunt impediri quin producant ipsum, cum reflexio cõclusionis nõ sit aliqua qualitas positiua obstans actioni assensuũ antecedentis ⁊ bonitati ꝯñe, ergo repugnat me habere assensum antecedentis ⁊ bonitatis ꝯñe ⁊ non conclusionis, vnde videtur sequi nec posse añs ⁊ ꝯñam esse scita ⁊ ꝯñs nescitum. ❡ Circa materiam huius argumenti notato ꝙ cum dictũ est hanc propositionẽ/hec est nescita/esse nescitam, non negamus habert assensum illius, immo cum ita sit sicut per illam significatur, quicunq; dialecticus assentitur illi, sed dicitur nescita q: ipsum ita esse includit esse nescitũ. ❡ Unde ad argumentũ conceditur ꝙ in hac ꝯña/hoc ꝯñs est nescitum, ergo hoc ꝯñs est nescitum/ ⁊ in ceteris huiusmodi reflexiuis quicũq; assentitur añti assentitur ꝯñti, sed nõ valet ꝯña / petrus assentitur cõsequẽti ⁊ ita est sicut per ipsm̃ significatur, ergo est scitũ, q: destruit suũ sciri. ❡ Sunt t̃n qui velint suadere posse quemq; assentire añti ⁊ ꝯñe ⁊ non consequẽti ob reflexionẽ in hac consequentia/nullus assentitur huic ꝯñti ergo nullus assentitur huic ꝯñti, nihil tamen suadent. Quinimmo siquis habeat assensum illius añtis continuo habebit assensum ꝯñtis, nam inde nulla sequitur reflexio, sed solum ꝙ aliter est quã significatur tam per ꝯñs q̃ per añs, ac proinde ꝙ sic asserens decepitur. ❡ Eadem ratione in hac ꝯña/si hoc ꝯñs est dubium hoc ꝯñs est dubium/nec dabitur quẽpiam assentiri añti ⁊ nõ consequẽti nec añs esse scitũ ⁊ ꝯñs nescitum. Nam quẽcũq; assensum habeas antecedentis eundẽ continuo habebis consequentis. Unde si sit firmus, tam añs q̃ ꝯñs est nescitum q: aliter est quã per vtrũq; significatur, si autem sit formidolosus, tam añs q̃ ꝯñs est dubium ⁊ opinatum ⁊ ita est sicut per vtrũq; significatur. Et idem est dicẽdum de hac/ hoc añs est opinatum, ergo hoc ꝯñs est opinatum, in quo eadem ratione non dabitur añs aut ꝯñs esse scitum, nec aliquod eoꝝ ex hoc quod nõ sit opinatum sequitur non esse opinatum, sed solum ex hoc quod sit scitum.

